

del Collegio della Comp. de' Gesu. de Granada. D. D.

R. 1985

LITVRGICON ECCLESIAE LATINAE TOMVS SECVNDVS.

QVI D. HIERONIMI COMITEM
sive Lectionarium, D. Gregorij Antiphonarium sive Gradualem, Eiusdem & Grimoldi ac Alcuini Abbatum Sacramentorum libros complectitur, cum benedictionibus Episcopalibus & Praefationibus vetustissimis per anni circulum.



COLONIAE AGRIPPINAE
Apud Geruinum Calenium & hæredes
Quentelios &c.

Anno Domini 1571. mense Augusto.
Cum gratia & privilegio Cæs. Mæst. ad decennium.




1-209 411

del Colegio de la Compañía de Jesús de Granada. D. D.

R. 1985

LITVRGICON ECCLESIAE LATINAE TOMVS SECVNDVS.

QVI D. HIERONIMI COMITEM
sive Lectionarium, D. Gregorij Antiphonarium sive Gradualem, Eiusdem & Grimoldi ac Alcuini Abbatum Sacramentorum libros complectitur, cum benedictionibus Episcopalibus & Praefationibus vetustissimis per anni circulum.



COLONIAE AGRIPPINAE
Apud Geruinum Calenium & hæredes
Quentelios &c.

Anno Domini 1571. mense Augusto.
Cum gratia & privilegio Cæs. Mæst. ad decennium.



IN TOMVM SE- CVNDVM PROLE- GOMENA IACOBI PAMELII.

Ad Lectorem præfatiuncula.



*T*A hodiè comparatum vide-
mus, candide lector, ut si quid
anteà non visum in lucem pro-
deat, quod quorundam palato nò
sapit, id si non continuo explo-
dant, saltem non eo animo reci-
pant, atque meritò deberent: &
nisi testimonijs aliquot compro-
betur, tum librorum Authori-
tas, tum Authorum titulus, pro
supposititijs aut Apocryphis ha-
beant. Quocircà operæ precium

existimavi, maximè quum Epistola totius operis Dedicatoria ad Il-
lustriss. Cardinalem Granuellanum ad id promisso me adstrinxe-
rim, de singulis huius Tom. 2. Ecclesiæ Latinæ Liturgicôn libris,
aliquid, pro temporis, quod ante nundinas restat Francofurtias, an-
gustia, in medium adferre, aliàs fortassis latius quid, Deo opitulante,
elucubraturi. Intereà æqui boniq; paucula hæc consulas quæso.

DE D. HIERONYMI CO- MITE.

* a 2

INTER

PROLEGOMENA IN II.



INTER multa quæ D. Hieronymi hortatu in Ecclesiam Romanam introduxit D. Damasus Papa: etiam Lectionum per totum anni circulum certam distinctionem, acceptam D. Hieronymo ferunt Diuinorum Officiorum interpretes, atque adeo nominatim hunc librum non vno in loco citant quidam D. Hieronymi titulo, alij authoris non expresso nomine. Et imprimis (omitto locos citatos Tom. 1. Liturg. & Alcuinum, qui easdem frequenter lectiones citat) Amalarius l. 3. c. 40. In antiquis (inquit) libris Missalium & Lectionariorum reperitur scriptum: Hebdomada V. ante Natalem Domini. Totidem enim Lectiones habentur in Lectionario, & totidem Euangelia, à tempore memorato vsque ad Natiuitatem Domini. Ac paulopost: Author Lectionarij excitat fidem nostram ad recolendum Dn. nostri Iesu Christi in mundum venturi preconium, per quinq. ætates mundi. Atq. huius & aliam rationem reddit lib. 4. c. 30. quam compendij ergo prætermittimus. Berno verò Rugiensis lib. de Missa, duas tractat quæstiones, de varietate Officiorum Lectionarij & Antiphonarij ac sacramentorum libri, vbi hos D. Gregorio, illum D. Hieronymo adscribit. Hanc nempe c. 4. Quare Author Officiorum in Aduentu Domini, 4. tantum hebdomadas numeret, quum Ordinator Lectionarij quinq. numeret. Alteram, c. 6. Quare Author Officiorum ab Octaua Pentecostes vsque ad Aduentum Domini, 23. solummodo posuerit Officia, quum Ordinator Lectionarij 25. Lectiones constituerit, exceptis his Lectionibus & Euangelijs, quæ leguntur in hebdomada Octaua Pentecostes, & in Dominica quinta ante Natiuitatem Domini, & de S. Trinitate, quæ superioribus 25. cõiunctæ, videntur 28. numerum adimplere. Item c. 5. de concordia agit trium horum librorum, hac inscriptione: De Missa: Deprecationem nostram, & concordia Euangeliorum & Apostolicarum Lectionum cum cæteris officijs, ac præcipuè cum Missis. Horum tractatum ipsum, prolixitate

TOMVM LITVRGICON.

vitæ vitanda gratia omittimus, vnicò hoc eius subiecto testimonio: Sicut S. Gregorium Libri Sacramentorum & Antiphonarum, ita B. Hieronymum credimus Ordinatorem Lectionarij, vt ipsius testatur Prologus in capite eiusdem Comitis. Sic eum appellauit. Vt orro Micrologus de Eccl. obseru. c. 25. nominatim in hæc verba D. Hieronymo hunc librum attribuit: Liber etiam Comitis (inquit) siue Lectionarius, quem S. Hieronymus compagnaui, eidem ieiunio post Pentecosten, Lectiones ad festiuitatem Spiritus sancti pertinentes adtribuit. Ac deinde Lectiones quoque, quæ eo libro continentur, citat, c. 28. 31. (vbi rursùm S. Hieronymo verbis Tom. 1. citatis adscribit) 39. 40. 50. 52. 54. & 56. Radulphi Tungrensis locum, supra citauimus Tom. 1. sub D. Damaso papa. Eodem alludit etiam Ioannes Beleh Theologus Ration. diuin. c. 57. instituit (inquit) B. Hieronymus, rogatu D. Damasi papæ, quæcunque ex veteri & nouo Testamento leguntur in Ecclesia. Illud demquè ad huius rei confirmationem facit, quòd quum antea Patres vetustiores Lectionum duntaxat meminerint in genere testamenti vtriusque, post Damasum etiam certarum lectionum Apostolicarum & Euangelicarum mentionem faciant: vti è Diuis Ambrosio Mediolani, Augustino in Africa, Leone papa Roma, Saluiano & Casario in Gallijs, supra Tom. 1. exempla reperire est, quorum etiam tres posteriores translatione D. Hieronymi vsos constat, non LXX.

DE D. GREGORII ANTIPHONARIO
SIVE GRADVALI.

Antiphonas (vti supra Tom. 1. ex D. Isidoro alijsque deduximus) Græci primùm composuerunt, ita dictas quasi vocem reciprocam, quòd duo chori alternatim concinerent, ac deinde D. Ambrosius inde in Ecclesiam Mediolanensem, D. Celestinus papa in Ecclesiam Romanam transtulit: D. demquè Gregorius, in vnum volumen omnes congescit, quod aptè Antiphonarium ab Antiphonis in-

PROLEGOMENA IN II.

scripsit, uti tum Cod. MS. tum illum citantes Diuinorum Officiorum auctores testatum reddunt. Micrologus verò etiam Gradualem nūcupat, & quòd pleræque Missæ Antiphonæ in loco eminentiori, ad quem per gradus ascendebatur, decantarentur, & uti id distinguerent ab alijs Antiphonarijs, quibus Psalmorum Antiphonæ continebantur: cuiusmodi exstat liber Amalarij de ratione Antiphonarj. Atqui Antiphonæ nūcupabantur quidem omnes illæ, quas hodie Introitus, Gradualia, Alleluia, Offerioria, & Communiones nūcupamus: verum peculiariter id nomen sortiebatur ipse Introitus, qui solus in hoc Gregoriano Codice Antiphona nūcupatur. Porro tanquàm germanum D. Gregorij factum, librum hunc agnoscunt locis Tom. 1. supracitatis Ioannes Leuita, Vualafrius Strabo, Beruo Augiensis, & Micrologus: quorum hic eundem frequenter citans, plerunquè nominatim inscribit D. Gregorio, videantur c. 24. 25. 27. 28. 31. 39. 42. 49. 50. & 61. Alcuinus item & Amalarius, etsi sine nomine Authoris, citant tamē, tanquàm scriptum authenticum: Ille pag. 38. 41. & 54. Hic verò lib. 1. præfat. ac 9. & 41. c. Lib. quoquè 3. c. 40. ac 41. Lib. item 4. c. 30. (ubi etiam satis indicat eius Auctorem D. Gregorium) & c. 33.

DE D. GREGORII SACRAMENTORVM LIBRO.

Sacramenta olim nūcupabantur, non modo ipsum Missæ Sacrificium, sed peculiariter etiam Oratiões Missarum: quas, eò quòd collecto populo celebrari soleant, Collectas dicimus: hinc librum illum, quem ex Gelasiano Codice (uti testimonijs Ioann. Diac. Vualafri di ac Bernonis Tom. 1. comprobauimus) compilauit D. Gregorius, Sacramentorum librum inscripsit: ita enim meo iudicio rectius MS. exemplaria, quàm alij, qui Sacramentarium vocant. E quo prætereà Alcuinus tanquàm authentico libro verba ipsa citat & explicat, p. 52. & 63. immo loco posteriori, D. Gregorio bis adscribit Ceremonias Ba-

TO MV M LITVRGICON.

Baptismi & Officium integrum Sabbati sancti Paschæ. Amalarius item, quum frequenter citet, utpotè Lib. 1. c. 1. 12. 14. ac 23. & præfat. li. 1. ex pfecto se scripsisse opus illud dicat de Ecclesiasticis officijs, ad explicatione sacramentarj & Antiphonarj, certè l. 3. c. 40. Gregorialem vocat, ac apertius id definit in hæc verba Lib. 4. c. 30. Missalis, cuius (inquit) auctorem credimus esse B. Papam Gregorium. Micrologus etiam tanquàm D. Gregorij disertis verbis hunc librum citat, c. 24. 28. 31. 38. 42. 49. 50. 55. 58. 59. 60. & 61. Immo verò ante hos omnes ex hoc Gregorij Sacramentorum libro Ionas Aurelianensis, l. x. de cultu imaginum, hanc Orationem citat: Deus, qui unigeniti tui Domini nostri Iesu Christi precioso sanguine humanum genus redimere dignatus es: cōcede propitius, ut qui ad Adorandam viuificam Crucem adueniunt, à peccatorum suorum nexibus liberentur. Idq̄, ut comprobet, Cruci cultum quendam venerationis deberi, quem etiam quodam loquendi modo veteres Adorationem nūcuparunt. Habes hanc orationem infra in festo exaltatæ S. Crucis, & citat eandem etiam Amalarius l. 1. c. 14. Grimoldus Abbas deniq̄, sequentis libri Prologo, manifestè D. Gregorio hunc attribuit, præter quàm quòd fateatur quædam iam tum adiecta fuisse Officia, quæ Gregoriana non essent: quæ virgulis illis antepositis se iugulasse scribit. Sunt eiusmodi, exempli gratia, Officia V. Feriæ per Quadragesimam, quippe quæ postea à Gregorio Iuniore adiecta, testantur Vualafrius Strabo de reb. eccl. c. 20. & Micrologus ca. 49. Officia item in Assumptione & Natiuitate Mariæ, utpotè antiquiora, & Missa in D. Gregorij Natali prætulata, ipso haud dubiè recētior. Ea etiā quæ Dominicis olim vacatibus, (quippe quæ sequeretur post Sabbata XII. Lectionum, in quibus conferebantur Ordines sacri sub vesperum, atq̄, adeo Dominico diei sequenti partim continebatur officium) nunc adscripta leguntur. Quæ omnia, aliaq̄, si quæ posterius videbantur addita: & lineis inclusimus, & censura nostra in margine plerunq̄ notauimus.

DE

PROLEGOMENA IN II.
DE GRIMOLDI ABBATIS SACRAMENTORVM LIBRO.

Libri huius cum precedenti, in hac verba meminit Micrologus de Diuin. obseru. c. 60 Fecit tamen idem Albinus in sancta Ecclesia non contemnendum opus. Nam Gregorianas Orationes, in libris Sacramentorum collegisse asseritur, paucis alijs adiectis, quas tamen sub obelo notandas esse indicauit. Deinde alias Orationes siue Praefationes, etsi non Gregorianas, Ecclesiasticae tamen celebratae idoneas collegit, sicut Prologus testatur, quae post Gregorianas Orationes in medio eiusdem libri collocauit. Haec tamen ille: qui etsi Alcuino (nam idem ille, Alcuinus Albinus Flaccus, cognominatur) adscribat, nos tamen vetustissimorum MS. codicum sequi fidem maluimus: potest enim in Micrologo error esse librariorum, quibus Grimoldi nomen erat incognitum. Siue interim huic, siue illi adscribatur, videtur certe ad eum alludere Amalarius l. 1. c. 22. & 24. Pro illo (inquit) precatur à sacerdote in Sacramentario, ut ab immaculato Domini fontis utero, in nouam renata creaturam progenies caelestis emergat. Neque enim priori, sed hoc libro continetur Cerei Paschalis consecratio, cuius verba latius utroque capite explicat. Cuius adeo primam Institutionem perperam quidam Zoximo papae adscribunt: quum iam diu antea & in Hispanijs Prudentius hymno, quo etiamnum utimur, eam celebrauerit, & Mediolani D. Ambrosius peculiari cerei quoque benedictione sit usus. Quare recte sic hac de re li. 1. c. 18. Amalarius: Romanis ita agentibus, nobis quoque praeceptum est à papa Zoximo, benedicere cereum. Ac si dicat, antea quidem Romae id usitatum, sed à Zoximo papa in alijs quoque omnibus Ecclesijs fieri decretum. Verum etsi haec κατὰ γένος dicta sint, confirmant tamen quod in dicto prologo scribit Grimoldus, vetustiora penè esse Gregorianis, quae in hoc opus digessit. Sed quia (inquit) sunt & alia quaedam, quibus necessario sancta utitur Ecclesia, quae idem Pater ab alijs iam edita esse inspiciens, praetermisit: idcirco operae precium duximus ea velut

TOMVM LITVRGICON.

velut flores pratorum vernantes carpere, & in unum colligere atque correcta & emendata, suisque capitulis praenotata, in huius corpore eodictis seorsum ponere, ut in hoc opere cuncta inueniret Lectoris industria, quaecumque nostris temporibus necessaria esse perspeximus. Et certe confirmatur haec eius sententia Tom. 1. classe quarta, unde constat, huius libri complures Orationes Dominicarum post Epiphaniam, Pascha, & Pentecosten, ex D. Ambrosio mutuatas. Porro & alio loco alludit ad huius libri c. 102. Amalarius: Habemus (inquit) scriptum in quodam sacramentario, quod officia mortuorum agenda sint circa tertiam diem, & septimam, & trigesimam. Quae verba deinde pulchre & late explicat, ac auctoritate scripturarum corroborat.

DE BENEDICTIONIBVS EPISCOPALIBVS.

Benedictionem Episcopalem (inquit Radulphus Tungronsis de Can. obseru. propos. vlt.) Martialis Episcopus, Apostolorum discipulus, ex magisterio Apostolorum tradidit, quas probabile studium seruientium auxit, Ambrosius dicere cepit. Isque mos ex eo usque quoque conualuit. Apostolicus autem hanc tantum, quae finita Missa dicitur, dicit. Pulchre profecto paucis his verbis integram rei seriem complexus est, Diuinorum officiorum indagator, si quis alius, diligentissimus. Et verò primis illis seculis usitatum hanc benedictionem, supra Tom. 1. multis locis comprobatum est, praesertim verò quarti & quinti seculi classibus, ex DD. Damaso, Ambrosio, Hieronymo, Augustino, Carthaginensis Concilij Patribus, Magno Leone, & Agathensi Concilio. Quorum loci citati (vbi recte interpretatur Micrologus c. 21.) has benedictiones, sicuti & 18. Toletano Concilio statutum fuit, ante communionem ab Episcopis olim factas indicant: quod etiamnum obseruari vidimus ab Episcopo Parrisiensi, dum publicum Missae sacrificium celebrat. Huius exemplar per amici circulum adiecit se dicto Prologo testatur Grimoldus: Addidimus

PROLEGOMENA IN II.

(inquit) etiam & Benedictiones, ab Episcopo super populum dicendas. Quare & libro Sacramentorum ipsius eas subiecit, in eorum gratiam apud quos adhuc viget hic benedictionum ritus: etsi iam inde ab ætate Radulphi, Romæ à Summo Pontifice non obseruatus.

DE ALCUINI SACRAMENTORUM LIBRO.

AD hunc librum in hæc verba alludit Micrologus c. 60. Sciendum autem, (inquit) quendam Albinum, magistrum Caroli Imperatoris, rogatu S. Bonifacii (Moguntinum intelligit) Archiepiscopi, ut aiunt, Missales Orationes de S. Trinitate composuisse, & in secunda feria de sapientia, in tertia de Spiritu sancto, in quarta de Charitate, in quinta de Angelis, in sexta de Cruce, in sabbato de S. Maria. Et hoc ideo, ut presbyteri illius temporis nuper ad fidem conuersi, nondum Ecclesiasticis Officijs instructi, nondum etiam librorum copia præditi, vel aliquid haberent, cum quo officium suum qualibet die possent explere. Unde & adhuc quidam easdem Orationes quotidie, etiam cum proprio abundant Officio, nolunt prætermittere. In singulis quoque hebdomadibus, feria sexta de Cruce, & Sabbato de S. Maria, penè usquequaq; seruatur, non tam ex autoritate, quam ex deuotione. Quæ eius verba haud dubiè conuincunt, Missarum diutarum Officia ab Alcuino composita: quare & nos, iisdem Officijs in tertio hoc Sacramentorum libro repertis, non dubitauimus integrum eum Alcuino ascribendum. Porro quod ad Missas S. Augustini adtinet: si quis contendat ipsius non esse, saltem hoc negare non poterit, ex scriptis eius plerasq; ab hoc eodem, quantum apparet, Alcuino compositas.

DE PRAEFATIONIBVS ANTIQVIS PER ANNI CIRCVLVM.

HAS quoque sacramentorum libro adiecit se scribit, qui supra, Grimoldus Abbas: Praefationes porro (inquit) quas in fine huius posuimus codicis, flagitamus, ut ab his quibus placent, cum chari-

TOMVM LITVRGICON.

charitate suscipiantur & canantur. Ab his verò, qui eas intelligunt, nec tamen delectantur, nec non & ab his, qui eas volunt, nec tamen intelligunt, poscimus, ut nec assumantur, nec canantur. Hinc factum, ut à me sub fine secundi Tomi adijcerentur hæc Praefationes. Quarum tamen plerasque & Grimoldo, & ipso D. Gregorio vetustiores ut credam, vel illud me mouit, quod harum complures inter Ambrosianas repererim: usque adeò ut eas esse duntaxat Grimoldi aut Alcuini, mihi per suadeam, quas virgulis inclusimus. Cæteras ex earum numero esse censeo, de quibus ad Episcopos Germaniæ & Galliæ scribit D. Gregorius decessor Pelagius II, quum Praefationem quotidianam, cæteris prætermittis, nouem tantummodò præfationibus secundum antiquum Romanum ordinem commutandum esse statuit, scilicet, in Natale Domini, Epiphania, Pascha, Ascensione, Pentecoste, item de S. Trinitate, de Apostolis, de sancta Cruce, & de ieiunio Quadragesimali. Quibus postea (teste Radulpho loco sæpè citato) Urbanus 2. in Concilio Placentiæ celebrato, decimam de Virgine addidit, anno 1095. Neque verò propterea suppressendas quis dixerit: nihil enim obstat, quò minus ex deuotione priuatim legantur, dummodò in publico Missæ sacrificio prætermittantur, & quum de antiquitate illarum constet, non vno certè loco fidem Catholicam contra aduersarios adferunt.

DE TROPIS.

QUVM nullus omninò Authorum de Ecclesiasticis Officijs nuper editorum, Troporum meminerit, neque magni momenti sint illi, quos reperi in MS. codice Anglico D. Bauonis Gandauensis, eos suppressere statueram. Verum dum in Synodo Mechluniensi apud Reuerendiss. Dn. Lindanum Episcopum Ruramundensem, horum quoque, de cæteris Liturgicis agens, meminissim, persuasit ille, uti & hos adijcerem: vel ea de causa, quòd ad Troparia Gregorum quamproximè accederent. Certè de ijs ita scribit Ioannes Beletb:

PROLEGOMENA IN II. &c.

Tertius liber dicitur Troponarius, à Græco nomine τροπος, quod est conuersio. Nam à fine regredimur ad principium cantûs. Est autem Troponarius liber, quo ij continetur Cantus, quicum Introitu Misæ cantari solent, & maxime quidem à Monachis, cuiusmodi sunt Tropi, Sequentiæ, Kyrie eleison, & iterum Versus, & eleison deinde. Guilielmus verò Durancus Ration. Diuin. l. 4. c. 5. & Tropum citat vnum à nobis editum, & nominatim horum institutionem Gregorio adscribit. In quibusdam (inquit) Ecclesijs Tropi dicuntur, pro Psalmis, ex institutione Gregorij papæ, ad maius gaudium de Christi aduentu repræsentandum. Est autem propriè Tropus quidam versiculus, qui in præcipuis festiuitatibus cantatur immediate ante Introitum, quasi quoddam præambulum & cõtinuatio ipsius Introitus. Vt verbi gratia, in festo natiuitatis, ante Introitum illum: Puer natus est, præcedit Tropus iste: Ecce adest de quo Prophetæ cecinerunt, dicentes: Puer natus est. Habuit autem Tropus originem à lege. Legitur enim Num. 10. quod dum eleuaretur arca, cantabatur: Exurge Domine: quum verò deportabatur, cantabatur: Reuertere Domine ad multitudinem exercitûs. Cætera quæ sequuntur, nè prolixiores simus, prætermittimus.

DIVI

DIVI HIERONYMI PRESBYTERI COMES
SIVE LECTIONARIUS.

IN VIGILIA NATALIS DOMINI.

Lectio Esaiæ Prophetæ.

HÆC dicit Dominus: Propter Sion non tacebo, & propter Hierusalem non quiescam.

LECTIO EPISTOLAE BEATI PAULI
APOSTOLI AD ROMANOS.

FRATRES,

PAVLVS seruus Christi Iesu, vocatus Apostolus, segregatus in Euangelium Dei.

SECUNDVM MATT HÆVM.

IN illo tempore: Cùm esset desponsata mater Iesu Maria Ioseph.

*DE NOCTE IN PRIMO GALLICANTV.

*Ad s.
Mariam.

Lectio Esaiæ Prophetæ.

HÆC dicit Dominus: Populus gentium qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam.

Lectio Epistolæ B. Pauli Apostoli ad Titum.

a CHA-

Cōtinua-
tim legi
deberhas
minibus.
lect. pph.
& Apost.
adnotat.
Microl.
cap. 52.
* Ad s.
Anastasiā.
* In pri-
mo manē.
Don. cod.
Propter Si-
on non
tacebo.

CHARISIME, Apparuit gratia Saluatoris nostri omnibus ho-
minibus.

Secundum Lucam.

IN illo tempore: Exijt edictum à Cæsare Augusto.

* MANE PRIMA.

Lectio Esaiaë prophetæ.

HÆC dicit Dominus: Spiritus Domini super me, eò quòd vn-
xerit Dominus me.

Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Titum.

CHARISIME, Apparuit benignitas & humanitas Saluatoris
nostri Dei.

SEQUENTIA SANCTI EVANGELII
SECUNDVM LVCAM.

IN illo tempore: Pastores loquebantur ad inuicem: Transeamus
vsque Bethleem, & videamus hoc verbum quod factum est, quod
fecit Dominus & ostendit nobis.

* IN DIE NATALIS DOMINI AD
MISSAM.

Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Hebræos.

FRATRES: Multifariam multisque modis olim Deus loquens
patribus in prophetis.

Initium sancti Euangelij secundum Iohannem.

IN principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus
erat verbum &c.

IN NATALI SANCTI STEPHANI.

Lectio Actuum Apostolorum.

IN diebus illis, Stephanus plenus gratia & fortitudine, faciebat
prodigia & signa magna in populo &c.

Secundum Matthæum.

IN illo tempore: Dicebat Iesus turbis Iudæorum & principibus
sacerdotum: Ecce ego mitto ad vos.

IN

* In fan-
cto die.
* Ad S.
Petrum.

IN NATALI SANCTI IOHANNIS
* APOSTOLI.

Lectio libri Sapientiaë.

QUI timet Deum, faciet bona: & q̄ cōtinēs est iustitię, apphēdet illā.

Sequentia sancti Euangelij secundum Iohannem.

IN illo tempore, Dixit Iesus Petro: Sequere me. Conuersus Petrus,
vidit illum discipulum quem diligebat Iesus, &c.

IN NATALI INNOCENTVM.

Lectio libri Apocalypsis Iohannis Apostoli.

IN diebus illis: Vidi supra montem Sion agnum stantem, & cum
eo centum quadraginta quatuor millia.

Sequentia sancti Euangelij secundum Matthæum.

IN illo tempore: Angelus Domini apparuit in somnis Ioseph, di-
cens: Surge, & accipe puerum & matrem eius.

PRIDIE CAL. IANVARII, NATALE
S. SYLVESTRI PAPAË.

Lectio Epistolæ B. Pauli Apostoli ad Hebræos. Fratres,

PLURES facti sunt sacerdotes secundum legem.

Sequentia sancti Euangelij secundum Matthæum. Vigilate.

OCTAVA DOMINI.

Lectio Epistolæ B. Pauli Apostoli ad Galatas.

FRATRES: Priusquàm enim veniret fides, sub lege custodie-
bamur, conclusi in eam fidem quæ reuelanda erat.

Euangelium secundum Lucam.

IN illo tempore: Postquàm consummati sunt dies octo vt circun-
cideretur puer, vocatum est nomen eius Iesus.

* DOMINICA PRIMA POST NATA-
LE DOMINI.

Lectio Epistolæ B. Pauli Apostoli ad Galatas. Fratres,

QUANTO tempore heres paruulus est, nihil differt à seruo, cum
sit Dominus omnium: sed sub Tutoribus & Actoribus est. &c.

* Euange-
listæ.

Donat.
cod. ad
Titū: Cha-
rissime,
apparuit.
Dñica I.
post oct.
Domini.
Cæseo. lē-
gēdū i rit.
dñica post
Natale &
post oct.
Dñi, iuxta

Sequentia sancti Evangelij secundum Lucam.

IN illo tempore: Erat Ioseph & Maria mater Iesu mirantes super his quæ dicebantur de illo.

*In vigil. Epiphan.

* IN VIGILIA THEOPHANIAE.

Lectio Epistolæ B. Pauli Apostoli ad Romanos.

SCIMVS quoniam quæcunque lex loquitur, his qui in lege sunt, loquitur, vt omne os obstruatur. &c.

hui' lect. meminit Microl. cap. 40.

Euangelium secundum Matthæum.

DEFUNCTO autem Herode, Ecce angelus Domini. Require in Natali Innocentum.

* IN EPIPHANIA DOMINI.

* In die sancto.

Lectio Esaiæ Prophetæ.

HÆC dicit Dominus Deus: Surge, illumina Ierusalem, quia venit lumen tuum, & gloria Domini super te orta est.

Sequentia sancti Evangelij secundum Matthæum.

IN illo tempore: Cùm natus esset Iesus in Bethleem Iudæ in diebus Herodis Regis, ecce Magi ab Oriente venerunt Hierosolymam, dicentes. &c.

DOMINICA PRIMA POST THEOPHANIAM.

Lectio Epistolæ B. Pauli Apostoli ad Romanos.

FRAIRES: Obsecro vos per misericordiam Dei, vt exhibeatis corpora vestra hostiam viuentem, sanctam, Deo placentem, rationabile obsequium vestrum. &c.

Secundum Lucam.

IN illo tempore: Cùm factus esset Iesus annorum duodecim, ascendentibus illis Hierosolymam &c.

FERIA QVARTA,

Lectio Epistolæ B. Pauli Apostoli ad Rom. Fratres,

SCIMVS quoniam quæcunque.

Sequentia sancti Evangelij secundum Matthæum.

IN

IN illo tempore: Venit Iesus à Galilæa in Iordanem ad Iohannem.

Donat. cod. secundum Ioā. Vidit Iohannes.

FERIA VI.

Sequentia sancti Evangelij secundum Matthæum.

IN illo tempore: Cùm audisset Iesus, quod Iohannes traditus esset, secessit in Galilæam.

IN OCTAVA THEOPHANIAE.

Lectio Esaiæ prophetæ.

IN diebus illis Dixit Esaias: Domine Deus meus, honorificabo te, laudem tribuam nomini tuo.

Item Lectio Esaiæ Prophetæ.

SPIRITVS Domini super me: Require, Manè Nat. Domini.

Sequentia sancti Evangelij * secundum Iohannem.

* Donat. cod. secundum Matthe. Venit Iesus. Ita vnus quæ Colonic.

IN illo tempore: Vidit Iohannes Iesum venientem ad se, & ait: Ecce agnus Dei qui tollit peccatum mundi.

FERIA VI.

Secundum Lucam.

IN illo tempore: Egressus est Iesus in virtute spiritus in Galilæam.

XVIII. Kal. Febr. Natal. S. Felicis.

Lectio epistolæ B. Pauli Apostoli ad Titum.

Charis. Testificor coram Deo.

Sequent. S. Euang. secundum Matth.

Qui vos audit.

DOMINICA SECUNDA POST THEOPHANIAM.

Lectio Epistolæ beati Pauli Apost. ad Rom.

FRAIRES: Habentes donationes secundum gratiam, quæ data est nobis, differentes, siue prophetiam &c.

a 3

Sequen-

Sequentia sancti Euang. secundum Iohannem.

IN illo tempore: Nuptiæ factæ sunt in Chana Galilææ, & erat mater Iesu ibi.

FERIA QVARTA.

Lectio epistolæ beati Pauli Apost. ad Coloss.

FRATRES: Audistis dispensationem Dei quæ data est mihi in vos, ut impleam verbum Dei.

Sequentia sancti Euang. secundum Matth.

IN illo tempore: Cùm audisset Iesus quòd Iohannes traditus esset, secessit in Galilæam.

(Donat. cod. & vnus Colon. secundum Lucam, Regressus est Iesus in virtute spiritus.)

FERIA SEXTA.

Sequentia sancti Euang. secundum Matthæum.

IN illo tempore, Circuibat Iesus totam Galilæam, docens in Synagogis eorum, & prædicans Euangelium regni.

XVII. Kal. Febr. Natal. sancti Marcelli Pap.

Lectio libri Sapientiæ.

Iustus cor suum tradidit.

* Sequentia sancti Euang. secundum Matthæum.

Homo quidam peregrè.

DOMIN. III. POST THEOPHAN.

Lectio Epist. beati Pauli Apostoli ad Rom.

FRATRES: Nolite esse prudentes apud vosmetipsos, nulli malum pro malo reddentes.

Sequentia sancti Euang. secundum Matthæum.

IN illo tempore, Cùm descendisset Iesus de monte, secutæ sunt eum turbæ multæ.

FERIA QVARTA.

Lectio Epist. beati Pauli Apost. ad Timoth.

CHA-

CHARISSIME: Fidelis sermo & omni acceptione dignus, quia Christus Iesus venit in hunc mundum.

Sequentia sancti Euangelij secundum Marcum.

IN illo tempore: Introiuit Iesus in Synagogam, & erat ibi homo habens manum aridam.

FERIA SEXTA.

Euangelium secundum Marcum.

IN illo tempore: Exeuntes Pharisei cum Herodianis, consiliu mfciebant aduersus Iesum.

XIII. Kal. Febr. Natal. SS. Sebastiani & Fabiani.

Lectio Epistolæ B. Pauli Apostoli ad Hebræos.

Fratres: Sancti per fidem vicerunt.

Sequentia sancti Euang. secundum Lucam. Descendens Iesus.

XII. Kal. Febr. Natal. S. Agnetis.

Lectio Epist. beati Pauli Apostoli ad Corinth.

Fratres: Qui gloriatur.

Sequentia sancti Euangelij secundum Matth.

Simile est regnum cælorum decem Virg.

DOM. III. POST THEOPHAN.

Lectio Epist. beati Pauli Apostoli ad Rom.

FRATRES: Nemini quicquam debeatis, nisi ut inuicem diligatis. Qui enim diligit proximum, legem impleuit.

Sequentia sancti Euangelij secundum Matthæum.

IN illo tempore, Ascendete Iesu in nauiculam, secuti sunt eum discipuli eius: Et ecce motus.

FERIA QVARTA.

Lectio Epist. beati Pauli Apostoli ad Rom.

Fratres: Sicut per vnus delictum oēs homines in condemnationem, ita & per vnus iustitiam oēs homines in iustificationem vitæ.

Secundum Lucam.

IN illo tempore: Factum est, ambulantes illis in via, dixit quidam ad Iesum: Sequar te quocumque ieris.

FE-

Donat. cod. secundum Matthe. Circuibat Iesus.

Don. cod. & vnus Colon. secundum Marcum: Egressus Iesus venit. *Coloss. co. Vigilate, quia nescitis.

FERIA VI.

Sequentia secundum Marcum.

IN illo tempore: Venit Iesus in patriam suam, & sequebantur illum discipuli sui.

IN PURIFICATIONE SANCTAE
MARIAE.

* Lectio libri Sapientiae.

* Lectio
Malachiae
prophetæ:
Eccè ego
mittam
angelum
meum, &
præpara-
bit.

Ego quasi vitis fructificaui suavitatem odoris, & flores mei fructus honoris & honestatis.

LECTIONEM: Eccè ego mitto angelum meum ante faciem tuam, Req. de adventu Domini, Fer. IIII.

EVANGELIUM: Postquam impleti sunt dies purgationis eius, Req. in octava Domini.

Non. Febr. Natal. S. Agathæ Virg.

Lectio libri Sapientiae: Confitebor tibi Domine rex.

Sequent. S. Euang. secundum Matth. Simile est regnum cælorum X. Virg.

DOM. V. POST THEOPHANIAM.

Lectio Epistolæ B. Pauli Apost. ad Colos.

FRA TRES, Induite vos sicut electi Dei, sancti & dilecti, viscera misericordiæ.

Sequentia sancti Euangelij secundum Matthæum.

IN illo tempore: Respondens Iesus, dixit: Confiteor tibi Pater, Domine cæli & terræ.

(Donatiani codices habent hinc Euang. Simile factum est regnum cælorum. Colonien. quidam codex vtrunq; habet.)

FERIA QVARTA.

Lectio beati Pauli Apostoli ad Corinth.

FRA TRES: Videte vocationem vestram, quia non multi sapientes secundum carnem.

sequentia

Sequentia sancti Euang. secundum Matthæum.

IN illo tempore: Dixit Iesus principibus sacerdotum & senioribus populi: Quid vobis videtur?

XVI. Kal. Mart. natal. S. Valentini M.

Lectio libri Sapientiae: Beatus vir qui inuentus.

Sequentia sancti Euang. secundum Lucam:

Si quis vult.

IN SEPTVAGESIMA.

Lectio Epistolæ B. Pauli Apost. ad Cor.

FRA TRES, Nescitis quod hi qui in stadio currunt, omnes quidem currunt, sed vnus accipit brauium?

Sequentia sancti Euang. secundum Matthæum.

IN illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis: Simile est regnum cælorum homini patrifamiliâs.

FERIA QVARTA.

Lectio Epistolæ B. Pauli Apost. ad Hebræos.

FRA TRES: Festinemus ingredi in illam requiem, vt nè in ipsum quis incidat incredulitatis exemplum.

Secundum Marcum.

IN illo tempore: Egressus Iesus ibat per Galilæam, nec volebat quenquam scire.

FERIA SEXTA.

Sequentia sancti Euang. secundum Lucam.

IN illo tempore: Factum est dum complerentur dies assumptionis Iesu, & ipse faciem suam firmavit.

IN CATHEDRA S. PETRI.

Lectio Epist. B. Pauli ad Hebræos.

FRA TRES, Omnis pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in his quæ sunt ad Deum.

Euangelium secundum Matthæum.

b

VE-
electis.

Lectio
officiorū
Septuag.
Sexages.
Quinqu.
& Quadr.
sicuti hinc
continentur,
explicat
câr Alcuī.
pag. 43. &
seq. Ama-
lar. l. i. c. i.
& sequ.

VENIT Iesus in partes Cæsareæ Philippi. Require, In Natali S. Petri.

* Ad sanctum Paulum.

IN SEXAGESIMA.*

Lectio epistolæ B. Pauli Apostoli ad Cor.

FRATRES: Libenter suffertis insipientes, cum sitis ipsi sapientes.

Sequentia Euang. secundum Lucam.

IN illo tempore, Cum turba plurima conueniret, & de ciuitatibus properarent ad Iesum.

FERIA QUARTA.

Lectio Epistolæ beati Pauli Apost. ad Hebræos.

FRATRES, Recogitate Dominum Iesum Christum, qui talem sustinuit à peccatoribus aduersus semetipsum contradictionem.

Sequentia Euangelij secundum Matthæum.

IN illo tempore, Dixit Iesus Phariseis: Qui non est mecum, contra me est.

FERIA VI.

Sequentia sancti Euangelij secundum Lucam.

Interrogatus Iesus à Phariseis, quando venit regnum Dei.

* Ad sanctum Petrum.

IN QVINQVAGESIMA.*

Lectio Epistolæ B. Pauli Apost. ad Cor.

FRATRES: Si linguis hominum loquar & angelorum, charitatem autem non habeam, factus sum velut æs sonans.

Sequentia sancti Euang. secundum Lucam.

IN illo tempore: Assumpsit Iesus duodecim discipulos suos, & ait illis: Ecce ascendimus Hierosolimam.

* Ad sanctam Sabnam.

FERIA QUARTA.* IN CAPITE IEIUNI.

Lectio Iohelis Prophetæ.

HÆC

HÆC dicit Dominus Deus: Conuertimini ad me in toto corde vestro, in ieiunio & fletu & planctu.

Sequentia Euang. secundum Matthæum.

IN illo tempore, Dixit Iesus discipulis suis: Cum ieiunatis, nolite fieri, sicut hypocritæ, tristes.

* Ad sanctum Georgium.

FERIA V.*

Lectio Esaia Prophetæ.

IN diebus illis, Aegrotauit Ezechias vsq; ad mortem, & introiit ad eum Esaïas filius Amos, propheta.

(Feriarum V. totius quadrag. Lect. recentiores patent infra libro Antiphonar. & lib. Sacram. r. Hinc fit, vt sæpius differant Colon. & Donatian. cod. vt infra locis suis adnotatum est. Horum tamen lectio magis probatur, eò quòd ex Euangelij Domin. post Oct. Pent. desumptas lectiones habeat.)

Sequentia secundum Matthæum.

IN illo tempore: Cum introisset Iesus Capharnaum, accessit ad eum Centurio.

FERIA VI.*

Lectio Esaia Prophetæ.

HÆC dicit Dominus Deus: Clama, nè cesses: quasi tuba exalta vocem tuam, & adnuncia populo meo scelera eorum.

* Ad sanctos Ioannem & Paulum.

Sequentia sancti Euangelij secundum Matthæum.


IN illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis: Audistis quia dictum est, Diliges proximum tuum.

* S A B B A T O.

* Feria VII.

Lectio Esaia Prophetæ.

b 2 HÆC



HÆC dicit Dominus Deus: Si abstuleris de medio tui catenam.

Seq. sancti Euang. secundum Marcum.

IN illo tempore: Cùm ferò esset, erat nauis in medio mari, & Iesus solus in terra.

*Stat. ad Lateran.

DOMINICA I. IN QUADRAGESIMA. *

Lectio Epist. B. Pauli Apost. ad Corinth.

FRA TRES: Hortamur vos, nè in vacuum gratiam Dei recipiatis. Ait enim: Tempore accepto exaudiui te.

Seq. sancti Euang. secundum Matthæum.

IN illo tempore, Ductus est Iesus in desertum à spiritu, vt tentaretur à diabolo.

*Ad vincula.

FERIA SECUNDA. *

Lectio Ezechielis Prophetæ.

HÆC dicit Dominus Deus: Eccè ego ipse requiram oues meas, & visitabo illas.

Seq. sancti Euang. secundum Matthæum.

IN illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis: Cùm venerit filius hominis in maiestate sua.

*Ad sanctam Anastasiam.

FERIA III. *

Lectio Esaiæ Prophetæ.

IN diebus illis: Locutus est Esaias Prophetæ, dicens: Querite Dominum dum inueniri potest.

Secundum Matthæum.

IN illo tempore: Cùm intrasset Iesus Hierosolymam, commota est vniuersa ciuitas, dicens: Quis est hic?

FERIA

FERIA III. *

Lectio Libri Exodi.

IN diebus illis, Dixit Dominus ad Moysen: Ascende ad me in montem.

(Cur hac feria 4. & alijs in ieiunio quatuor temporum, duæ legantur lect. & feria sexta vnica duntaxat, causam reddunt Amal. li. 2. ca. 3. & Berno lib. de Misra c. 7. Nominatim etiã lect. haru feriarum, ex Comite D. Hier. citat. Micrologus ca. 24.)

Lectio libri Regum.

IN diebus illis: Venit Helias in Bersabee Iuda, & dimisit ibi puerum suum, & perrexit in desertum via vnus diei.

Secundum Matthæum.

IN illo tempore: Accesserunt ad Iesum Scribæ & Pharisei, dicentes: Magister, volumus à te signum videre.

FERIA V. *

Lectio Ezechielis Prophetæ.

IN diebus illis, Factus est sermo Domini ad me, dicens: Quid est quod inter vos parabolam vertitis?

Secundum Iohannem.

IN illo tempore: Dicebat Iesus ad eos, qui crediderunt ei, Iudeos: Si vos manseritis in sermone meo, verè discipuli mei eritis.

FERIA VI. *

Lectio Ezechielis Prophetæ.

HÆC dicit Dominus Deus: Anima que peccauerit, ipsa morietur. Filius non portabit iniquitatem patris.

Secundum Iohannem.

IN illo tempore: Erat dies festus Iudeorum, & ascendit Iesus Hierosolymam.

SABB. IN XII. LECT. STATIO AD S. PETRVM.

Lectio libri Deuteronomij.

IN diebus illis, Locutus est Moyses ad Dominum.

b 3

* Ad S. Mariam. Mense I.

Itè vt supra ad S. Mariam, lectio libri Regum.

* Ad S. Lauren.

* Ad Apostolos.

Cur sabb. 12. lect. dicatur, vide infr. ad feriã lib.

Le- Sac. I.

D. HIERONYMI COMES

Lectio libri Deuteronomij.

IN diebus illis, Dixit Moyses filijs Israel: Si custodieritis mandata quæ ego præcipio vobis.

Lectio libri Machabæorum.

IN diebus illis, Orationem faciebant sacerdotes dum offerrent sacrificium pro populo Israel.

Lectio libri Sapientiæ.

MISERERE nostrî Deus omnium, & respice nos, & ostende nobis lucem miserationum tuarum.

Lectio Danielis Prophetæ.

IN diebus illis, Angelus Domini descendit cum Azaria & socijs eius in fornacem.

HYMNVS TRIVM PVERORVM.

OMNIA opera Domini, Deum benedicite.

BENEDICTVS es in firmamento celi, & laudabilis & gloriosus.

Lectio Epistolæ B. Pauli Apostoli ad Thessalon.

FRATRES: Rogamus vos, corripite inquietos, consolamini pusillanimes, suscipite infirmos.

Sequentia sancti Euangelij secundum Matthæum.

IN illo tempore; Assumpsit Iesus Petrum, & Iacobum, & Iohannem fratrem eius, & ducit illos in montem excelsum seorsum.

*DOMINICA II. IN XLMA.

Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Thessalonicen.

FRATRES: Rogamus vos & obsecramus in Domino Iesu.

Secundum Matthæum.

IN illo tempore: Egressus Iesus, secessit in partes Tyri & Sidonis.

FERIA SECUNDA.*

Lectio Danielis Prophetæ.

IN diebus illis, Oravit Daniel, dicens: Domine Deus noster, qui eduxisti populum.

Secun-

Secundum Iohannem.

IN illo tempore: Dixit Iesus turbis Iudæorum: Ego vado, & queretis me, & in peccato vestro moriemini.

FERIA III.*

Lectio libri Regum.

*Ad S.
Balbinã.

IN diebus illis, Factus est sermo Domini ad Heliam Thesbiten, dicens.

Sequentia sancti Euangelij secundum Matthæum.

IN illo tempore: Locutus est Iesus ad turbas & ad discipulos suos, dicens: Super cathedram.

FERIA IIII.*

Lectio libri Hester.

*Ad S.
Ceciliam.

IN diebus illis, Oravit Mardochæus ad Dominum, dicens: Domine Domine Rex omnipotens.

Secundum Matthæum.

IN illo tempore: Ascendens Iesus Hierosolymam, assumpsit XII. discipulos secretò, & ait illis: Ecce &c.

FERIA V.

Lectio Hieremiæ Prophetæ.

HÆC dicit Dominus Deus: Maledictus homo qui confidit in homine, & ponit carnem brachium suum, &c.

Secundum Iohannem.

IN illo tempore: Dixit Iesus turbis Iudæorum: Non possum ego à meipso facere quicquam.

(Hoc quidem Euāgel. hic annotat Col. cod. & similia quædam in cæteris fer. 5. Quadrag. sed ex Microlog. cap. 50. patet, sequendum magis cod. Donatianicum, qui hic legit: Homo quidam erat diues.)

FERIA VI.*

Lectio libri Geneseos.

*Ad S.
Vitalem.

IN

IN diebus illis: Dixit Ioseph fratribus suis: Audite somnium me-
um quod vidi.

Secundum Matthæum.

IN illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis & turbis Iudæorum.

SABBATO.

Lectio libri Geneseos.

IN diebus illis: Dixit Rebecca filio suo Iacob: Audiui patrem tuum
loquentem cum Esau.

Secundum Lucam

IN illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis: Homo quidam habuit
duos filios, & dicit adolescentior ex illis.

* Ad S.
Laurent.

DOMINICA III. IN XL.*

Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Ephesios.

ESTOTE imitatores Dei, sicut filii charissimi: & ambulate in di-
lectione, sicut & Christus dilexit nos.

Sequentia sancti Euangelij secundum Lucam

IN illo tempore: Erat Iesus eiciens dæmonium, & illud erat
mutum.

* Statio
ad S. Mar-
cum.

FERIA II.*

Lectio libri Regum.

IN diebus illis, Naaman princeps militiæ regis Syriæ, erat vir ma-
gnus apud Dominum.

Sequentia sancti Euangelij secundum Lucam.

IN illo tempore: Dixerunt Pharisei ad Iesum: Quanta audiui-
mus facta in Capharnaum.

* Ad S.
Potetian.

FERIA III.*

Lectio libri Regum.

IN diebus illis, Mulier quædam clamabat ad Helisæum Prophe-
tam, dicens.

Se-

Sequentia sancti Euangelij secundum Matthæum.

RESPICIENS Iesus in discipulos suos, dixit Simoni Petro.

FERIA QUARTA.*

Lectio libri Exodi.

* Ad S.
Sixrum.

HÆC dicit Dominus Deus: Honora patrem tuum & matrem
tuam, vt sis longæuus super terram.

Secundum Matthæum.

IN illo tempore: Acceperunt ad Iesum ab Hierosolymis Scribæ &
Pharisei, dicentes: Quare discipuli.

* FERIA QUINTA.

Lectio Hieremiæ Prophetæ.

* Ad SS.
Cosmā &
Dam.

IN diebus illis, Factum est verbum Domini ad me, dicens: Sta in
porta domus Domini.

(Lectio Hieremiæ pro-
phetæ: Hæc dicit Dominus Deus: Beatus vir qui confidit in Domi-
no, & erit Dñs. Vtranq; lectiōem Coloniæ, quidam codex habebat.)

Secundum Iohannem.

IN illo tempore: Dixit Iesus turbis Iudæorum: Operamini non ci-
bum qui perit, sed qui permanet.

Donat.
cod. secū-
dum Luc.
Surgēs Ie-
sus de syn-
agoga.

FERIA SEXTA.

Lectio libri Numer.

IN diebus illis, Conuenerunt filij Israel ad Moysem & Aaron, &
uersi in seditionem, dixerunt.

Secundum Iohannem.

IN illo tempore: Venit Iesus in ciuitatem Samariæ quæ dicitur
Sichem, iuxta prædium.

SABBATO.

Lectio Danielis Prophetæ.

IN diebus illis: Erat vir in Babylone, & nomen eius Ioachim. Et
accepit vxorem.

Secundum Iohannem.

IN illo tempore: Perrexit Iesus in montem Oliueti, & diluculo
iterum venit in templum.

c DO-

* Ad Hierosolymam.

D. HIERONYMI COMES.

DOMINICA QUARTA IN XLMA.*

Lectio ad Galatas.

FRATRES: Scriptum est, quoniam Abraham duos filios habuit, vnum de ancilla, & vnum de libera.

Sequentia secundum Iohannem.

IN illo tempore: Abijt Iesus trans mare Galilee, quod est Tiberiadis.

FERIA SECUNDA.

Lectio libri Regum.

IN diebus illis: Venerunt duae mulieres meretrices ad Regem Salomone m fteruntque coram eo.

Secundum Iohannem.

IN illo tempore: Propè erat pascha Iudæorum, & ascendit Iesus Hierosolymam.

FERIA TERTIA.*

Lectio libri Exodi.

IN diebus illis, Locutus est Dominus ad Moysem, dicens: Descende de monte.

Sequentia sancti Euangelij secundum Iohannem.

IN illo tempore: Iam die festo mediante, ascendit Iesus in templum, & docebat.

FERIA QUARTA.*

Lectio Ezechielis Prophetæ.

* Ad S. Laurentium. HÆC dicit Dominus Deus: Sanctificabo nomen meum magnum, vt sciant gentes.

Lectio Esaiæ prophetæ.

* Ad S. Paulum. HÆC dicit Dominus Deus: Lauamini, mundi estote. Auferte malum cogitationum vestrarum.

Secundum Iohannem.

IN illo tempore: Præteriens Iesus, vidit hominem cæcum à natiuitate, & interrogauerunt eum discipuli sui: Rabbi, quis &c.

FERIA QUINTA.

LE-

SIVE LECTIONARIUS.

Lectio libri Regum.

VENIT mulier Sunamitis ad Helisæum in montem Carmeli. Cumque vidisset eam vir Dei.

Sequentia sancti Euangelij secundum Iohannem.

IN illo tempore, Dixit Iesus turbis Iudæorum: Pater meus Don. cod. secundum Lucam: vsque modò operatur, & ego operor.

FERIA SEXTA.

Lectio libri Regum.

IN diebus illis, Aegrotauit filius mulieris matris familiæ, & erat languor fortissimus.

Sequentia sancti Euangelij secundum Iohannem.

IN illo tempore: Erat quidam læguis Lazarus à Bethania de castello mariæ.

SABBATO.*

Lectio Esaiæ Prophetæ.

* Ad S. Laurè. in mediana. HÆC dicit Dominus: In tempore placito exaudiui te, & in die salutis auxiliatus sum tui.

Lectio Esaiæ Prophetæ.

* Ad S. Laurè. in mediana. HÆC dicit Dominus Deus: Omnes sitientes, venite ad aquas: Microl. c. 52. addens & qui non habetis argentum, properate.

Secundum Iohannem.

* Ad S. Laurè. in mediana. IN illo tempore: Dicebat Iesus turbis Iudæorum: Ego sum lux mundi. Qui sequitur me.

DOMINICA QUINTA IN XLMA.*

Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Hebræos.

FRATRES, Christus assistens pontifex futurorum bonorum, per amplius & perfectius tabernaculum.

Secundum Iohannem.

IN illo tempore, Dicebat Iesus turbis Iudæorum & principibus sacerdotum: Quis ex vobis arguit me &c.

FERIA SECUNDA.*

Lectio Ionæ Prophetæ.

* Ad S. Chryso- gonum.

c 2

IN

IN diebus illis, Factum est verbum Domini ad Ionam propheta-
tam secundò, dicens: Surge, & vade in Niniuen.

Secundùm Iohannem.

IN illo tempore: Miserunt principes & pharisæi ministros, vt ap-
prehenderent Iesum.

* Ad S.
Quiriacū.

FERIA TERTIA. *

Lectio Danielis Prophetæ.

IN diebus illis: Congregati sunt Babylonij ad Regem, & di-
xerunt ei.

Sequentia secundùm Iohannem.

IN illo tempore, Ambulabat Iesus in Galileam, non enim vole-
bat in Iudæam ambulare.

FERIA QUARTA.

Lectio libri Leuitici.

IN diebus illis: Locutus est Dominus ad Moysem, dicens: Ego
Dominus Deus vester: Non facies furtum.

Secundùm Iohannem.

IN illo tempore: Facta sunt encenia in Hierosolymis, & hyems
erat. Et ambulabat Iesus in templo.

* Ad S.
Apollinarem.

FERIA QUINTA. *

Lectio Danielis Prophetæ.

IN diebus illis, Orauit Daniel Dominum, dicens: Domine Deus,
nè despicias populum tuum.

Secundùm Iohannem.

IN illo tempore: Cùm audissent quidam de turba sermones Ie-
su, dicebant: Hic est verè Propheta.

* Ad S.
Stephanū.

FERIA SEXTA. *

Lectio Hieremiæ Prophetæ.

IN diebus illis: Dixit Hieremias: Domine, omnes qui te derelin-
quunt, confundentur.

Sequentia secundùm Iohannem.

IN

IN illo tempore, Collegerunt pontifices & pharisæi concilium,
& dicebant: Quid facimus, quia hic homo.

SABBATO.

(Quandò

dominus Papa cleemosynam dat. Lect. Zachariæ prophetæ: Hæc
dicit Dominus Deus: Exulta satis filia sion, iubila. De inscriptio-
ne illa vide Alcuinum pag. 52. ex quo etiam Lectionem Zachariæ
magis authenticam esse, patet pag. 53. Qui interim indicat, recētius
esse huius diei officium.)

Lectio Hieremiæ prophetæ.

IN diebus illis, Dixerunt impij Iudæi adinvicem: Venite, co-
gitemus contra iustum cogitationes.

Sequentia sancti Euangelij secundùm Ioannem.

DIXIT Iesus turbis Iudæorum: Amen amen dico vobis, nisi
manducaueritis.

*** DOMINICA INDVLGENTIAE.**

Die Dom.

(sic inter cætera appellatam fuisse olim hanc Dominicam, patet ex in Palm.
Ord. Rom. p. 42. Interponunt autem Donat, cod. AD BENED.
PALM. sequentia sancti Euang. secundùm Marcum, quum appro-
pinquaret Iesus.)

Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Philip.

FRA TRES: Hoc enim sentite in vobis, quod & in Christo Ie-
su. Qui cùm in forma Dei esset.

**PASSIO DOMINI NOSTRI IESV
CHRISTI, SECUNDVM
MATTHAEVM.**

IN illo tempore, Dixit Iesus discipulis suis: Scitis quia post
biduum Pascha fiet.

FERIA II. *

Lectio Esaia prophetæ.

IN diebus illis, Dixit Esaia: Dominus Deus meus aperuit mi-
hi aurem, ego autem non contradico.

Vndè suprà. Lectio Zachariæ Prophetæ.

* Ad SS.
Nereū &
Achilleū.
Vtriusq;
lect. pro-
phe. huius
& sequēt.
& 4. fer.
meminit
Microl. c.
52.

c3

HA EC 52.

HÆC dicit Dominus Deus: Si bonum est in oculis vestris,
afferte mercedem meam: & si non.

Secundum Iohannem.

IN illo tempore: Ante sex dies Paschæ venit Iesus Bethaniam,
vbì Lazarus fuerat mortuus.

FERIA TERTIA.*

Lectio Hieremiæ Prophetæ.

* Ad fan-
ctam Fri-
scam.

IN diebus illis, Dixit Hieremias: Domine, demonstrasti mi-
hi, & cognoui.

Lectio libri Sapientiæ.

IN diebus illis, Dixerunt impij Iudæi apud semetipsos: Veni-
te, circumueniamus iustum.

PASSIO DOMINI NOSTRI IESV

Christi, secundum Marcum.

IN illo tempore: Erat Pascha & azyma post biduum, Et que-
rebant summi sacerdotes & scribæ.

FERIA QUARTA.*

Lectio Esaiæ Prophetæ.

* Ad fan-
ctam Ma-
riam.

Fit noia.

tim huius

us & fe-

quentium

officiorum

mentio in

Ord. Ro-

man. pag.

49. & seq.

& Amala-

l. r. c. 11. &

sequ.

* In cœna

Domini,

Christi ma-

cificatur.

HÆC dicit Dominus: Dicite filiæ Sion, Ecce Saluator tuus
venit, & merces eius cum eo.

Lectio Esaiæ Prophetæ.

IN diebus illis, Dixit Esaias: Domine, quis credidit auditui
nostro, & brachium Domini cui reuelatum est?

PASSIO DOMINI NOSTRI IESV

Christi, secundum Lucam.

IN illo tempore, Appropinquabat dies festus azymorum, qui
dicitur Pascha.

FERIA V.*

Lectio Epist. beati Pauli Apostoli ad Corinth.

Conuenientibus vobis in vnum, iam non est Dominicam cœ-
nam manducare. Vnusquisque enim suam cœnam.

Sequen-

Sequentia sancti Euang. secundum Iohannem.

IN illo tempore, Ante diem festum Paschæ sciens Iesus quia
venit eius hora, vt transeat.

FERIA VI. PARASCEVES.

Lectio Osæ Prophetæ.

HÆC dicit Dominus Deus: In tribulatione sua manè con-
surgent ad me.

Lectio libri Exodi.

IN diebus illis, Dixit Dominus ad Moysen & Aaron in terra
Aegypti: Mensis iste vobis.

PASSIO DOMINI NOSTRI IESV

Christi, secundum Iohannem.

IN illo tempore, Egressus est Iesus cum discipulis suis trans
torrentem Cedron, vbì erat hortus.

**INCIPIUNT LECTIONES IN SABBA-
TO SANCTO PASCHAE.**

Lectio libri Geneseos.

IN principio creauit Deus cælum & terram, terra autem erat
inanis & vacua.

(Etsi Mi-
crol. c. 33. 12. lect. hoc sabb. legendas dicat, iuxta veterem tamen
Ord. Rom. non nisi quatuor lect. legi solere patet infra l. sacramēt.
1. Quarè restè Donat. eod. 4. etiã duntaxat lect. habent, nempe: In
principio. Factum est in vigilia matutina. Appræhendent septem
mulieres. & Hæc est hæreditas.)

Lectio libri Geneseos.

NOE verò cùm quingentorum esset annorum, genuit Sem,
Cham, & Iaphet.

Lectio libri Genesis.

IN diebus illis, Tentauit Deus Abraham, & dixit ad eum: Abra-
ham, & ille respondit.

Lectio

Incipiunt
lectiones
in vigilia
Paschæ, si-
ue de vi-
gilia Pen-
tecostes.

D. HIERONYMI COMES

Lectio libri Exodi.

IN diebus illis, Factum est in vigilia matutina, & ecce respiciēs Dominus super castra Aegypti.

* Lectio Eſaiæ Prophetæ.

OMNES sitientes, venite. Require, Sabb. hebdom. IIII. in Quadrageſima. * Lectio

Eſaiæ Prophetæ: Hæc est hæreditas ſeruatorum Domini, & iuſtitia corū.

Lectio libri Hieremiæ Prophetæ.

AVDI Ifrael mandata vitæ, auribus percipe, vt ſcias prudentiam. Quid est, Ifrael, quòd in terra inimicorum.

Lectio Ezechielis Prophetæ.

IN diebus illis: Facta est ſuper me manus Domini, & eduxit me in ſpiritu Domini.

Lectio Eſaiæ Prophetæ.

IN diebus illis, Appræhendent ſeptem mulieres virum vnum in die illa, dicentes.

Canticum Eſaiæ. VINEA facta est dilecto.

IN diebus illis, Dixit Dominus ad Moyſen & Aaron in terra Aegypti. Requiritur pridè.

Lectio Ionæ Prophetæ.

IN diebus illis, Factum est verbum Domini ad Ionam prophetam. Require, FERIA II. hebdom. V. in Quadrageſima.

Lectio Deuteronomij.

IN diebus illis, Scripſit Moyſes canticum, & docuit filios Ifrael. Præcepitque Dominus.

Canticum Moyſi.

ATTENDE cælum, & loquar.

Lectio Danielis Prophetæ.

IN diebus illis, Nabuchodonosor rex fecit ſtatua auream altitudine cubitorum LX.

Can-

SIVE LECTIONARIUS.

Canticum de Pfalmo Quadrageſimo I.

SICVT ceruus deſiderat ad fontes aquarum, ita deſiderat. SABBATO SANCTO AD MISSAM.*

Lectio Epiſt. B. Pauli Apoſtoli ad Coloff.

FRATRES, Si conſurrexiſtis cum Chriſto, quæ ſursum ſunt, quærite, vbi Chriſtus eſt.

Secundùm Matthæum.

In illo tempore, Veſperè ſabbati, quæ luceſcit in * primam ſabbati. * prima

DOMINICA SECUNDA PASCHAE,

ſtatio ad ſanctam Mariam.

Lectio Epiſtole B. Pauli Apoſtoli ad Cor.

FRATRES, Expurgate vetus fermentum, vt ſitis noua conſperſio.

Sequentia ſancti Euang. ſecundùm Marcum.

IN illo tempore, Maria Magdalene, & Maria Iacobi, & Salome emerunt aromata.

FERIA SECUNDA.

Lectio Actuum Apoſtolorum.

IN diebus illis, Stans Petrus in medio plebis, dixit: Viri fratres, vos ſcitis, quòd factum eſt verbum.

Sequentia ſancti Euang. ſecundùm Lucam.

IN illo tempore, Exeuntes duo ex diſcipulis Ieſu, ibant ipſa die in caſtellum.

FERIA TERTIA.*

Lectio Actuum Apoſtolorum.

IN diebus illis, Surgens Paulus, & manu ſilentium indicans, ait: Viri fratres, filij generis Abraham. * Ad ſanctum Paulum.

Sequentia ſancti Euang. ſecundùm Lucam.

IN illo tempore, Stetit Ieſus in medio diſcipulorum ſuorum, & dicit eis: Pax vobis.

d FE-

FERIA IIII.

Lectio Actuum Apostolorum.

IN diebus illis, Aperiens Petrus os suum, dixit: Viri Israëlitarum, & qui timetis Dominum, audite.

Sequentia sancti Euangelij secundum Iohannem.

IN illo tempore, Manifestauit se Iesus ad mare Tiberiadis: manifestauit autem sic.

* Ad Ba-
filiam
Apostolo-
rum.

FERIA QUINTA.*

Lectio Actuum Apostolorum.

IN diebus illis, Angelus Domini locutus est ad Philippum, dicens: Surge, & vade contra meridiem.

Secundum Iohannem.

IN illo tempore, Maria stabat ad monumentum foris, plorans. Dum ergo fleret.

* Ad fan-
tam Ma-
riam.

FERIA VI.*

Lectio Epistolae B. Petri Apostoli.

CHARISSIMI, Christus semel pro peccatis nostris mortuus est, iustus pro iniustis, ut nos offerret Deo.

Secundum Matthaeum.

IN illo tempore, Undecim discipuli abiierunt in Galileam, in montem ubi constituterat illis Iesus.

SABBATO.

Lectio Epistolae beati Petri Apostoli.

Charissimi, Deponentes omnem malitiam & omnem dolum.

Secundum Iohannem.

IN illo tempore: Vna sabbati Maria Magdalene venit mane, cum adhuc tenebrae essent.

DOMINICA OCT. PASCHAE.

Lectio Epistolae beati Iohannis Apostoli.

Charissi-

Charissimi, Omne quod natum est ex Deo, vincit mundum. Et haec est victoria.

Sequentia sancti Euangelij secundum Iohannem.

IN illo tempore, Cum esset sero die illo vna sabbatorum, & fores essent clausae.

FERIA IIII.

Lectio Epistolae beati Pauli Apostoli ad Hebraeos.

FRAIRES, Obedite praepositis vestris, & subiaceite eis. Ipsi enim peruigilant, quasi rationem pro animabus vestris reddituri.

Sequentia sancti Euangelij secundum Marcum.

IN illo tempore, Surgens Iesus mane prima sabbati, apparuit primo Mariae Magdalenae.

FERIA SEXTA.

Secundum Matthaeum.

IN illo tempore, Exierunt mulieres citò de monumento cum timore & gaudio magno, currentes.

DOMINICA I. POST OCT. PASCHAE.

Lectio Epistolae beati Petri Apostoli.

Charissimi, Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum.

Sequentia sancti Euangelij secundum Iohannem.

IN illo tempore, Dixit Iesus discipulis suis: Ego sum pastor bonus. Bonus pastor.

FERIA QUINTA.

Lectio Epistolae beati Petri Apostoli.

SCIENTES quod non corruptibilibus argento vel auro redempti estis.

Secundum Lucam.

IN illo tempore, Vna sabbati valde diluculo venerunt mulieres ad monumentum.

FERIA VI.

d 2

Secun-

Secundùm Matthæum.

IN illo tempore: Accesserunt ad Iesum discipuli Iohannis, dicentes.

DOMINICA II. POST OCT. PASCHAE.

Lectio Epist. beati Petri Apostoli.

CHARISSIMI: Obsecro vos tanquàm aduenas & peregrinos, abstinere vos à carnalibus desiderijs.

Secundùm Matthæum.

IN illo tempore, Dixit Iesus discipulis suis: Mo dicum, & iam non videbitis me.

FERIA QVARTA.

Lectio Epist. beati Iohannis Apostoli.

CHARISSIMI, Hæc scribo vobis, vt non peccetis: sed & si quis peccauerit, aduocatum habemus apud patrem.

Secundùm Iohannem.

IN illo tempore, Facta est quæstio ex discipulis Iohannis cum Iudæis de purificatione.

FERIA SEXTA.

Secundùm Iohannem.

IN illo tempore, Dixit Iesus discipulis suis: Ego lux in mundum vèni, vt omnis qui credit in me.

IN PASCHA ANNOTINO. (Pascha

annotinum, quasi anniuersarium dici, eò quòd qui in priori Pascha baptizati erant, sequenti anno eundem diem festum celebrarent, testatur Microlog. c. 56.)

Lectio Apocalypsis Iohannis Apostoli.

IN diebus illis, Vidi in dextera Dei sedentis super thronum, librum scriptum intùs & foris.

Sequentia sancti Euang. secundùm Iohannem.

IN illo tempore: Erat homo ex Pharisæis, Nicodemus nomine, princeps Iudæorum.

Kal.

Kalend. Maij, Natal. Sanctorum Apostolorum Philippi & Iacobi.

Lectio libri Sapientiæ.

STABVNT iusti in magna constantia. Item alia.

Lectio Actuum Apostolorum.

IN diebus illis, Exurgens princeps sacerdotum.

Sequentia sancti Euangelij secundùm Iohannem.

NON turbetur cor vestrum.

DOMINICA TERTIA POST OCT. PASCHAE.

Lectio Epistolæ beati Iacobi Apostoli.

CHARISSIMI, Omne datum optimum, & omne donum perfectum, desursùm est, descendens à patre luminum.

Secundùm Iohannem.

IN illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis: Vado ad eum qui me misit, & nemo ex vobis.

FERIA QVARTA.

Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Thessal.

FRATRES: Omnes vos filij lucis estis, & filij diei. Non sumus noctis, neque tenebrarum.

Secundùm Iohannem.

IN illo tempore: Respicens Iesus discipulos suos, dixit: Pater sancte, serua eos in nomine tuo.

FERIA QVINTA.

Secundùm Iohannem.

IN illo tempore, Dixit Iesus discipulis suis: Filioli, adhuc modicum tempus.

V. Nonas Maij, Inuentio S. Crucis.

Lectio Epistolæ B. Pauli Apostoli ad Galatas. Fratres,

CONFIDO de vobis in Domino.

Sequentia S. Euang. secundùm Matthæum: vt sup. in Pascha annotin.

d 3 IN

IN NATALI SANCTI PANCRATII.

Lectio libri Sapientiae.

BEATVS homo qui inuenit sapientiam.

Sequentia sancti Euangelij secundum Mattheum.

ACCESSERVNT ad Iesum Pharisei, tentantes eum, & dicentes:
Si licet.DOMINICA QUARTA POST OCT.
PASCHAE.

Lectio Epistolae beati Iacobi Apostoli.

CHARISSIMI, Estote factores verbi, & non auditores tantum,
fallentes vosmetipsos.

Secundum Iohannem.

IN illo tempore, Dixit Iesus discipulis suis: Si quid petieritis pa-
trem in nomine meo.

IN LITANIA MAIORI.

Lectio libri Epistolae beati Iacobi Apostoli.

CHARISSIMI, Confitemini alterutrum peccata vestra, & orate
pro inuicem, vt saluemini.

Sequentia sancti Euangelij secundum Lucam.

IN illo tempore, Dixit Iesus discipulis suis: Quis vestrum habebit
amicum, & ibit ad illum.IN VIGILIA ASCENSIONIS
DOMINI.*

Lectio ad Ephesios.

VNICVIQUE vestrum data est gratia. RQ. In natali Aposto-
lorum.

Secundum Iohannem.

IN illo tempore: Subleuatis Iesus oculis in caelum, dixit: Pater, ve-
nit hora, clarifica filium tuum.

IN DIE S. ASCENSION. DOMINI.

Lectio Actuum Apostolorum.

*Donat.
cod. Lec-
tio actu-
um Apo-
stolorum.
In diebus
illis. Mul-
titudinis
credentium
erat cor
vnum.

PRI-

PRIMUM quidem sermonem feci de omnibus, o Theophile, que
coepit Iesus facere. Secundum Marcum.IN illo tempore: Recumbentibus vndecim discipulis, apparuit
illis Iesus, & exprobrauit &c.

FERIA SEXTA.

Lectio Actuum Apostolorum.

IN diebus illis, Multitudinis credentium erat cor vnum & anima vna.

Secundum Lucam,

IN illo tempore, Dixit Iesus discipulis suis: Hæc sunt verba que lo-
cutus sum ad vos.

DOMIN. POST ASCEN. DOMINI.

Lectio Epistolae beati Petri Apostoli.

CHARISSIMI, Estote prudentes, & vigilate in orationibus. An-
te omnia autem mutua in vobismetipsis charitatem.

Secundum Iohannem.

IN illo tempore, Dixit Iesus discipulis suis: Cum venerit paracly-
tus, quem ego mittam vobis a patre.

FERIA QUARTA. Lectio ad Hebraeos.

FRATRES: Vidimus Iesum Christum, propter passionem mor-
tis, gloria & honore coronatum.

Secundum Iohannem.

IN illo tempore, Dixit Iesus discipulis suis: Si manseritis in me, &
verba mea in vobis manserint,

FERIA SEXTA.

Sequentia sancti Euangelij secundum Iohannem.

QVI credit in me, non credit in me, sed in eum qui misit me.

SABBATO IN VIGILIA
PENTECOSTES.(Eti-
am hic solum 4. habent lect. cod. Donation. nempe, Tentauit Deus.
scripsit Moyses canticum. Apprehendent septem. & Audi Israel
mandata vitæ.)

IN

In Genesi.

IN principio creauit.

De Abraham.

TENTAVIT Deus Abraham.

In Exodo.

FACTVM est cum Cantico.

In Deuteronomio.

SCRIPSIIT. Cum cantico.

In Esaia.

APPROAHEHENDENT. Cum cantico.

In Hieremia.

AUDI Israel.

De Psalmo XLI.

SICVT ceruus desiderat.

Lectio Actuum Apostolorum ad Missam.

IN diebus illis: Cùm Apollo esset Corinthi, & Paulus peragratis superioribus partibus.

Secundùm Iohannem.

IN illo tempore, Dixit Iesus discipulis suis: Si diligitis me, mandata mea seruare.

DOMINICA SANCTA PENTECOST.

Lectio Actuum Apostolorum.

IN diebus illis, Cùm complerentur dies pentecostes, erant omnes discipuli pariter in eodem loco.

Sequentia sancti Euangelij secundùm Iohannem.

IN illo tempore, Dixit Iesus discipulis suis: Si quis diligit me, sermonem meum seruabit.

*Ad Vincula.

FERIA SECUNDA.*

Lectio actuum Apostolorum.

IN diebus illis, Aperiens Petrus os suum, dixit: Viri fratres & patres, nobis præcepit Dominus prædicare populo & testificari.

Se-

Secundùm Iohannem.

IN illo tempore, Dixit Iesus discipulis suis: Sic dilexit Deus mundum, vt filium suum vnigenitum daret.

FERIA TERTIA.*

Lectio Actuum Apostolorum.

IN diebus illis, Cùm audissent Apostoli qui erant Hierosolymis, quia recepit Samaria verbum Dei.

Secundùm Iohannem.

IN illo tempore, Dixit Iesus discipulis suis: Amen amen dico vobis, qui non intrat per ostium.

FERIA QVARTA.*

Lectio Actuum Apostolorum.

IN diebus illis, Stans Petrus cum vndecim, leuauit vocem suam, & locutus est eis.

Lectio Actuum Apostolorum.

IN diebus illis, Per manus Apostolorum fiebāt signa & prodigia multa in plebe. Et efāt vnanimiter omnes in porticu Salomonis.

Secundùm Iohannem.

IN illo tempore, Dixit Iesus discipulis suis: Nemo potest venire ad me.

FERIA QVINTA.*

Lectio Actuum Apostolorum.

IN diebus illis, Philippus descendens in ciuitatem Samariæ, prædicabat illis Christum.

Secundùm Lucam.

IN illo tempore, Conuocatis Iesus XII. Apostolis, dedit illis virtutem & potestatem.

FERIA SEXTA.*

Lectio Actuum Apostolorum.

IN diebus illis, Aperiens Petrus os suum, dixit: Viri Israelitæ, audite verba hæc.

* Ad S. Anastasiã.

* Ad S. Mariam.

* Ad Apostolos.

* Ad SS. Iohānem & Paulū.

e

Secun-

Secundùm Lucam.

IN illo tempore, Factum est in vna dierum, & Iesus sedebat docens.

* Ad S.
Petri in
XII. lecti-
onibus.

SABBATO.*

Lectio Actuum Apostolorum.

IN diebus illis, Conuenit vniuersa ciuitas audire verbum Dñi.

Secundùm Lucam.

* Egredus IN illo tempore, * Surges Iesus de synagoga, introiuit in domum Simonis.

Lectio
huius r. &
Euangelij
oct. Pēte-
cost. me-
minit Ber-
no de Mis-
sa cap. 5. &
Micr. c. 39.DOMINICA IN OCTAVA
PENTECOSTES.

Lectio libri Apocalypsis Iohannis Apostoli.

IN diebus illis, Vidi ostium apertum in celo, & vox prima, quam audiui tanquam tubæ loquentis mecum, dicens.

Lectio actuum Apostolorum.

IN diebus illis, Respiciens Petrus & Apostoli, dixerunt ad plebem.

Secundùm Iohannem.

IN illo tempore, Erat homo ex pharisæis. Require in paschaanotino.

FERIA QVARTA.

Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Corinth.

FRATRES, Si autem Christus predicatur quod resurrexit à mortuis, quomodo quidam dicunt in vobis, quoniam resurrectio mortuorum non est?

Secundùm Lucam.

IN illo tempore, Dixit Iesus discipulis suis: Cum inducent vos in synagogas & ad magistratus & potestates, nolite solliciti esse.

FERIA SEXTA.

Secundùm Lucam.

IN illo tempore, Accesserunt ad Iesum quidam Sadducæorum, qui negant esse resurrectionem.

In Donat,
cod. trans-
ponuntur
hec Euag.
fer. 4. et 6.
quemad-
modum
etiã in al-
tero Co-
lonien.

DO-

DOM. I. POST OCT. PENTECO.

Lectio Epistolæ beati Iohannis Apostoli.

CHARISSIMI, Deus charitas est. In hoc apparuit charitas Dei in vobis, quoniam filium suum vnigenitum misit Deus in mundum.

Secundùm Lucam.

IN illo tempore, Dixit Iesus discipulis suis parabolam hanc: Homo quidam erat diues, & induebatur purpura & bysso.

FERIA QVARTA.

Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Coloss.

FRATRES, Mortificate membra vestra quæ sunt supra terram.

Secundùm Matthæum.

IN illo tempore, Dixit Iesus discipulis suis: Nolite putare quoniam veni soluere legem aut prophetas.

FERIA SEXTA.

Sequentia sancti Euangelij secundùm Lucam.

IN illo tempore, Dixit Iesus discipulis suis: Impossibile est vt non veniant scandala.

DOM. II. POST OCT. PENTECO.

Lectio Epistolæ beati Iohannis Apostoli.

CHARISSIMI: Nolite mirari, si odit vos mundus. Nos scimus quoniam translati sumus de morte ad vitam.

Secundùm Lucam.

IN illo tempore, Dixit Iesus discipulis suis similitudinem hanc: Homo quidam fecit cœnam magnam.

FERIA QVARTA.

Lectio beati Petri Apostoli.

SVCCINCTI lumbos mentis vestræ.

Sequentia sancti Euangelij secundùm Matthæum.

QVVM venisset Iesus in templum.

FERIA SEXTA.

Hebd. II.
post Pen-
tecosten.Beruo lo-
co citato
dicit has
lectionesgi Dom. r.
post oct.
Pentecost.quod si fi-
at, cõcor-
des fore in
officijs 23.

Dñicas.

Heb. III.
post Pent.

Sequentia sancti Euangelij secundum Matthæum.

RESPONDENS Iesus, dixit: Confiteor tibi pater.

INCIPIUNT LECTIONES MENSIS

QVARTI.

*FERIA QVARTA.

Lectio libri Sapientiæ.

DILIGITE iustitiã q̄ iudicatis terrã. Sētite de Dño in bonitate.

Lectio Esaia Prophetæ.

HÆC dicit Dominus Deus: Audi Iacob serue meus & Israhel quẽ elegi, Faciens & formans te, ab vtero auxiliator tuus.

Secundum Lucam.

IN illo tempore, Accedentes discipuli ad Iesum dixerunt illi: Dimitte turbas.

FERIA SEXTA. *

Lectio Iohel Prophetæ.

HÆC dicit Dominus Deus: Exultate * filia Sion, & lætamini in Domino Deo vestro.

Secundum Lucam.

IN illo tempore: Venit ad Iesum vir cui nomen Iairus, & ipse princeps Synagogæ erat.

SABBATO * IN XII. LECTIONIBVS.

Lectio Iohel Prophetæ.

HÆC dicit Dominus Deus: Et fundam de spiritu meo super natim fit omnem carnem.

Lectio libri * Leuitici.

IN diebus illis, Locutus est Dominus ad Moysen, dicens: Loque- ca. 3. citat re filijs Israhel, & dices ad eos.

Lectio libri Deuteronomij.

IN diebus illis, Dicit Moyses: Audi Israhel quæ ego præcipio ti- lectio. D. bi hodiè.

Lectio libri Leuitici,

IN

IN diebus illis, Dixit Dominus ad Moysen: Si in præceptis meis ambulaueritis.

HIC LEGITVR DANIEL. *

Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Romanos.

FRATRES: Iustificati ex fide, pacem habemus ad Deum per Dominum nostrum Iesum Christum.

Secundum Matthæum.

IN illo tempore, Egrediente Iesu ab Hiericho, secuta est eum turba multa. Et ecce duo cæci.

DOM. III. POST OCT. PENT.

Lectio Epistolæ beati Petri Apostoli.

Charissimi, Humiliamini sub potenti manu Dei, vt vos exaltet.

Secundum Lucam.

IN illo tempore, Erant appropinquantes ad Iesum publicani & peccatores.

FERIA QVARTA.

Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Coloss.

FRATRES: Omne quodcunque facitis in verbo aut in opere, omnia in nomine Domini Iesu.

Secundum Matthæum.

IN illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis: Esto consentiens aduerfario tuo.

FERIA SEXTA.

Secundum Marcum.

INTROIUIT Iesus Hierosolymam.

DOMINICA III. POST OCT. PEN- TECOSTES.

Lectio Epist. B. Pauli Apostoli ad Rom.

FRATRES, Existimo enim, quod non sunt condignæ passio- nes huius temporis ad futuram gloriam.

Sequentia sancti Euang. secundum Lucam.

* Prophetæ. Requi- cam sabb. Men. pri- mi in XII. Lect.

Hebdom. IIII.

Hebd. V. post Pent.

* Feria
III. ad s.
Mariam.

* Ad Apo-
stolos.

* filij

* Ad s.
Petrum.
* Lectiõũ
harũ quin
que nomi
natim fit
mentio
apud A.
mal. li. 2.

ca. 3. citat re
ca. 3. citat re
ca. 3. citat re
ca. 3. citat re
ca. 3. citat re
ca. 3. citat re
ca. 3. citat re
ca. 3. citat re
ca. 3. citat re
ca. 3. citat re

Hieron.
* Deutero
nomij.

IN illo tēpore, Dixit Iesus discipulis suis: Estote misericordes.

FERIA QVARTA.

Lectio epistolæ beati Pauli Apostoli ad Ephes.

Don. cod. lect. B. Petri Apost. Nolite p. egrinari in seruo re.

FRATRES, Non cesso gratias agens pro vobis, memoriam vestrā faciens in orationibus meis.

Secundū Matthæum.

IN illo tempore, Interrogauerunt Iesum discipuli, dicentes: Quid Scribæ dicunt, quòd Heliam oporteat primū venire?

(Donat. cod. secundū Lucam, Acceperunt quidam Pharisæorum.)

FERIA VI.

Sequentia sancti Euang. secundū Marcum. Exurgens Iesus

* DOM. V. POST OCT. PENT.

Dom. VI. post Pent.

Lectio Epistolæ beati Petri Apostoli.

CHARISSIMI: Omnes vnanimis in oratione estote, compatiētes, fraternitatis amatores.

(Concordiam harum lectionum huius Dominicæ 5. cum Oratione, Deus qui diligētibz te, explicat Berno de Miss. c. 5.)

Secundū Lucam.

IN illo tempore, Cū turbæ irruerent ad Iesum, vt audirent verbum Dei.

FERIA QVARTA.

* Lectio epistolæ beati Pauli Apostoli ad Timoth.

* Donat. cod. s. Iacobi. Omne gaudium existimate.

OBSEURO primū omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones.

Secundū Matthæum.

RESPONDENS Iesus, dixit: Confiteor tibi pater. Require, Dom. V. post Theophaniam.

(Donat. cod. secund. Marcum. Surgens Iesus, abiit in fines Tyri.)

FERIA VI.

* Secundū Marcum.

Dōa. cod. * secund. Lucā: Dicebat Ie.

IN illo tempore, Offerebant Iesu paruulos, vt tangeret eos.

Disci.

Discipuli autem comminabantur offerentibus.

IN NATAL. SS. GERVASII ET PROTASII.

Lectio epistolæ beati Pauli Apostoli ad Rom.

SCIMVS, quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum.

Euangelium secundū Marcum.

EGREDIENTE Iesu de templo.

IN VIGIL. S. IOHANNIS BAPTISTAE.

Lectio Hieremiæ Prophetæ.

IN diebus illis, Factum est verbum Domini ad me, dicens: Priusquā te formarem in vtero, noui te.

Euangelium secundū Lucam.

FUIT in diebus Herodis regis Iudææ, sacerdos quidam nomine Zacharias.

* Item alia lectio in prima Missa, Esaię Prophetæ.

HÆC dicit Dominus: Eccē adsum primus ad Sion & Hierusalem.

Euangelium secundū Lucam.

DIXIT Zacharias ad angelum.

ITEM IN DIE SANCTO.

Lectio Esaię Prophetæ.

HÆC dicit Dominus Deus: Audite Insulæ, & attendite populi de longè.

Euangelium secundū Lucam.

ELIZABETH impletum est tempus pariendi, & peperit filium.

IN NATAL. SS. IOHANNIS ET PAVLI.

Lectio

sis turbis Iudæorū: Cū videris tis &c.

* Cur tres Missæ de festo S. Ioh. han. Bap. celebrari solitę fuerint, ratio nem redit Alcuinus pag. 69. Amalarius lib. 3. ca. 38. & l. 4. ca. 40.

D. HIERONYMI COMES

Lectio Epistolę B. Pauli Apostoli ad Rom.

QVIS nos separabit à charitate Christi?

Euangelium secundum Lucam.

ATTENDITE à fermento Phariseorum.

IN VIGIL. S. PETRI.

Lectio Actuum Apostolorum.

IN diebus illis, Petrus & Iohannes ascendebāt in templum ad horam orationis nonam.

Euangelium secundum Iohannem.

DIXIT Iesus Petro: Simon Iohannis, diligis me plūs his?

IN NATALI S. PETRI.

Lectio Actuum Apostolorum.

IN diebus illis, Misit Herodes rex manus, vt affligeret.

Euangelium secundum Matthæum.

VENIT Iesus in partes Cefarę Philippi, & interrogauit discipulos suos.

IN NATAL. S. PAVLI.

Lectio actuum Apostolorum.

IN diebus illis, Saulus adhuc spirans.

Euangelium secundum Matthæum.

DIXIT Simon Petrus ad Iesum.

Heb. VII. DOM. VI. POST OCT. PENTEC.

Lectio Epist. beati Pauli Apostoli ad Rom.

FRATRES: Quicumq; baptizati sumus, in Christo Iesu baptizati sumus.

Euangelium secundum Matthæum.

IN illo tempore, Dixit Iesus discipulis suis: Amen dico vobis, quia nisi abundauerit iustitia vestra.

IN OCT. APOSTOLORVM.

Lectio libri Sapientię.

HI

SIVE LECTIONARIVS.

HI sunt viri misericordię, quorum iustitię.

Sequentia sancti Euang. secundum Matth.

Iussit Iesus discipulos suos ascendere in nauiculam.

FERIA QVARTA.

Lectio Epistolę beati Pauli Apostoli ad Hebręos.

FRATRES, Habemus gratiam per quam seruiamus, placentes Deo cum metu & reuerentia.

* Secundum Marcum.

Interrogauit Iesum quidam princeps, dicens.

Item in Oct. Apostolorum.

Lectio Epistolę beati Pauli Apostoli ad Galatas.

FRATRES, Deus personam hominis non accipit.

FERIA SEXTA.

Secundum Marcum.

IN illo tempore, Venit Iesus in regionem Gerasenorum, & exeunti ei de nauis.

DOM. VII. POST OCT. PENTECOS.

Lectio epistolę beati Pauli Apostoli ad Rom.

FRATRES, Humanam dico propter infirmitatem carnis vestrę.

Secundum Marcum.

IN illo tempore, Cum multa turba esset cum Iesu, nec haberent quod manducarent.

FERIA QVARTA.

Lectio epistolę beati Pauli Apostoli ad Rom.

FRATRES, Nunc nihil damnationis est his qui sunt in Christo Iesu.

Secundum Matthæum.

IN illo tempore, Accesserunt ad Iesum Pharisei & Saducei tentantes.

FERIA SEXTA.

f

Secun-

* Donat. cod. secundum Marcum, Quum egressus esset Iesus in via.

Hebdom. VIII. Has quę lect. huius Dominicę 7. concordare cum Orat. Deus cuius prouidentia & Secreta, Deus qui legalium, docet Berno loco citato.

Secundùm Matthæum.

IN illo tempore, Abijt Iesus sabbato per sata, discipuli autem eius esurientes, coeperunt vellere spicas.

Hebdom.
IX.

DOMINICA VIII. POST OCT. PENTECOSTES.

Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Rom.

FRATRES, Debites sumus non carni, vt secundùm carnem viuamus. Si enim secundùm carnem vixeritis, moriemini.

Sequentia sancti Euangelij secundùm Matthæum.

IN illo tempore, Dixit Iesus discipulis suis: Attendite à falsis prophetis,

FERIA QVARTA.

Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Rom.

Fratres, *
Cùm ad-
huc.

FRATRES, * Quoniam cùm adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est.

Secundùm Marcum.

IN illo tempore, Dixit Iohannes ad Iesum: Magister, vidimus quendam in nomine tuo eijcientem dæmonia.

FERIA VI.

Secundùm Matthæum.

IN illo tempore, Dixit Iesus turbis Iudæorum & principibus sacerdotum: Væ vobis scribæ & Pharisei.

Hebd. X.

DOM. VIII. POST OCT. PENTECOSTES.

Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Cor.

FRATRES, Non sumus concupiscentes malorum, sicut & illi concupièrunt.

Sequentia sancti Euangelij secundùm Lucam.

IN illo tempore, Dixit Iesus discipulis suis: Homo quidam erat diues, qui habebat villicum.

FERIA QVARTA.

Lectio

Lectio Epistolæ B. Pauli Apostoli ad Rom.

FRATRES, Nescitis quoniam cui exhibuistis vos seruos ad obediendum, serui estis eius cui obedistis?

Secundùm Lucam.

IN illo tempore, Dixit Iesus discipulis suis: Qui fidelis est in minimo, & in maiori fidelis est.

FERIA SEXTA.

Secundùm Matthæum.

IN illo tempore, Vespere autem facto, acceperunt discipuli ad Iesum, dicentes: Desertus est locus.

(Donat. Orat. Des qui omnis potetiam tuam, de- no loco ci- tato.

DOMINICA X. POST OCT. PENT.

* Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Cor.

FRATRES, Scitis quoniam cùm gentes essetis, ad simulacra muta, prout ducebamini, euntes.

Secundùm Lucam.

IN illo tempore, Cùm appropinquaret Iesus Hierusalem, videns ciuitatem, fleuit super illam.

NATAL. SANCTAE FELICITATIS.

Lectio libri Sapientiae.

Mulierem fortem quis inueniet?

Sequentia sancti Euangelij secundùm Matthæum.

Loquente Iesu ad turbas, Ecce mater.

FERIA IIII.

Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Corinth.

FRATRES, Non omnis caro, eadem caro: sed alia hominum, alia pecorum, alia volucrum.

Sequentia sancti Euangelij secundùm Lucam.

IN illo tempore, Respondens Iesus discipulis suis, dixit: Cùm videritis circumdari Hierusalem ab exercitu.

FERIA VI.

f 2

Secun-

Secundùm Lucam.

IN illo tempore, Dixit Iesus discipulis suis: Attendite vobis, nè forte grauentur corda vestra.

Domin.
XII.

DOM. XI. POST OCT. PENT.

Lectio Epist. beati Pauli Apostoli ad Corinth.

FRATRES, Notum vobis facio Euangelium, quod prædicaui vobis.

(Harum quoquè Lect. concordiam cum Orat. Omnipot. sempit. Deus, qui abundantia pietatis, videre est loco cit, apud Bernonem & Microlog. c. 61.)

Secundùm Lucam.

IN illo tempore, Dixit Iesus ad quosdam qui in se confidebant tanquam iusti.

FERIA QVARTA.

Lectio epistolæ B. Pauli Apostoli ad Corinth.

FRATRES, Nescitis quoniam corpora vestra, membra Christi sunt?

* Euangelium secundùm Matthæum.

QUI non est mecum, contra me est. Require in FERIA IIII. in Sexagesima.

IN NATALI S. XYSTI.

Lectio epistolæ B. Pauli Apostoli ad Corinth.

FRATRES, Benedictus Deus & Pater.

Sequentia sancti Euang. secundùm Matthæum.

Eccè ego mitto vos.

IN VIGIL. S. LAVRENTII.

Lectio libri Sapientiæ.

Confitebor tibi Domine Rex.

Sequentia sancti Euang. secundùm Matthæum.

SI quis vult post me venire.

IN NATAL. S. LAVRENTII.

Lectio epistolæ beati Pauli Apostoli ad Corinth.

* Donat. secundùm Lucam. dicebat Iesus discipulis suis parabolam hanc: Quoniam oportet semper orare.

FRA

FRATRES, Qui parèe seminatur.

Sequentia sancti Euangelij secundùm Iohannem.

AMEN amen dico vobis, nisi granum frumenti.

IN ASSUMPTIONE MARIAE.

Lectio libri Sapientiæ.

IN omnibus requiem quæsiui.

Sequentia sancti Euangelij secundùm Lucam.

INTRAVIT Iesus in quoddam castellum.

FERIA SEXTA.

* Sequentia sancti Euangelij secundùm Lucam.

IN illo tempore, Interrogatus Iesus à Phariseis, quando veniret regnum Dei.

DOMINICA XII. POST OCTAV.

PENTECOST.

Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Corinth.

FRATRES, Fidutiam talem habemus per Christum ad Deum, non quòd sufficientes simus cogitare aliquid à nobis.

Secundùm Marcum.

IN illo tempore, Exiens Iesus de finibus Tyri, venit per Sidonem ad mare Galilææ.

FERIA QVARTA.

Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Corinthios.

FRATRES, Non prædicamus nosmetipsos, sed Iesum Christum Dominum nostrum.

Secundùm Matthæum.

IN illo tempore: Transeunte Iesu, secuti sunt eum duo cæci, clamantes & dicentes.

FERIA SEXTA.

Secundùm Matthæum.

IN illo tempore: Cœpit Iesus exprobrare civitatibus, in quibus factæ sunt plurimæ virtutes.

* Donat. secundùm Lucam. Omni autem cui multum datum est. Hebd. 13. Cõcordiã etiã harum lect. cum Orat. Omnip. et miseric. Deus, de cuius munere ac psal. in introitu, Deus in adiutorium, docet ibidẽ Berno.

f 3 IN

D. HIERONYMI COMES
IN DECOLLATIONE S. IOHANNIS.

Ad Hebræos.

SANCTI ludibria & verbera experti.

ITEM ALIA. Expectatio iustorum, lætitia.

REQUIRE retrò in Natali Cornelij & Cypriani.

Sequentia sancti Euangelij secundum Marcum.

MISIT Herodes ac tenuit Iohannem.

Hebd. 14.

DOM. XIII. POST PENTECOSTEN.

Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Galatas.

FRA TRES: Abrahæ dictæ sunt promissiones & semini eius. Nô dicit, & feminibus, quasi in multis.

Sequentia sancti Euangelij secundum Lucam.

IN illo tempore, Dixit Iesus discipulis suis: Beati oculi qui vident quæ vos videtis.

FERIA QVARTA.

Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Corinthios.

FRA TRES, Scimus quoniam si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur.

Secundum Mattheum.

IN illo tempore: Abeuntes pharisei, consilium iniêrunt aduersus IESVM.

FERIA SEXTA. Secundum Lucam.

IN illo tempore, Cùm iret Iesus per ciuitates & castella, docens & iter faciens.

DOMINIC. XIII. POST OCT. PENT.

Hebd. 15.

Lectio ad Galatas.

FRA TRES, Spiritu ambulate, & desideria carnis non perficietis.

Secundum Lucam.

IN illo tempore, Dum iret Iesus in Ierusalem, transibat per mediam Samariam & Galilæam.

FERIA QVARTA.

LE-

Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Corinthios.

FRA TRES, Nolite iugum ducere cum infidelibus. Quæ enim participatio iustitiæ cum iniquitate?

Secundum Marcum.

IN illo tempore, Introiuit Iesus Hierosolymam in templum, & circumspexit omnibus.

FERIA SEXTA.

Euangelium secundum Marcum.

VENIT ad Iesum quidam leprosus.

* DOM. XV. POST OCT. PENT.

Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Galatas.

FRA TRES, Si spiritu viuimus, spiritu & ambulemus. Non efficiamur inanis gloriæ cupidi.

Sequentia secundum Mattheum.

IN illo tempore, Dixit Iesus discipulis suis: Nemo potest duobus Dominis seruire.

FERIA QVARTA.

Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Coloss.

GRATIAS agimus Deo patri, qui dignos nos fecit in partem fortis sanctorum in lumine.

Secundum Mattheum.

IN illo tempore, Dixit Iesus discipulis suis: Audistis quia dictum est antiquis: Non peierabis.

IN NATALI CORNEL. ET CYP.

XVIII. KAL. OCTOB.

Lectio libri Sapientiæ. Expectatio iustorum, lætitia.

Sequent. sancti Euang. secundum Luc. Vê vobis qui edificatis.

EODEM DIE EXALTAT. S. CRVCIS.

FRA TRES, Hoc enim sentite in vobis. Req. in Palmis die dnico.

Sequentia sancti Euangelij secundum Iohannem. Erat homo.

FERIA SEXTA. Secundum Lucam.

IN

Donatia.
cod. Secū-
dum Mar-
cū. Cōue-
nientes
Apostoli
ad Iesum.
*Donat.
cod. secū-
dum Luc.
Iter facie-
bat Iesus.
Hebd. 16.

IN illo tempore, Factum est in vna dierum, docente Iesu populum in templo.

Hebd. 17. **DOMINICA XVI. POST OCTAV. PENTECOST.**

Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Ephesios.

OBSECO vos, nè deficiatis in tribulationibus meis pro vobis, quæ est gloria vestra.

Secundùm Lucam.

IN illo tempore: Ibat Iesus in ciuitatem quæ vocatur Naim, & ibant cum illo discipuli eius.

FERIA QVARTA.

Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Coloss.

FRATRES: Videte, nè quis vos decipiat per philosophiam & inanem fallaciam secundùm traditionem hominum.

Secundùm Matthæum.

Don. cod. IN illo tempore. Accedens ad Iesum quidam, ait illi: Magister
secundùm Lucam: bone, quid boni faciam, vt habeam vitam æternam?

FERIA SEXTA.

Sequentia sancti Euangelij secundùm Marcum.

Iudæor. MAIOR IN illo tempore: Venit Iesus Bethsaidam & adducunt ei cæcum, & ter natos, rogabant eum vt illum tangeret. Et apprehensa manu.

Hebd. 18. **DOMINICA XVII. POST OCTAV. PENTECOSTES.**

Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Ephesios.

FRATRES, Obsecro vos ego vinctus in Domino, vt dignè ambuletis vocatione qua vocati estis.

Sequentia sancti Euangelij secundùm Lucam.

IN illo tempore, Cùm intrasset Iesus in domum cuiusdam principis pharisæorum.

IN VIGILIA S. MATTHAEI.

Lectio libri Sapientiæ.

Bea-

BEATVS homo qui inuenit sapientiam RQ. post octau. Paschæ.
IN NATALI S. PANCRATII.

Sequét. sanct. Euang. secundùm Luc. Videns Iesus publicanum.
NATALE EIVSDEM.

Fratres, Vnicuique nostrum RQ. in Vigil. Ascensionis.

Sequ. san. Euang. secundùm Matth. Quum transiret Iesus.

**INCIPIUNT LECTIONES
MENSIS VII.**

FERIA III. MENSIS VII.

Lectio Amos prophetæ.

HÆC dicit Dominus: Eccè dies venient, & comprehendet arator messorum.

Lectio libri Esdræ.

IN diebus illis, Congregatus est omnis populus quasi vir vnus.

Sequentia sancti Euangelij secundùm Marcum.

IN illo tempore, Respondens vnus de turba, dixit ad Iesum: Magister, attuli filium meum ad te.

FERIA SEXTA.

Lectio Oseæ Prophetæ.

HÆC dicit Dominus: Conuertere Israel ad Dominum Deum tuum, quoniam corruisti iniquitate tua.

Secundùm Lucam.

IN illo tempore, Rogabat Iesum quidam pharisæus, vt cum illo manducaret.

SABBATO IN XII. LECT*

Lectio libri Leuitici.

IN diebus illis, Locutus est Dominus ad Moysen, dicens: Decimo die.

Lectio libri Leuitici.

IN diebus illis, Locutus est Dominus ad Moysen, dicens: Quintodecimo die mensis septimi.

Nomina-
tim lecti-
onū harū
ieiunij
mensis
VII. mē-
tionē fa-
cit Micr.
cap. 28.

* Ad S.
Petrum.

Lectio Micheæ Prophetæ.

DOMINE Deus noster, pascere populum tuum in virga tua gregem hereditatis tuæ. Habitanter terram in salute.

Lectio Zachariæ Prophetæ.

IN diebus illis, Factum est verbum Domini ad me, dicens: Hæc dicit Dominus Deus exercituum.

HIC LEGITUR DANIEL.

Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Hebræos.

FRATRES, tabernaculum factum est primum, in quo erant candelabra & mensa.

Sequentia sancti Evangelij secundum Lucam.

IN illo tempore, Dicebat Iesus turbis similitudinem hanc: Arborem fici habebat quidam plantatam in vinea sua.

DOMINICA XVIII. POST OCTAV. PENTECOST.

Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Corinthios.

FRATRES: Gratias ago Deo meo semper pro vobis in gratia Dei quæ data est vobis.

Secundum Matthæum.

IN illo tempore, Accesserunt ad Iesum Pharisei, & interrogavit eum unus ex eis legis doctor.

FERIA QUARTA.

NESCITIS quoniam corpora vestra. RQ. FERIA IIII. Hebdom. XI. post Pentecost.

Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Colossenses, Fratres, Mortificate membra vestra.

Item Donatiâic. cod. ad Ephes. Non cesso gratias agens, qui etiam supra habent & aliam lectionem.)

Sequentia sancti Evangelij secundum Matthæum.

IN illo tempore, Dixit Iesus discipulis suis parabolam hanc: Simile factum est regnum celorum.

FERIA SEXTA.

Hebd. 19.
Et harum
lect. cõcor
diã cum
Oratio.
Omnip.
sempt.
Deus, da
nobis fidei
dei, vide
apud Bernonẽ loco
citato.

Se-

Sequentia sancti Evangelij secundum Marcum.

IN illo tempore, Dixit Iesus discipulis suis parabolam hanc:

IN NATIVITATE S. MARIAE.

Lectio libri Sapientiæ.

Ego quasi vitis. Alia, Egredietur virga.

RQ. IN II. HEBDOMADA ANTE NATAL. DOMINI.

Initium S. Evangelij secundum Matthæum. Liber generationis.

IN DEDICATIONE ECCLESIAE S. MICHAELIS.

Lectio libri Apocal. Iohan. Apost.

IN diebus illis, Significavit Deus quæ oportet.

Sequentia sancti Euang. secundum Matthæum.

ACCESSERVNT discipuli ad Iesum, dicentes: Quis putas maior est:

DOMINICA XVIII. POST OCTAV. PENTECOSTES.

Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Ephesios.

FRATRES, Renouamini spiritu mentis vestræ, & induite novum hominem.

Sequentia sancti Evangelij secundum Matthæum.

IN illo tempore, Ascendens Iesus in naviculam, transfretavit, & venit in civitatem suam.

FERIA QUARTA.

Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Thessal.

FRATRES, State, & tenete traditiones quas didicistis siue per sermonem, siue per epistolam nostram.

Sequentia sancti Evangelij secundum Matthæum.

IN illo tempore, Accesserunt ad Iesum discipuli eius, dicentes: Ediffere nobis parabolam.

FERIA SEXTA.

Hebd. 20.
Harum quoque lect. cõcordiã cõ introitu, Salus populi: & oration. Omnip. & miser. Deus, uniuersa nobis aduersantia, vide. apud Bernonẽ. li. de Missa c. 5.

g 2 Se-

Secundùm Matthæum.

IN illo tempore, Interrogatus Iesus à discipulis suis de consummatione seculi, dixit eis.

Hebd. 21.
Itē & harū
lectiōū
concordiā
cū intro-
itu, Omnia
quę fecisti
nobis, &
Orat. Lar-
gire fidē-
libus tuis.

**DOMINICA XX. POST OCTAV.
PENTECOST.**

Lectio ad Ephesios.

F R A T R E S, Videte quomodò cautè ambuletis, non quasi insipientes, sed vt sapientes.

Secundùm Matthæum.

IN illo tempore, Loquebatur Iesus cum discipulis suis in parabolis, dicens: Simile factum est regnum cęlorum homini regi, qui fecit nuptias filio suo.

FERIA QVARTA.

Lectio ad Theſſalonicenſ.

F R A T R E S, Denunciamus vobis in nomine Domini nostri Iesu Christi.

Secundùm Lucam.

IN illo tempore, Dicebat Iesus cuidam principi phariſeorū: Cùm facis prandium aut cenam.

FERIA SEXTA.

Sequentia sancti Euangelij secundùm Lucam.

IN illo tempore, Dixit Iesus discipulis suis: Beati eritis cùm vos oderint homines.

Hebd. 22.
Cōcordiā
harū lect.
cū introi-
tu: In vo-
lūtate tua,
& Orat.
Familiam
tuā, vide
apud eun-
dem.

**DOMINICA XXI. POST OCTAV.
PENTECOSTES.**

Lectio Epistolę beati Pauli Apostoli ad Ephesios.

F R A T R E S, Confortamini in Domino, & in potentia virtutis eius: Induite vos armaturam Dei.

Sequentia sancti Euangelij secundùm Iohannem.

IN illo tempore: Erat quidam Regulus, cuius filius infirmabatur Capharnaum.

FE-

FERIA QVARTA.

Lectio Epistolę B. Pauli Apostoli ad Timoth.

CHARISSIME, Nihil intulimus in hunc mundum, haud dubium, quia nec auferre quid possumus.

Secundùm Lucam.

IN illo tempore, Factum est vt intraret Iesus in synagogam, & doceret. Et erat ibi homo, & manus eius dextera.

FERIA SEXTA.

Sequentia sancti Euang. secundùm Matthæum.

IN illo tempore, Cùm venisset Iesus in domum Petri, vidit sorum eius iacentem & febricitantem.

DOM. XXII. POST OCT. PENTEC.

Lectio ad Philippen.

F R A T R E S, Confidimus in Domino Iesu, quia qui cępit in vobis opus bonum, perficiet vsq; in diem Christi Iesu. (Huius deniquè Dominicę 22. post Oct. Pent. conuenientiā cum introitu: Si iniquitates, & Orat. Deus refugium, habet etiam loco citato.)

Secundùm Matthæum.

IN illo tempore, Dixit Iesus discipulis suis: Simile est regnum cęlorum homini regi, qui voluit rationem ponere cum seruis suis.

FERIA QVARTA.

Lectio ad Timotheum.

CHARISSIME, Finis præcepti est charitas de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta.

Sequentia sancti Euangelij secundùm Marcum.

IN illo tempore, Dixit Iesus discipulis suis: Quicumque dixerit huic monti, tollere & mittere in mare.

**IN VIGIL. APOSTOLORVM SIMONIS
ET IVDÆ.**

Lectio libri Sapientię. Iustorum animę.

Sequentia sancti Euangelij secundùm Iohannem.

Ego sum vitis vera,

Don. cod.
Fer. IIII.
Lect. Epistolę B.
Pauli A-
post. ad Ti-
motheū.
Charis.
Finis præ-
cepti est
charitas.

Hebdom.
XXIII.

Don. cod.
Obscuro
primò
omnium
fieri obs-
crations.

IN NATAL. eorundem.

Scimus quoniam diligentibus.

Sequentia sancti Euangelij secundum Iohannem.

Hoc mando vobis.

FERIA VI.

Sequentia sancti Euangelij secundum Marcum.

IN illo tempore, Dixit Iesus discipulis suis: Videte quid audiat. In qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis.

DOM. XXIII. POST OCT. PENTECOSTES.

Lectio epistolæ B. Pauli Apostoli ad Philip.

FRATRES, Imitatores mei estote, & obseruate eos qui ita ambulat, sicut habetis formam nostram.

Secundum Matthæum.

IN illo tempore, Abeuntes pharisæi, consilium iniêrunt, vt caeperent Iesum.

FERIA QVARTA.

Lectio ad Timotheum.

CHARISSIME, Nolite erubescere testimonium Domini nostri Iesu Christi.

Secundum Matthæum.

IN illo tempore, Cùm venisset Iesus & discipuli eius Capharnaum.

FERIA SEXTA.

Secundum Marcum.

IN illo tempore, Conuenerunt ad Iesum Pharisæi, & quidam de scribis venientes ab Hierosolymis.

DOM. XXIII. POST OCT. PENTECOSTES.

Lectio epistolæ beati Pauli Apostoli ad Coloss.

Hebdom.
XXIIII.
De hac Do-
minica 23
post Pent.
scripsisse
se refertur
Ber. in E-
pist. ad A-
ribonē de
aduē. Dñi,
ca. cit. Qui
etiā c. seq.
rat. reddit
cur in hoc
Lectio. na.
25. Dñicæ
repiantur,
quū in An-
tiphonar.
& Sacra-
mentario
habeantur
23. dunta-
xat.

Hebdom.
XXV.

FRATRES, Non cessamus pro vobis orantes & postulantes, vt impleamini agnitione voluntatis eius.

Euangelium secundum Mattheum.

IN illo tempore, Loquente Iesu ad turbas, Ecce princeps vnus accessit.

FERIA IIII.

Lectio Epistolæ B. Pauli Apostoli ad Rom.

FRATRES, Nolo enim vos ignorare mysterium hoc, vt non sitis vobisipfis sapientes.

Euangelium secundum Marcum.

Interrogauit Iesum vnus de scribis.

FERIA SEXTA.

Euangelium secundum Matthæum.

DIXIT Iesus turbis Iudæorum: Homo quidam habuit duos filios, & accedens ad primum.

DOMINICA XXV. POST OCT. PENT. atq; etiam IIII. FERIA.

Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Rom.

FRATRES, Nolo vos ignorare mysterium hoc, vt non sitis vobisipfis sapientes.

Euangelium secundum Marcum.

IN illo tempore, Interrogauit Iesum vnus de scribis, quod esset primum omnium mandatum.

FERIA VI.

Euangelium secundum Marcum.

IN illo tempore, Venit Iesus in patriam suam, & sequebantur illum discipuli eius.

IN VIGIL. S. ANDREAE.

Lectio libri Sapientiæ.

BENEDICTIO Domini super caput iusti, ideò dedit illi hereditatem.

FRA.

Euan-

Hanc Do-
minicam
quidā co-
dices non
habebant.

Euangelium secundum Iohannem.

STABAT Iohannes, & ex discipulis eius duo.

IN NATALI S. ANDREAE.

Lectio epistolae beati Pauli Apostoli ad Rom.

FRATRES, Corde creditur ad iustitiam, ore autem confes-
sio fit ad salutem.

Euangelium secundum Matthaeum.

AMBVLANS Iesus iuxta mare Galilææ, vidit duos fratres.

INCIPIVNT LECTIONES DE AD-
VENTV DOMINI.

DOM. V. ANTE NAT. DOMINI.

Lectio Hieremiæ Prophetæ.

ECCE dies venient, dicit Dominus, & suscitabo Dauid germen
iustum, & regnabit Rex, & sapiens erit.(Hanc esse
veram lectionem, patet ex Amal. l. 3. c. 40. & l. 4. c. 30. quibus locis
nominatim Lectionarij mentionem facit, reddens rationem, cur
hic author quinque hebdomadas enumeret, Antiphonarij verò &
sacramentarij author quatuor duntaxat, de quo etiã Beruo de Missa
c. 4. vbi D. Hieronymo hunc Lectionarium adscribit.)

Secundum Iohannem.

IN illo tempore, Cùm subleuasset oculos Iesus, & vidisset quia
multitudo maxima venit ad eum.

FERIA QVARTA.

* Lectio ad Thessal.

FRATRES, Gratias agimus Deo semper pro omnibus vobis,
memoriam vestri facientes.

Secundum Matth.

Cùm venisset Iesus in domum Petri. (Donatian cod,
Secundum Lucam: Ite, ecce ego mitto vos.)

FERIA SEXTA.

Secundum Marcum.

* Don. co.
Gratias
agere debe-
mus Deo
semper pro
vobis, ita
vt dignum
est, quoniã
superfecit
fides ves-
tra, & abun-
dat cha-
ritas.

IN

IN illo tempore, Dixit Iesus discipulis suis: Vigilate & orate
nescitis enim quando tempus sit.

DOM. IIII. ANTE NAT. DOMINI.

Lectio epistolae beati Pauli Apostoli ad Rom.

SCIENTES quia hora est iam nos de somno surgere. Nunc au-
tem propior est nostra salus.

Secundum Matthaeum.

IN illo tempore, Cùm appropinquassent Hierosolymis, & ve-
nissent Bethphage ad montem Oliueti.

FERIA QVARTA.

Lectio Epistolae B. Iacobi Apostoli.

CHARISSIMI, Patientes estote & vos, & confirmate corda ve-
stra, quoniam aduentus Domini appropinquauit.

Secundum Matthaeum.

IN illo tempore, Venit Iohannes baptista prædicans in deserto
Iudææ, dicens: Pœnitentiam agite.

FERIA SEXTA.

Secundum Lucam.

IN illo tempore, Dicebat Iohannes ad turbas, quæ exhibant vt
baptizarentur ab ipso.

DOM. III. ANTE NAT. DOM.

Lectio ad Rom.

FRATRES, Quæcunque scripta sunt, ad nostram doctrinam
scripta sunt.

Sequentia sancti Euang. secundum Lucam.

IN illo tempore, Dixit Iesus discipulis suis: Erunt signa in so-
le & luna & stellis.

FERIA QVARTA.

Lect. Malachiæ Prophetæ.

Hæc dicit Dominus: Ecce ego mitto angelum meum, qui præ-
parabit viam ante faciem.

h Sequen-

Nomina-
tim ex
hoc loco
lectionar.
D. Hierõ.
citat Mi-
crol. c. 31.
vt osten-
dat lecti-
onẽ huius
Euang. in
hac dñic.
magis au-
theticam
esse, quã
aut Euã-
gel. Erunt
signa, aut
initium
Euãgelij
Marci.

Sequentia sancti Euang. secundum Matthæum.

IN illo tempore, Dixit Iesus turbis & discipulis suis: Amen dico vobis, non surrexit inter natos mulierum.

FERIA VI.

Secundum Lucam.

Interrogatus Iesus à Phariseis,

DOM. II. ANTE NAT. DOMINI

Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Corinth.

F R A T R E S, Sic nos existimet homo, vt ministros Christi & dispensatores ministeriorum Dei.

Secundum Matthæum.

IN illo tempore, Cùm audisset Iohannes in vinculis opera Christi, mittens duos de discipulis suis.

*** FERIA QVARTA.**

Lectio Esaiæ Prophetæ.

IN diebus illis, Dixit Esaias Propheta: Erit in nouissimis diebus præparatus mons domûs Domini in vertice montium.

Lectio Esaiæ Prophetæ.

IN diebus illis, Locutus est Dominus ad Achaz, dicens: Peti tibi signum à Domino Deo tuo.

Secundum Lucam.

IN illo tempore, Missus est angelus Gabriel à Deo in ciuitatem Galilææ.

FERIA SEXTA. *

Lectio Esaiæ Prophetæ.

H A E C dicit Dominus Deus: Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet.

Secundum Lucam.

IN illo tempore, Exurgēs Maria in diebus illis, abiit in montan.

SABB. IN XII. LECTION. *

Lectio Esaiæ Prophetæ.

IN

IN diebus illis, Clamabunt ad Dominum à facie tribulantis.

Lectio Esaiæ Prophetæ.

H A E C dicit Dominus: Lætabitur deferta & inuia, & exultabit solitudo, & florebit quasi lilium.

Lectio Esaiæ Prophetæ.

H A E C dicit Dominus: Super montem excelsum ascende tu qui euangelizas Sion.

Lectio Esaiæ Prophetæ.

H A E C dicit Dominus Christo meo Cyro, cuius apprehendi dexteram.

HIC LEGITVR DANIEL.

Lectio Epist. B. Pauli Apostoli ad Theff.

F R A T R E S, Rogamus vos per aduentum Domini nostri Iesu Christi & nostræ congregationis in ipsum.

Sequentia sancti Euangelij secundum Lucam.

A N N O quintodecimo imperij Tiberij Cæsaris, procurante Pontio Pilato Iudæam.

DOMINICA PROXIMA NAT. DOM.

Lectio epistolæ beati Pauli Apostoli ad Philip.

F R A T R E S, Gaudete in Domino semper: iterum dico, gaude. te. Modestia vestra nota sit omnibus hominibus.

Sequentia sancti Euangelij secundum Iohannem.

IN illo tempore, Miserunt Iudæi ab Hierosolymis sacerdotes & Leuitas ad Iohannem, vt interrogarent eum, Tu quis es?

FERIA QVARTA.

Lectio epistolæ B. Petri Apostoli.

Charissimi, Vnū hoc non lateat vos, quia vnus dies apud Dñm.

INFRA EANDEM HEBDOMADAM.

Secundum Iohannem.

IN illo tempore, Iohannes testimonium perhibebat de Domino, & clamabat, dicens: Hic erat quem dixi.

h 2 Sequen-


Don. cod.
Initiū S.
Euang. se-
cund. Mar-
cum. sicut
scriptum
est in Isa-
ia pro-
pheta.

* Incipit
Lect. Mef.
decimi.
Fer. IIII.
ad s. Ma-
riam.

* Ad apo-
stolos.

* Ad san-
ctum Pe-
trum.

Hebd. 1.
ante Na-
tal. Dom.



Don. cod.
secundum
Marrh. Vi
des Ioan.
vos sicut
multos
Phariseo-
rum. in feria
autē sexta
idē Euāg.
quod hic
feria quar-
ta poni-
tur.

Sequentia sancti Euang. secundum Lucam.

IN illo tempore, Dixit Iesus discipulis suis: Ite, ecce ego mitto vos sicut agnos inter lupos. Nolite ergo portare facculum, neque peram.

IN DEDICATIONE ECCLESIAE.

Lectio Apocal. beati Iohannis Apostoli.

VIDI ciuitatem sanctam.

Item Lectio Epist. beati Pauli Apostoli ad Corinth.

Vnusquisque propriam mercedem accipiet.

Item Lectio libri Regum.

STETIT Salomon ante altare Domini.

Sequentia sancti Euang. secundum Lucam.

EGRESSVS Iesus, perambulabat Iericho.

IN ORDINATIONE DIACONORVM.

Lectio epistolae beati Pauli Apostoli ad Timoth.

Diaconos constitue pudicos.

Sequentia sancti Euangelij secundum Iohannem.

Nisi granum frumenti.

IN ORDINATIONE PRESBYTERORVM.

Lectio libri Sapientiae.

Sacrificium salutare est, attendere mandatis.

Sequentia sancti Euangelij secundum Matthaeum.

Vigilate ergo, quia nescitis.

IN ORDINATIONE EPISCOPORVM.

Lectio Epistolae beati Pauli Apostoli ad Timoth.

CHARISSIME, Fidelis sermo: Si quis Episcopatum desiderat.

Sequentia sancti Euangelij secundum Iohannem.

Nisi granum frumenti.

Sequentia sancti Euangelij secundum Matthaeum.

Vigilate ergo, quia nescitis.

Item Lectio epistolae beati Pauli Apostoli ad Titum.

CHA-

CHARISSIME, Oportet Episcopum sine crimine esse.

Sequentia sancti Euangelij secundum Marcum.

CIRCUMIBAT Iesus, in circuitu docens.

Item secundum Matthaeum.

CONVOCATIS Iesus duodecim.

Item secundum Lucam.

DESIGNAVIT Dominus & alios septuagintaduos.

Item secundum Iohannem.

EGO sum pastor bonus.

IN AGENDA MORTVORVM.

Lectio libri Machabaeorum.

VIR fortissimus Iudas.

Item Lectio Epistolae beati Pauli Apostoli ad Thessal.

NOLUMVS vos ignorare fratres.

Item Lectio Epistolae beati Pauli Apostoli ad Corinth.

SICVT portauimus imaginem terreni.

Item Lectio Ezechielis Prophetae.

FACTA est super me manus Domini.

Item Lectio Apocalypsis B. Iohannis Apostoli.

AVDIVI vocem de caelo dicentem mihi.

Sequentia sancti Euangelij secundum Iohannem.

SICVT enim pater suscitatur.

Item secundum Iohannem.

OMNE quod dat mihi pater.

Item secundum Iohannem.

EGO sum panis viuus.

Item secundum Iohannem.

DIXIT Martha ad Iesum.

EXPLICIT COMES SIVE LECTIONARIVS DIVI HIERONYMI.

h 3 IN

IN DEI NOMINE INCIPIT
ANTIPHONA
RIVS, ORDINATVS A
 SANCTO GREGORIO PER CIR-
 CVLVM ANNI.

DOMINICA I. ADVENTVS DOMINI.

Quatuor dūtaxāt
 Dñicas Aduentūs
 siue ante Natalē
 Dñi, contineri in
 Antiph. testatur.
 Amal. l. 3. c. 40. et
 L. 4. c. 30. itē Ber.
 no de Missa ca. 4.
 vbi D. Gregorio
 hoc op⁹ affcribit.

* Versus plures
 in Offertorijs ad-
 notatos à Diuo
 Gregorio, testa-
 tur Radulph.
 Tungr. cap. 23.

+ De psalmo, qui
 cum Glor. patri,
 Antiphonæ ad
 cōmunionē sub-
 iungitur, Vide
 Microl cap. 18.

ANTIPH. Ad te Domine leuavi animam me-
 am: Deus meus, in te confido, non erubescam:
 neque irideat me inimicus meus: etenim vni-
 uersi qui te expectant, non confundentur.

PSAL. Vias tuas Domine demonstra mihi, & semitas
 tuas edoce me. **R**ESP. Vniuersi qui te expectant, non cō-
 fundentur. **V**ERS. Vias tuas Domine notas fac mihi, &
 semitas tuas edoce me. **A**LLEL. Ostende nobis Domine
 misericordiam tuam, & salutare tuum da nobis. **O**FF. Ad
 te Domine leuavi animam meam: Deus meus, in te confi-
 do, non erubescam: neque irideat me inimici mei: etenim
 vniuersi qui te expectant, non confundentur. * **V**ERS.
 Dirige me in veritate tua, & doce me, quia tu es Deus salu-
 taris meus, & te sustinui tota die. **V**ERS. Respice in me,
 & miserere mei Domine: custodi animam meam, & eripe
 me: non confundar, quoniam inuocaui te. **A**D COMM.
 Dominus dabit benignitatē, & terra nostra dabit fructum
 suum. * **P**SAL. Benedixisti Domine.

DOMINICA SECVNDA DE

ADVENTV.

ANTIPH. Populus Sion, eccē Dominus veniet ad sal-
 uandas gentes, & auditam faciet Dominus gloriam vocis
 suæ in lætitiā cordis vestri. **P**SAL. Qui regis Israel, inten-
 de,

PER CIRCVLVM ANNI.

63

de, qui deducis velut ouem Ioseph. **R**ESP. Ex Sion species de-
 coris eius, Deus manifestus veniet. **V**ERS. Congregate illi san-
 ctos eius, qui ordinauerunt testamentum eius super sacrificia.
AL L. Lætatus sum in his quæ dicta sunt mihi, in domum Domi-
 ni ibimus. **V**ERS. Stantes erant pedes nostri in atrijs tuis Hie-
 rusalem. **V**ERS. Rex noster adueniet Christus, quem Iohannes
 prædicauit agnum esse venturum. **O**FF. Deus, tu conuersus vi-
 uificabis nos, & plebs tua lætabitur in te. Ostende nobis Domine
 misericordiam tuam, & salutare tuum da nobis. **V**ERS. Bene-
 dixisti Domine terrā tuam, auertisti captiuitatem Iacob, remisi-
 sti iniquitatem plebis tuæ. **V**ERS. Misericordia & veritas ob-
 uiauerunt sibi: veritas de terra orta est, & iustitia de cælo prospexit.
AD COMM. Hierusalem, surge, & sta in excelsis, & vide iucundi-
 tatem quæ veniet tibi à Deo tuo. **P**SAL. Qui regis Israel.

IN NATALI S. LVCIÆ.

ANTIPH. Dilexisti iustitiā, & odisti iniquitatem, ppter eā
 vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis.
PSAL. Eructauit cor meum verbum bonum, dico ego opera
 mea regi. **R**ESP. Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem.
VERS. Propterea vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ præ con-
 sortibus tuis. **A**L L. Diffusa est gratia in labijs tuis: propterea
 benedixit te Deus in æternum. **O**FF. Offerentur regi virgi-
 nes: proximæ eius offerentur tibi in lætitiā & exultatione, adducē-
 tur in templum regi Domino. **V**ERS. Eructauit cor meum.
VERS. Specie tua. **A**D COMM. Diffusa est gratia in labijs tuis.
 * **P**SAL. vt suprā.

DOMINICA TERTIA.

ANTIPH. Gaudete in Domino semper, iterum dico, gau-
 dete. Modestia vestra nota sit omnibus hominibus. Dominus
 propè est, nihil solliciti sitis, sed in omni oratione petitiōes vestras
 innotescant apud Deum. **P**SAL. Benedixisti Domine terram
 tuam,

* Hac phra-
 si signifi-
 cat Au-
 thor, inter
 cōicā dum
 eātari ses-
 lere psal-
 mū inter-
 grum, de
 quo anti-
 ph. desum-
 pta est,

tuam, auertisti captiuitatem Iacob. **RESP.** Qui sedes Domine super Cherubin, excita potentiam tuam, & veni. **VERS.** Qui regis Israel, intende, qui deducis velut ouem Ioseph. **ALL.** Excita Domine potentiam tuam, & veni, vt saluos facias nos. **OFF.** Benedixisti Domine terram tuam, auertisti captiuitatem plebis tuæ. **VERS.** Operuisti omnia peccata eorum, mitigasti oem iram tuam. **VERS.** Ostende nobis Domine misericordiam tuam, & salutare tuum da nobis. **COM.** Dicis: pusillanimes, confortamini, & nolite timere: ecce Deus noster veniet, & saluabit nos. **PSAL.** Benedixisti Domine, vt suprâ.

FERIA QVARTA.

ANTIPH. Rorate cæli desuper, & nubes pluant iustum: aperiatur terra, & germinet saluatorem. **PSAL.** Cæli enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius annunciat firmamentum. **RESP.** Tollite portas principes vestras, & eleuamini portæ æternales, & introibit rex gloriæ. **VERS.** Quis ascendet in montem Domini, aut quis stabit in loco sancto eius? innocens manibus & mûdo corde. **RESP.** Propè est Dominus omnibus inuocantibus eum, omnibus qui inuocant eum in veritate. **VERS.** Laudem Domini loquetur os meum, & benedicat omnis caro nomini sancto eius. **OFF.** Confortamini, & iam nolite timere, ecce enim Deus noster retribuet iudicium: ipse veniet, & saluos nos faciet. **VERS.** Tunc aperientur oculi cæcorum, & aures surdorum audient: tunc ascendet claudus sicut ceruus, & clara erit lingua mutorum. **VERS.** Audite itaque domus Iacob, num pusillum vobis, certamè præstare hominibus, quoniam Dominus præstat certamen, propterea dabit Dominus vobis signum: ecce virgo in vtero concipiet & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emanuel. **OFF.** Aue Maria gratia plena: Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus. **VERS.** Quomodo fiet in me hoc? **VERS.** Ideoq; quod

quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius Dei. **COM.** Ecce virgo concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomé eius Emanuel. **PSAL.** vt suprâ.

FERIA SEXTA.

ANTIPH. Propè esto Domine, & omnes viæ tuæ veritas in initio cognoui de testimonijs tuis, quia in æternum tu es. **PSAL.** Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini. **RESP.** Ostende nobis Domine misericordiam tuam, & salutare tuum da nobis. **VERS.** Benedixisti Dñe terrâ tuâ, auertisti captiuitatem Iacob. **OFF.** Deus, tu conuersus viuificabis nos: & plebs tua lætabitur in te. **COM.** Ecce Dominus veniet, & omnes sancti eius cum eo: & erit in die illa lux magna. **PSAL.** vt suprâ.

*SABBATO, IN XII. LECT.

ANTIPH. Veni, & ostende nobis faciem tuam Domine, qui sedes super Cherubin, & salui erimus. **PSAL.** Qui regis Israel, intende, qui deducis velut ouem Ioseph. **RESP.** A summo celo egressio eius, & occursum eius vsque ad summum eius. **VERS.** Cæli enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius annunciat firmamentum. **RESP.** In sole posuit tabernaculum eius, & ipse tanquàm sponsus procedens de thalamo suo. **VERS.** A summo celo egressio eius, & occursum eius vsque ad summum eius. **RESP.** Domine Deus virtutum, conuerte nos: & ostende faciem tuam, & salui erimus. **VERS.** Excita Domine potentiam tuam, & veni, vt saluos facias nos. **RESP.** Excita Domine potentiam tuam, & veni, vt saluos facias nos. **VERS.** Qui regis Israel, intende, qui deducis velut ouem Ioseph: qui sedes super Cherubin, appare coram Effraim, Benjamin & Manasse, Hymnus trium puerorum. Benedictus es Domine Deus patrum nostrorum: Et laudabilis & gloriosus in secula.

Et benedictum nomé gloriæ tuæ, quod est sanctum. Et laudabilis & glor.

* Vide de hoc titulo lib. 1. sacrament. infra ad hanc feriã.

Benedictus es in templo sancto gloriæ tuæ. Et laudabilis & gloriosus in secula.

Benedictus es super thronum sancti regni tui. Et laudabilis & gloriosus in secula.

Benedictus es super sedem sanctam Deitatis tuæ. Et laudabilis & gloriosus in secula.

Benedictus es super sceptrum diuinitatis tuæ. Et laudabilis & gloriosus in secula.

Benedictus es qui sedes super Cherubin, intuens abyssos. Et laudabilis & gloriosus in secula.

Benedictus es qui ambulas super pennas ventorum. Et laudabilis & gloriosus in secula.

Benedicant te omnes angeli & sancti tui.

Et laudent te, & glorificent in secula.

Gloria patri, & filio, & spiritui sancto.

Et laus, & honor, & potestas, & imperium.

Sicut erat in principio et nunc & semper, & in secula seculorum, amen.

Et laus, & honor, & potestas, & imperium.]

TRACTVS. Qui regis Israel, intende, qui deducis velut ouem

Ioseph. VERS. Qui sedes super Cherubin, appare coram Effraim,

Beniamin, & Manasse. VERS. Excita Domine potentiam tu-

am, & veni, vt saluos facias nos. OFF. Exulta satis filia Sion, præ-

dica filia Hierusalem, ecce rex tuus venit tibi sanctus & saluator.

VERS. Loquetur pacem gentibus, & potestas eius à mari vsque ad

mare, & à flumine vsque ad terminos orbis terræ. VERS. Quia

ecce venio, & habitabo in medio tuum, dicit Dominus omnipotens,

& confugient ad te in illa die omnes gentes, & erunt tibi in ple-

bem. COMM. Exultauit vt gigas ad currendam viam, à sum-

mo caelo egressio eius, & occurfus eius vsque ad summum eius.

PSAL. Cæli enarrant.

[DOMINICA QUARTA.

Me-

Memento nostri Domine in beneplacito populi tui: visita nos in salutari tuo, ad videndum in bonitate electorum tuorum, in lætitia gentis tuæ, vt lauderis cum hæreditate tua. PSAL. Peccauimus cum patribus nostris, iniuste egimus, iniquitatem fecimus. RESP. Propè est Dominus. VERS. Veni Domine, & noli tardare: relaxa facinora plebis tuæ. OFF. Ave Maria gratia plena. Dominus tecum. Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui. Quomodo in me fiet hoc, quæ virum non cognosco? Spiritus Domini superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi. VERS. Ideo quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius Dei. COM. Ecce virgo concipiet & pariet filium, & vocabitur nomen eius emanuel.]

VIGILIA NATIVITATIS DOMINI.

ANTIPH. Hodie scietis quia veniet Dominus, & saluabit nos, & manè videbitis gloriam eius. PSAL. Domini est terra & plenitudo eius, orbis terrarum & vniuersi qui habitant in eo. RESP. Hodie scietis quia veniet Dominus, & saluabit vos, & manè videbitis gloriam eius. VERS. Qui regis Israel, intende, qui deducis velut ouem Ioseph, qui sedes super Cherubin, appare coram Effraim, Beniamin, & Manasse. Si in dominica euenerit ipsa vigilia, ALL. De aduentu Domini, quale volueris, dic: si autem, non cantatur. OFF. Tollite portas principes vestras, & eleuamini portæ æternales, & introibit rex gloriæ. VERS. Domini est terra & plenitudo eius, orbis terrarum & vniuersi qui habitant in eo. VERS. Ipse super maria fundauit eum, & super flumina preparauit eum. COM. Reuelabitur gloria Domini, & videbit omnis caro salutare Dei nostri. PSAL. Domini est terra, vt supra.

IN MEDIA NOCTE NATIVIT. DOM.

ANTIPHON. Dominus dixit ad me, filius meus es tu: ego hodie genui te. PSALM. Quare fremuerunt gentes, & populi

i 2 medi-

Verum titulum huius Dñicæ esse, Dñica vacat, patet ex Amal. l. 3. c. 40. ubi nominatum Antiphon. citat. Quare hoc officium virgulis inclusimus, tanquam recitatus. Cur autem ita appellentur hæc & aliæ post sabb. 12. lect. Dominicæ, tractat Microl. cap. 24. librum hunc citans D. Gregorius titulo.

meditati sunt inania. **RESP.** Tecum principiū in die virtutis tue in splendoribus sanctorū, ex vtero ante luciferū genui te. **VER.** Dixit Dominus Domino meo, sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. **ALL.** Dominus dixit ad me, filius meus es tu: ego hodiè genui te. **OFF.** Letentur celi, & exulter terra ante faciem Domini, quoniam venit. **VERS.** Cantate Domino canticum nouum, cantate Domino omnis terra. **VERS.** Cantate Domino, benedicite nomē eius: benè nunciate de die in diem salutare eius. **VERS.** Confessio & pulchritudo. **COM.** In splendoribus sanctorum ex vtero ante luciferum genui te. **PSAL.** Dixit Dñs Dño meo. **ADR.** Tecum principiū.

MISSA IN PRIMO MANE NATI-
TATIS DOMINI.

ANTIPH. Lux fulgebat hodiè super nos, quia natus est nobis Dominus, & vocabitur admirabilis, Deus, princeps pacis, pater futuri seculi, cuius regni nõ erit finis. **PSAL.** Dominus regnavit, decorem indutus est: indutus est Dominus fortitudinem, & præcinxit se virtute. **RESP.** Benedictus qui venit in nomine Domini, Deus Dominus & inluxit nobis. **VERS.** A Domino factum est istud, & est mirabile in oculis nostris. **ALL.** Dominus regnavit, decorem &c. **OFF.** Deus enim firmavit orbem terræ, qui non commouebitur: parata sedes tua Deus ex tunc, à seculo tu es. **VERS.** Dominus regnavit, decorem. **VERS.** Mirabilis in altis Dominus. **COM.** Exulta Sion, lauda filia Hierusalem, ecce rex tuus venit, iustus & Saluator mundi. **PSALM.** vt suprà.

IN DIE NATALIS DOMINI.

ANTIPH. Puer natus est nobis, & filius datus est nobis, cuius imperium super humerum eius, & vocabitur nomen eius magni consilij angelus. **PSALM.** Cantate Domino canticum nouum, quia mirabilia fecit. **RESPON.** Viderunt omnes

omnes fines terræ salutare Dei nostri. Iubilare omnis terra, cantate & exultate & psallite. **VERS.** Notum fecit Dominus salutare suum, ante conspectū gentium reuelavit iustitiam suam. **ALL.** Dies sanctificatus inluxit nobis: venite gentes, & adorete Dominum, quia hodiè descendit lux magna super terram. **OFF.** Tui sunt celi, & tua est terra: orbem terræ & plenitudinem eius tu fundasti. **VERS.** Magnus & metuendus super omnes, qui in circuitu eius sunt. Domine Deus virtutum, quis similis tibi? potens es Domine, & veritas tua in circuitu tuo: Tu dominaris potestati maris, motum autem fluctuum eius tu mitigas. **VERS.** Misericordia & veritas. **VERS.** Tu humiliasti sicut vulneratum superbum: in brachio virtutis tuæ dispersisti omnes inimicos meos. **COM.** Viderunt omnes fines terræ salutare Dei nostri. **PSAL.** Cantate Domino, vt suprà.

DIE SANCTI STEPHANI.

ANTIPH. Etenim sederunt principes, & aduersum me loquebantur, & iniqui persecuti sunt me: adiuua me Domine Deus meus, quia seruus exercebatur in tuis iustificationibus. **PSAL.** Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini. **RESP.** Sederunt principes, & aduersum me loquebantur, & iniqui persecuti sunt me. **VERS.** Adiuua me Domine Deus meus, propter misericordiam tuam. **ALL.** Video cælos apertos, & Iesum stantem à dextris virtutis Dei. **OFF.** In virtute tua Domine lætatur iustus, & super salutare tuum exultabit vehementer: desiderium animæ eius tribuisti ei. **VERS.** I. Vitam petijt à te, & tribuisti ei longitudinem dierum in seculum seculi. **VERS.** II. Magna est gloria eius in salutare tuo: gloriam & magnum decorem impones super eum. **COM.** Video cælos apertos, & Iesum stantē à dextris virtutis Dei. Dñe Deus, accipe spiritū meū, & nõ statuas illis hoc peccatū, quia nesciūt quid faciunt. **PSAL.** Beati, vt suprà.

ANTIPHONARIUS D. GREGORII
SANCTI IOHANNIS IN MISSA
PRIMA.

ANT. Ego autem sicut oliua fructifera in domo Dei. PSAL. Quid gloriaris in malitia, qui potes es in iniquitate? RESP. Iustus vt palma florebit, sicut cedrus Libani multiplicabitur in domo Domini. VERS. Bonum est confiteri Domino, & psallere nomini tuo altissime. OFF. Gloria & honore coronasti eum, & constituisti eum super opera manuum tuarum Domine. VERS. I. Domine Dominus noster. VERS. II. Quid est homo. COM. Magna est gloria eius in salutari tuo. PSAL. Domine, in virtute.

IN SECUNDA.

Hoc & sequens officium explicatur ab Alcuino pa. 70. ubi nominatim Antiphonarium citat.

ANT. In medio Ecclesie aperuit os eius, & impleuit eum dominus spiritu sapientie & intellectus, stola glorie induit eum. PSAL. Bonum est confiteri Domino, & psallere nomini tuo altissime. RESP. Exijt fermo inter fratres, quod discipulus ille non moritur. VERS. Sic eum volo manere donec veniam: tu me sequere. ALL. Hic est discipulus ille, qui testimonium perhibuit de his, & scimus quia verum est testimonium eius. OFF. Iustus vt palma florebit. VERS. I. Bonum est. VERS. II. Ad adnunciandum. VERS. III. Plantati in domo Domini, in atrijs domus Dei nostri florebut. COM. Exijt fermo inter fratres, quod discipulus ille non moritur: & non dixit Iesus, Non moritur: sed, Sic eum volo manere donec veniam. PSAL. Bonum est, vt supra.

IN NATAL. INNOCENTVM.

* Hoc nominatim citatur ex Antiph. p. Amal. l. i. c. vi. & Microl. c. 86.

* Gloria in excelsis Deo, non canitur, neque Alleluia, sed quasi pre tristitia, dies illa deducitur ad introitum.

ANTIPH. Ex ore infantium Deus & lactentium perfecisti laudem propter inimicos tuos, vt destruas inimicum & vltorem. PSAL. Do-

Domine Dominus noster, quam admirabile est nomen tuum in vniuersa terra. RESP. Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium. V. Laqueus contritus est, & nos liberati sumus: adiutoriū nostrū in nomine Domini, qui fecit cælū & terram OFF. Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium. VERS. I. Nisi quia Dominus erat in nobis, dicat nunc Israel, nisi quia Dominus erat in nobis, cum exurgerent homines in nos, forte viuos deglutissent nos: cum irasceretur furor eorum in nos, forsitan aqua absorbuisset nos. VERS. II. Torrente pertransijt anima nostra: forsitan pertransisset anima nostra aqua intolerabile &c. COM. Vox in Rama audita est, ploratus & ululatus. Rachel ploras filios suos, noluit consolari, quia non sunt. PSAL. Domine Dominus noster.

NAT. S. SYLVESTRI.

ANTIPH. Sacerdotes tui Domine induat iustitiam, & sancti tui exultent: propter Dauid seruum tuum, non auertas faciem Christi tui. PSAL. Memento Domine Dauid, & omnis mansuetudinis eius. RESP. Ecce sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit Deo, & inuentus est iustus. VERS. Non est inuentus similis illi, qui conseruaret legem excelsi. ALL. Inueni Dauid. OFF. Inueni Dauid seruum meum, & in oleo meo sancto unxi eum, manus enim mea auxiliabitur ei, & brachium meum confortabit eum. VERS. I. Potens es Domine, & veritas tua in circuitu tuo. VERS. II. Veritas mea & misericordia mea cum ipso, & in nomine meo exaltabitur cornu eius. COM. Beatus seruus, quem cum venerit Dominus, inuenerit vigilantem: amen dico vobis, super omnia bona sua constituet eum. Ps. vt supra.

Festi s. Syluestri mentionem facit nominatim Microl. c. 35.

DE SANCTA MARIA, IN OCTA-
VA DOMINI.

ANT. Vultum tuum deprecabuntur omnes diuites plebis: adducentur regi virgines post eam: proxime eius adducentur tibi in latitia

Authenticum esse hoc

officium, & Gradua-
li libro siue Anti-
phon. D. Gregorij
contineri, testatur
Microlog. c. 39. consen-
tit etiã exẽplar vtrũ-
que.

lætitia & exultatione. **PSAL.** Eructauit cor meũ ver-
bum bonum, dico ego opera mea regi. **RESP.** Diffusa
est gratia in labijs tuis, propterea vnxit te Deus Deus tuus
oleo lætitiæ præ confortibus tuis. **VERS.** Propter ve-
ritatem & mansuetudinem & iustitiam, & deducet te mi-
rabiler dextera tua. **ALL.** Post partum virgo. **OFF.**
Offerentur regi virgines. **PSAL.** Eructauit cor meum.
VERS. Diffusa est gratia. **COM.** Simile est regnum
celorum homini negociatori, quærenti bonas margaritas:
inuenta vna preciosa margarita, dedit omnia sua, & com-
parauit eam. **PSAL.** Eructauit, vt supra.

DOMINICA POST NATALE

DOMINI.

Repetendũ hoc of-
ficium, si contingãt
duæ Dominicæ an-
te Epiphan. deducit
Microlog. c. 37. satis
competenter tamen
vnicum officium à
D. Gregor. ordinatũ
docet c. 38. de quo
iterũ ca. 40. vbi
tradit hoc officium
etiã in vigilia Epi-
phan. cum læt. quæ
suprà illic habentur
in Lectionar. initio
legi solitum.

ANTIPH. Dum medium silentium teneret omnia,
& nox in suo cursu medium iter haberet, omnipotens ser-
mo tuus, Domine, de cælis à regalibus sedibus venit.
PSAL. Dominus regnauit, decorem indutus est: indutus
est Dominus fortitudinẽ, & præcinxit se virtute. **RESP.**
Speciosus forma præ filijs hominũ: diffusa est gratia in la-
bijs tuis, propterea benedixit te **DEVS** in æternum.
VERS. Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego
opera mea regi: lingua mea calamus scribẽ velociter scribẽ-
tis. **ALL.** Dominus regnauit, decorem. **OFF.** Deus
enim firmavit orbem terrẽ. **COM.** Tolle puerum &
matrem eius, & vade in terram Iuda. Defuncti sunt enim
qui quærebant animam pueri. **PSAL.** vt supra.

[OCTAVA DOMINI.

Ex præcedẽtibus pat-
tet, posterius esse D.
Greg. hoc officium.

ANTIPH. Puer natus est nobis, & filius datus est no-
bis, cuius imperium super humerum eius, & vocabitur no-
men

men eius magni consilij angelus. **PSAL.** Cantate Domino.
RESP. Viderunt omnes fines terræ. **ALL.** Dies sanctificatus.
OFF. Tui sunt cæli. **COM.** Viderunt omnes fines terræ. **PSAL.**
Cantate. Omnia vt in die nat.]

VIGILIA EPIPHANIAE.

ANTIPH. Dominus dixit ad me, filius meus es tu, ego hodiẽ
genui te. **PSAL.** Quarẽ fremuerunt gentes. **RESP.** Tecũ prin-
cipium in die virtutis tuæ in splendoribus sanctorum, ex vtero an-
te luciferum genui te. **VERS.** Dixit Dominus Domino meo,
sede à dextris meis, donẽc ponam inimicos tuos scabellum pedum
tuorum. **OFF.** Lætentur cæli, & exultet terra, ante faciem Do-
mini, quoniam venit. **COM.** In splendoribus sanctorum ex vte-
ro ante luciferum genui te.

EPIPHANIA DOMINI.

IN DIE SANCTO AD MIS-
SAM.

ANTIPH. Ecce aduenit dominator Dominus, & regnum
in manu eius, & potestas, & imperium. **PSAL.** Deus, iudicium tuũ
regi da, & iustitiam tuam filio regis. **RESP.** Omnes de Saba ve-
nient, aurum & thus deferentes, & laudem Domino adnunciantes.
VERS. Surge, & illumina Hierusalem, quia gloria Domini su-
per te orta est. **ALL.** Vidimus stellam eius in Oriente, & venimus
cum muneribus adorare Dñm. **OFF.** Reges Tharsis & insulæ
munera offerent, reges Arabum & Saba dona adducent: & adorabũt
eum oēs reges terræ, omnes gentes seruient ei. **VERS. I.** Deus,
iudicium tuum regi da, & iustitiam tuam filio regis: iudicare po-
pulum tuum in iustitia, & pauperes tuos in iudicio. **VERS. II.**
Orietur in diebus eius iustitia & abundãtia pacis, donẽc extollatur
luna: & dominabitur à mari vsq; ad mare. **VERS.** Suscipiãt mō-

tes pacem populo, & colles iustitiã. **COM.** Vidimus stellam eius in Oriente, & venimus cum muneribus adorare Dominũ. **PSAL.** Deus iudicium tuum regi da, vt supra.

Huius & sequentiũ Domini carũ vsq; ad septuagesimam Antiph. Introitus latè explicat Amal. l. 4. c. 33. vbi etiam nomina Antiph. me minit.

DOMIN. I. POST EPIPHANIAM.

ANTIPH. In excelso throno vidi sedere virũ, quẽ adorat multitudo angelorũ psallentiũ in vnũ, ecce cuius imperij nomen est in æternum. **PSAL.** Iubilate Deo omnis terra, psalmũ dicite nomini eius, date gloriã laudi eius. **RESP.** Benedictus Dominus Deus Israel, quia fecit mirabilia magna solus à seculo. **VERS.** Suscipiat montes pacem populo, & colles iustitiam. **ALL.** Iubilate Deo omnis terra, seruite Domino in lætitia. **OFF.** Iubilate Deo omnis terra, iubilate Deo omnis terra, seruite Domino in lætitia. Intrate in conspectu eius in exultatione, quia Dominus ipse est Deus. **VERS. I.** Ipse fecit nos, & non ipsi nos. **VERS. II.** Laudate nomen eius, quoniam suavis est Dominus. **COM.** Fili, quid fecisti nobis sic? ego & pater tuus dolentes querebamus te. Et quid est quod me querebatis? an nesciebatis quia in his quæ patris mei sunt, oportet me esse? **PSAL.** Iubilate Deo omnis terra, psalmum dicite nomini eius, date gloriã laudi eius, vt supra.

[OCTAVA EPIPHANIAE, VT IN DIE.]

NAT. S. FELICIS IN PINCIS.

ANTIPH. Os iusti meditabitur sapientiam, & lingua eius loquetur iudicium: lex Dei eius in corde ipsius. **PSAL.** Noli æmulari in malignantibus, neq; zelaueris facientes iniquitatem. **RESP.** Iuravit Dominus, & non poenitebit eum: tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. **VERS.** Dixit Dominus Domino meo, sede à dextris meis. **ALL.** Iustus non conturbabitur.

tur. **OFF.** Gloria & honore coronasti eum, & constituisti eum super opera manuum tuarum Domine. **COM.** Posuisti Domine in capite eius coronam de lapide preciofo. **PSAL. XX.**

DOM. II. POST EPIPHANIAM.

ANTIPH. Omnis terra adoret te, Deus, & psallat tibi: psalmum dicat nomini tuo, altissime. **PSAL.** Iubilate Deo omnis terra, psalmum dicite nomini eius, date gloriã laudi eius. **RESP.** Misit Dominus verbum suum, & sanauit eos, & eripuit eos de interitu eorum. **VERS.** Confiteantur Domino misericordie eius, & mirabilia eius filijs hominũ. **ALL.** Laudate Dñm omnes angeli eius, laudate eum oēs virtutes eius. **OFF.** Iubilate Deo vniuersa terra, iubilate Deo vniuersa terra, psalmum dicite nomini eius. venite & audite, & narrabo vobis omnes qui timetis Deum, quanta fecit Dominus animæ meæ. **VERS. I.** Reddam tibi vota mea, reddam tibi vota mea, quæ distinxerunt labia mea. **VERS. II.** Locutũ est os meum in tribulatione mea, locutum est os meum in tribulatione mea, holocausta medullata offeram tibi. **COM.** Dicit Dominus: Implete hydrias aqua, & ferte Architriclino: cum gustasset architriclinus aqua vinum factum, dixit sponso: Seruasti vinum bonum vsq; adhuc. Hoc signum fecit Iesus primum coram discipulis suis. **PSAL.** vt supra.

NAT. S. MARCELLI.

ANTIPH. Statuit ei Dñs testamentũ pacis, & principem fecit eum, vt sit illi sacerdotij dignitas in æternũ. **PSAL.** Misericordias Dñi in æternũ cãtabo. **RESP.** Inueni Dauid seruũ meũ, &. **VERS.** Nihil proficiet inimicus in eo, & filius iniquitatis nõ apponet nocere ei. **ALL.** Inueni Dauid seruũ meum. **OFF.** Veritas mea & misericordia mea cum ipso, & in nomine meo exaltabitur cornu eius. **VERS. I.** Posui adiutoriũ meum supra potentẽ, & exaltaui electũ

Hoc officium à D. Grego de s. Marcello Papa compositum adferit M. crol. c. 43.

de plebe mea: manus enim mea auxiliabitur ei, & brachiū meum cōfortabit eum. **V E R S. II.** Misericordia mea. **C O M.** Domine, quinq; talenta tradidisti mihi, ecce alia quinq; superlucratum sum. Eugē serue bone & fidelis, quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituā, dicit Dñs. **P S A L.** Misericordias Domini, vt suprā.

NAT. SANCTAE PRISCAE.

A N T I P H. Loquebar de testimonijs tuis in conspectu regū, & non confundebam, & meditabar in mandatis tuis, quę dilexi nimis. **P S A L.** Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini. **R E S P.** Specie tua & pulchritudine tua intende, prosperē procede & regna. **V.** Propterea vnxit te Deus Deus tuus oleo letitię prę confortibus tuis. **A L L.** Diffusa est gratia in labijs tuis, propterea benedixit te Deus in æternum. **O F F.** Filię regū in honore tuo. **V E R S. I.** Eructauit cor meum verbum bonum. **V E R S. II.** Specie tua. **C O M.** Feci iudicium & iustitiam. **P S A L.** vt suprā.

NAT. SANCTORVM MARTYRV M FABIANI ET SEBASTIANI.

A N T I P H. Intret in conspectu tuo, Domine, gemitus compeditorum: redde vicinis nostris septuplum in sinu eorum: vindica sanguinem seruorū tuorū qui effusus est. **P s.** Deus, venerunt gentes in hereditatem tuam: polluerunt templū sanctum tuum, posuerunt Hierusalem in pomorū custodiam. **R E S P.** Gloriosus Deus in sanctis suis, mirabilis in maiestate sua. **V E R S.** Dexterā tuā Dñe magnificata est in virtute, dextera manus tua confregit inimicum. **A L L.** Sancti tui Dñe. **O F F.** Letamini in Domino, & exultate. **V E R S. I.** Beati quorū. **V E R S. II.** Pro hac orabit ad te omnis sanctus in tempore oportuno. **C O M.** Multitudo languentiū, & qui vexabantur à spiritibus immundis, veniebāt ad eum, quia virtus de illo exiebat, & sanabat omnes. **P S A L.** Deus, venerunt gentes.

NAT.

NATAL. SANCTAE AGNETIS.

A N T I P H. Me expectauerunt peccatores, vt perderent me: testimonia tua, Domine, intellexi: omnis consummationis vidi finem, latum mandatum tuum nimis. **P S A L.** Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini. **R E S P.** Diffusa est gratia in labijs tuis. **V E R S.** Propterea vnxit te Deus Deus tuus oleo letitię prę confortibus tuis. **A L L.** Specie tua & pulchritudine tua, propterea benedixit te Deus in æternum. **O F F.** Offerentur regi virgines: post eam proximæ eius offerentur tibi. **C O M.** Quinque prudentes virgines. **P S A L.** vt suprā.

DOMINICA TERTIA POST EPIPHANIAM.

A N T I P H. Adorate Deum omnes angeli eius: audiuit, & lætata est Sion, & exultauerunt filiæ Iudæ. **P S A L.** Dominus regnauit, exultet terra, latentur in insule multæ. **R E S P.** Timebunt gentes nomē tuum Domine, & omnes reges terræ gloriam tuam. **V E R S.** Quoniam ædificauit Dominus Sion, & videbitur in maiestate sua. **O F F.** Dexterā Domini fecit virtutem, dextera Domini exaltauit me: non moriar, sed viuam, & narrabo opera Domini. **V E R S. I.** In tribulatione inuocaui Dominum, & exaudiuit me in latitudine, quia Dominus adiutor meus est. **V E R S. II.** Impulsus versatus sum vt caderem, & Dominus suscepit me, & factus est mihi in salutem. **C O M.** Mirabantur omnes de his quæ procedebant de ore Dei. **P S A L.** Dominus regnauit, exultet terra.

Hoc officium, si plures ante septuagesimam occurrant, repetendū esse, docet Mic. c. 41.

[NATAL. SANCTI VINCENTII.

A N T I P H. Letabitur iustus in Domino, & sperauit in eo, & laudabuntur omnes recti corde. **P S A L.** Exaudi Deus orationem meam cum deprecor, à timore inimici eripe animam meam. **R E S P.** Posuisti Domine in capite eius coronam de lapide precioso.

k 3 oso.

oso. **VERS.** Desiderium animæ eius tribuisti ei, & voluntate labiorum eius non fraudasti eum. **ALL.** Beatus vir qui timet Dominum, in mādatis eius cupit nimis. **OFF.** Gloria & honore coronasti eum, & cōstituisti eum super opera manuum tuarum Dñe. **VERS.** Dñe Dominus noster. **COM.** Qui vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur **P S A L.** Exaudi Deus.]

SANCTAE AGNAE SECUNDO.

ANTIPH. Vultum tuum deprecabuntur omnes diuites plebis. **P S A L.** Eructauit cor meum verbum bonum. **RES P.** Specie tua. **VERS.** Propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ præ confortibus tuis. **ALL.** Diffusa est gratia in labijs tuis, propterea benedixit te Deus in æternum. **OFF.** Diffusa est gratia. **COM.** Simile est regnum cælorum. **P S A L.** vt supra.

PURIFICATIO SANCTAE MARIAE

AD PROCESSIONEM.

ANTIP. χαίρε κεχαριτωμένη. Ave gratia plena, θεοτόκος παρθένε Dei genitrix virgo, ἐκ σοῦ γὰρ ἀνέτειλεν, ex te enim ortus est ὁ ἥλιος τῆς δικαιοσύνης sol iustitiæ. φωτίζων τοὺς ἐν φωνῇ tamē iste ad σκότι, illuminans qui in tenebris sunt. εὐφραίνου καὶ σὺ, Ie- Procefsiōem, Sergio tare & tu πρεσβύτα δίκαιε, senior iuste, δεχόμενε ἐν ὠλένοισ Papæ adscribendæ suscipiens in vlnis τὸν ἐλευθερώτην liberatorem τῶν ψυχῶν videtur: quippe qui ἡμῶν, animarum nostrarum. χαριζόμενον ἡμῖν, donantem hunc procedendi modum instituisse nobis, καὶ τὴν ἀνάστασιν & resurrectionem. **VERS.** κατα- legatur in gestis Pō- κόσμησον τὸν θάλαμον σοῦ σιὼν. Adorna thalamum tuum tur Ord. Rom. pag. Sion. καὶ ἐπόδεξαι τὸν βασιλέα χριστόν. & suscipe regem 21. Alcuī. pag. 41. A. Christum. ἀσπάξου τὴν μαρίαν, amplexere Mariā, τὴν ὀυρα- mala. libr. 3. cap. 43. νιὸν ἀυλὴν, quæ est cælestis porta. αὐτὴ γὰρ βασίζει τὸν βασι- Microlog. cap. 48. σιλέα τῆς δόξης. ipsa enim portat regem gloriæ. νεοφύτε φῶ- τος ἐπάχει παρθένος, noui luminis subsistit virgo. φέρουσα ἐν χερσὶν υἱὸν πρὸ ἑωσφόρου, adducens in manibus filium ante

ante luciferum. ὃν λαβὼν Σιμεὼν ἐν ὠλένοισ αὐτοῦ quem accipiens Si- meon in vlnis suis, ἐκάρτεν τοῖς λαοῖς prædicauit populis, δεισώτην αὐτὸν εἶναι Dominum eum esse ζωῆς καὶ θανάτου, vitæ & mortis, καὶ σωτήρα τοῦ κόσμου, & saluatorem mundi. **VERS.** Responsum accepit Simeon à Spiritu sancto, non visurum se mortem, nisi pri- us videret Christum Domini.

AD INTROITVM.

ANTIPH. Suscepimus Deus misericordiam tuam in medio templi tui: secundum nomen tuū Deus, ita & laus tua in fines ter- ræ: iustitia plena est dextera tua. **P S A L.** Magnus Dominus & laudabilis nimis in ciuitate Dei nostri, in monte sancto eius. **RESP.** Suscepimus Deus misericordiam tuam. **VERS.** Sicut audiuimus, sic vidimus in ciuitate Domini virtutum, in ciuitate Dei nostri, Deus fundauit eam in æternum. **ALL.** Adorabo ad templū sanctum tuum, & confitehor nomini tuo in timore tuo. Adducetur regi. Si post septuagesimā euenerit, **TRAC.** sequens dicitur: Diffusa est gratia in labijs tuis, propterea benedixit te Deus in æternum. Specie tua & pulchritudine tua intende prosperè, ꝑcede & regna. Propter veritatem & mansuetudinem & iustitiam, & deducet te mirabiliter dextera tua. Dilixisti iustitiam, & odisti iniquitatem: propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ præ confortibus tuis. Audi filia & vide, & inclina aurem tuam, & obliuiscere populum tuum & domum patris tui. Et concupiscet rex decorem tuū, quoniam ipse est Dominus Deus tuus, & adorabunt eum. Adducentur regi virgines post eam, proximæ eius adferentur tibi. Ad- ducentur in lætitia & exultatione, adducentur in templum regi Domino. **OFF.** Diffusa est gratia. **VERS. I.** Eructauit cor meum verbū bonū. **VERS. II.** Specie tua & pulchritudine. **COM.** Respon- sum accepit Simeon à spiritu sancto, non visurum se mortem, nisi videret Christum Domini. **P S A L.** vt supra.

[NATAL. S. AGATHAE.

ANT.

* gaudete ANTIPH. * Gaudeamus omnes in Domino, diem festum celebrantes in honore Agathæ martyris: de cuius passione gaudent angeli, & conlaudant filium Dei. PSAL. Eructavit cor meum. RESP. * Aduuabit eum Deus vultu suo: Deus in medio eius: non commouebitur. VERS. Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei, sanctificauit tabernaculum suum altissimus. TRACTVS. Qui seminant in lachrymis, in exultatione metent. Eunt ibant & flebant, mittentes semina sua. Venientes autem venient cum exultatione, portantes manipulos suos. OFF. Offerentur regi virgines post eam. COM. Qui me dignatus est ab omni plaga curare, & mamillam meam meo corpori restituere, ipsum inuoco Dominum viuum. PSAL. vt supra.]

NATAL. SANCTI VALENTINI.

ANTIPH. In virtute tua Domine lætabitur iustus. PSAL. Vitam petijt. RESP. Beatus vir qui timet Dominum, in mandatis eius cupit nimis. VERS. Potens in terra erit semen eius, generatio rectorum benedicetur. TRACTVS. Desiderium animæ eius tribuisti ei, & voluntate labiorum eius non fraudasti eum, &c. OFF. In virtute tua Domine lætabitur iustus. COM. Magna est gloria eius. PSAL. XX.

CATHEDRA S. PETRI.

ANTIPH. Statuit ei Dñs. Psal. Misericordias dñi. RESP. Iurauit. Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. VERS. Et portæ inferi non præualebunt aduersus eam, & tibi dabo clauis regni cælorum. VERS. Et quodcunque ligaueris super terram, erit ligatum & in cælis. VERS. Et quodcunque solueris super terram, erit solutum & in cælis. OFF. Veritas mea. COM. Tu es Petrus. PSAL. qui supra.

[NATAL. S. GREGORII.

ANTIPH. Sacerdotes Dei, benedicite Dominum: sancti & humi-

humiles corde laudate Deum. PSAL. Benedicite omnia opera Domini Domino, laudate & superexaltate eum in secula. RESP. Iurauit Dominus, & non pœnitebit eum, tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. VERS. Dixit Dominus Domino meo, sede à dextris meis: TRACTVS. Beatus vir qui timet, OFF. Veritas mea & misericordia mea cum ipso, & in nomine meo exaltabitur cornu eius. COMM. Fidelis seruus & prudens, quem constituit Dominus super familiam suam, vt det illis in tempore tritici mensuram. PSAL. Benedicite, vt supra.]

ADVNCIATIO S. MARIAE.

ANTIPH. Vultum tuum deprecabuntur omnes diuites plebis. PSAL. Eructavit. RESP. Diffusa est gratia. VER. uti & alia quedam Propterea. OFF. Ave Maria gratia plena. VERS. I. Quomodo in me fiet hoc? VERS. II. Ideo quod nascetur ex te. COM. Ecce virgo concipiet. PSAL. vt supra. conflet.

DOMINICA SEPTVAGESIMA.

ANTIPH. Circudederunt me gemitus mortis: dolores inferni circudederunt me, & in tribulatione mea inuocaui Dominum, & exaudiuit de templo sancto suo vocem meam. PSAL. Diligam te Domine fortitudo mea, Dominus firmamentum meum & refugium meum. RESP. Adiutor in oportunitatibus, in tribulatione: sperent in te, qui nouerunt te, quoniam non derelinques quærentes te Domine. VERS. Quoniam non in finem obliuio erit pauperis, patientia pauperum non peribit in æternum. Exurge Domine, non præualeat homo. TRACTVS. De profundis clamaui ad te Domine, Domine, exaudi vocem meam. VERS. Fiant aures tuæ intendentes in orationem serui tui. VERS. Si iniquitates obseruaueris Domine, Domine, quis sustinebit? VERS. Quia apud te propitiatio est, & propter legem tuam sustinui te Domine.

Propterea festum D. Gregorij lineis inclusimus, (sic. supra & infra) eod quod, Gregoria num non esse,

Ad hanc Dñicam citat Alcuin. Antiph. pag. 41. & pag. 42. hoc ipsum officium interpreta- tur. Qui etiam sequentibus. Tractus vnde dicitur, & cur omittatur. All. tempore Septuagesimæ, tract. Amala. Antiph. citas. l. i. c. i. ubi etiam totum hoc officium explicat, & sequentia c. seq.

ne. OFF. Bonum est confiteri Domino, & psallere nōmīnī tuo altissime. VERS. I. Quā magnificata sunt opera tua Domine? nimis profundæ cogitationes tuæ. VERS. II. Ecce inimici tui Domine peribunt, & dispergentur omnes qui operantur iniquitatem. VERS. III. Exaltabitur sicut vnicornis cornu meum, & senectus mea in misericordia vberi, quia respexit oculus meus inimicos meos, & insurgentes in me malignantes audiuit auris tua. COM. Inlumina faciem tuam super seruum tuum, & saluum me fac in tua misericordia Domine: non confundar, quoniam inuocaui te. PSAL. In te Domine speraui.

DOMINICA IN SEXAGESIMA.

ANTIPHON. Exurge, quare obdormis Domine? exturge & nē repellas in finem: quare faciem tuam auertis? obliuisceris tribulationis nostræ. Adhæsit in terra venter noster, exurge Domine, adiuua nos, & libera nos. PSALM. Deus, auribus nostris audiui-mus: patres nostri annunciauerunt nobis. RESP. Sciant gentes quoniam nomen tibi Deus, tu solus altissimus super omnem terram. VERS. Deus meus, pone illos vt rotam, & sicut stipulam ante faciem venti. TRACTVS. Commouisti Domine terram, & conturbasti eam: sana contritiones eius, quia mota est. VERS. Vt fugiant à facie arcūs, vt liberentur electi tui OFF. Perfice gressus meos in semitis tuis, vt non moueantur vestigia mea: inclina aurem tuam, & exaudi verba mea. Mirifica misericordias tuas, qui saluos facis sperantes in te Domine. VERS. I. Exaudi Domine iustitiam meam: intende deprecationem meam: auribus percipe orationem meam. VERS. II. Custodi me Domine vt pupillam oculi: sub vmbra alarum tuarum protege me: eripe me Domine ab impio. VERS. III. Ego autem cum iustitia apparebo in conspectu tuo: satiabor, dum manifestabitur gloria tua.

COM.

COM. Introibo ad altare Dei: ad Deum qui lætificat iuuentutem meam. PSALM. Iudica me Deus.

DOM. IN QVINQVAGESIMA.

ANTIPH. Esto mihi in Deum protectorem, & in locum refugij, vt saluum me facias. Quoniam firmamentum meum & refugium meum es tu: & propter nomen tuum dux mihi eris, & enutries me. PSAL. In te Domine speraui, non confundar in æternum in iustitia tua libera me, & eripe me. RESP. Tu es * Deus, * Dñs qui facis mirabilia, solus: notam fecisti in gentibus virtutem tuam. VERS. Liberasti in brachio tuo populum tuum, filios Israel & Ioseph. TRACTVS. Iubilate Domino omnis terra, seruite domino in lætitia. VERS. Intrate in conspectu eius in exultatione. VERS. Scitote quod Dominus ipse est Deus. VERS. Ipse fecit nos, & non ipsi nos. VERS. Nos autem populus eius. OFFER. Benedictus es Domine, doce me iustificationes tuas. Benedictus es Domine, doce me iustificationes tuas, in labijs meis pronunciaui omnia iudicia oris mei. VERS. I. Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini. Beati qui scrutantur testimonia eius, in toto corde exquirunt eum. Aufer à plebe tua opprobrium & contemptum, quia mandata tua non sumus oblitī Domine. VERS. II. In via testimoniorum tuorum delectatus sum, sicut in omnibus diuitijs. VERS. III. Viam iniquitatis Dñe amoue à me: viam iniquitatis Domine amoue à me, & de lege tua miserere mei. Viam veritatis elegi: iudicia tua, iustitiam tuam non sum oblitus. Viam mandatorum tuorum cucurri, dum dilatares cor meum. COM. Manducauerunt, & saturati sunt nimis: & desiderium eorum attulit eis Dominus, non sunt fraudati à desiderio suo. PSAL. Attendite populus meus legem meam.

I 2 CA-

CAPVT IEIUNII.

AD BENEDICTIONEM CINERVM.

Antiph. harū ad benedictionem cinerū, fit nominam meo in Oratio in Romano, ut est Antiphona ad processione: iuxta vestibulū. Itē apud Alcuin. pag. 52. Circa etiam Microlog. tanquam Gre. c. 41. Tractum hunc non tam ex Romano, Oratio quam consuetudine dicitur, adnotat Microlog. cap. 50.

ANTIPH. Exaudi nos Domine, quoniam benigna est misericordia tua: secundum multitudinem miserationū tuarum respice nos. PSAL. Saluum me fac Deus, quoniam intrauerunt aquae usque ad animam meam. ANT. Immutemur habitu in cinere & cilicio, ieiunemus & ploremus ante Dominum, quia multum misericors est dimittere peccata nostra Deus noster. ANTIPH. Iuxta vestibulum & altare plorabant sacerdotes & Leuitę ministri Domini, dicentes: Parce Domine, parce populo tuo: & nē dissipes ora clamantium ad te Domine.

AD MISSAM.

ANTIPH. Misereris omnium Domine, & nihil odisti eorum quę fecisti, dissimulans peccata hominum propter penitentiam: & parcens illis, quia tu es Dominus Deus noster. PSAL. Miserere mei Deus, miserere mei, quoniam in te confidit anima mea. RESP. Miserere mei Deus, miserere mei, quoniam in te confidit anima mea. VERS. Misit de celo, & liberauit me: dedit in opus probrium conculcantes me. [TRACTVS: Domine, non secundum peccata nostra facias nobis, neque secundum iniquitates nostras retribuas nobis. VERS. Domine, nē memineras iniquitatum nostrarum antiquarum: citō anticipent nos misericordię tuę, quia pauperes facti sumus nimis. VERS. Adiuua nos Deus salutaris noster, & propter gloriam nominis tui Domine libera nos, & propicius esto peccatis nostris propter nomen tuum.] OFF. Exaltabo te Domine, quoniam suscepisti me, nec delectasti inimicos meos super me. Domine, clamaui ad te, & sanasti me. VERS. I. Domine, abstraxisti ab inferis animam meam: saluasti me a descendantibus in lacum. VERS. II. Ego autem dixi in mea abundantia, non mouebor in æternum, Domine, in

VO-

voluntate tua prestitisti decori meo virtutem. COM. Qui meditabitur in lege Domini die ac nocte, dabit fructum suum in tempore suo. PSAL. Beatus vir.

FERIA QUINTA.

[ANTIPH. Dum clamarem ad Dominum, exaudiuit vocem meam ab his qui appropinquant mihi, & humiliabit eos, qui est ante secula, & manet in æternum. iacta cogitatum tuum in Domino, & ipse te enutriet. PSAL. Exaudi Deus orationem meam, & nē despexeris deprecationem meam. RESP. Iacta cogitatum tuum in Domino, & ipse te enutriet. VERS. Dum clamarem ad Dominum, exaudiuit vocem meam, ab his qui appropinquant mihi. OFF. Ad te Domine leuavi animam meam: Deus meus, in te confido, non erubescam. VERS. Dirige me in veritate tua, & doce me, quia tu es Deus saluator meus, & te sustinui tota die. VERS. II. Respice in me, & miserere mihi, quia vnicus & pauper sum ego. COM. Acceptabis sacrificium iustitię, oblationes & holocausta super altare tuum vitulos. PSAL. 50.]

FERIA SEXTA.

ANTIPH. Audiuit, & misertus est mihi Dominus: factus est adiutor meus. PSAL. Exaltabo te Domine, quoniam suscepisti me, nec delectasti inimicos meos super me. RESP. Vnam petij a Domino, hanc requirā, vt inhabitem in domo Domini. VERS. Vt videam voluntatem Domini, & protegar a templo sancto eius. OFF. Domine, viuifica me secundum eloquium tuum, vt sciam testimonia tua. VERS. I. Fac cum seruo Domine, secundum magnam misericordiam tuam, & nē auferas de ore meo verbū veritatis. VERS. II. Seruus tuus sum ego. da mihi intellectum Domine, vt discam mandata tua, & voluntaria oris mei fac mihi in beneplacito. COM. Seruite Domino in timore, & exultate ei

13 cum

cum tremore, adprehendite disciplinam, nè pereatis de via iusta.
PSAL. II.

DOM. I. QUADRAGESIMAE, STATIO
AD LATERANVM.

ANTIPH. Inuocauit me, & ego exaudiam eum: eripiam eum,
& glorificabo eum, longitudine dierum implebo eum. PSAL.

Qui habitat in adiutorio altissimi, in protectione Dei cæli commorabitur. RESP. Tenuisti manum dexteram meam, in voluntate

sic quidē
vetustiss.
MS. Blan-
dinienfis
cod. sed
Vltraiecti
nus habet
responso-
rium: An-
gelis suis
Deus mā-
dauit de
te, vt cu-
stodiāt te
in omni-
bus vijs
suis, &
Vers. In
manibus
portabunt
te, nè for-
tè offēdas
ad lapidē
pedē tuū.
Cui etiam
consentit
Alcuinus
pag. 47.

tua deduxisti me, & cum gloria assumpsisti me. VERS. Quā bo-
nus Israel Deus rectis corde. mei autem penè moti sunt pedes, pe-
nè effusi sunt gressus mei. quia zelauit in peccatoribus, pacem pec-
catorum videns. TRACTVS: Qui habitat in adiutorio altissimi,

in protectione Dei cæli commorabitur. VERS. Dicit Domi-
no, susceptor meus es tu, & refugium meum Deus meus: sperabo in

eum. VERS. Quoniam ipse liberabit me de laqueo venantium,
& à verbo aspero. VERS. Scapulis suis obumbrabit tibi, & sub

pennis eius sperabis. VERS. Scuto circundabit te veritas eius:
non timebis à timore nocturno. VERS. A sagitta volante per

dicem, à negotio perambulante in tenebris, à ruina & dēmonio me-
ridiano. VERS. Cadent à latere tuo mille, & decem millia à de-

xtris tuis: tibi autem non appropinquabit. VERS. Quoniam an-
gelus suis mandauit de te, vt custodiāt te in omnibus vijs tuis.

VERS. In manibus portabunt te, nè vnquàm offēdas ad lapidem
pedem tuum. VERS. Super aspidem & basiliscum ambulabis, &

conculcabis leonem & draconem. VERS. Quoniam in me spe-
rauit, liberabo eum: protegam eum, quoniam cognouit nomen

meum. Inuocauit me, & ego exaudiam eum: cum ipso sum in tri-
bulatione. VERS. Eripiam eum, & glorificabo eum. VERS.

Longitudine dierum adimplebo eum, & ostendam illi salutare
meum. OFF. Scapulis suis obumbrabit tibi Dominus, & sub

pennis

pennis eius sperabis. Scuto circundabit te veritas eius. VERS. I.
Dicet Domino, susceptor meus es. non timebis à timore noctur-

no, à sagitta volante per diem. VERS. II. Quoniam angelis suis
mandauit de te, vt custodiāt te, nè vnquàm offēdas ad lapidem

pedem tuum. VERS. III. Super aspidem & basiliscum ambu-
labis, & conculcabis leonem & draconem. quoniam in me spe-
rauit, liberabo eum. COM. Scapulis suis obumbrabit tibi, & sub pen-

nennis eius sperabis. scuto circundabit te veritas eius. PSAL. vt
suprà.

FERIA II.

ANT. Sicut oculi seruorum in manibus dominorum suorum,
itā oculi nostri ad Dominum Deum nostrum, donè misereatur

nostrū: miserere nobis Domine, miserere nobis. PSAL. Ad te le-
uauit oculos meos, qui habitas in cælis. RESP. Protector noster

adspice Deus, & respice super seruos tuos. VERS. Domine
Deus virtutum, exaudi preces seruorum tuorum. OFF. Reuela

oculos meos, & considerabo mirabilia tua Domine, vt doceas me
iustitiam tuam. da mihi intellectum, vt discam mandata tua.

VERS. I. Legem pone mihi Domine, & viam iustificationum ex-
quiram, & in præceptis tuis exercebor. VERS. II. Veniant super

me miserationes tuæ, quia lex tua meditatio mea est: & consolatio
mea, iustificationes tuæ sunt. COM. Voce mea ad Dominum

clamaui, & exaudivit me de monte sancto suo. non timebo millia
populi circundantis me. PSAL. 3.

FERIA TERTIA.

ANT. Domine, refugium factus es nobis, à generatione & pro-
genie, à seculo & in seculum tu es. PSAL. Priusquàm mentes fie-
rent aut formaretur terra, à seculo & vsque in seculum tu es

Deus. RESP. Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu
tuo

tuo Domine. **V E R S.** Eleuatio manuum mearum sacrificium vespertinum. **O F F.** In te speravi Domine: dixi, tu es Deus meus: in manibus tuis tempora mea. **V E R S. I.** Illumina faciem tuam super feruum tuum, & saluum me fac propter misericordiam tuam. Domine, non confundar, quoniam inuocaui te. **V E R S. II.** Quam magna multitudo dulcedinis tuæ Domine, quam abscondisti timentibus te: perfecisti autem sperantibus in te, in conspectu filiorum hominum. **C O M.** Cum inuocarem te, exaudisti me Deus iustitiæ meæ: in tribulatione dilatasti me. miserere mihi Domine, exaudi orationem meam. **P S A L.** Miserere mei Domine.

FERIA QVARTA.

Huius of-
ficii ac fe-
riæ sextæ
& sabba-
ti huius
hebdoma-
de disertis
verbis fit
mentio
apud Mi-
crolog. c.
24. & tan-
quã ex An-
tiphona-
rio D. Gre-
gorij.

A N T I P H. Reminiscere miserationum tuarum, Domine, & misericordiæ tuæ quæ à seculo sunt: nè vnquam dominantur nobis inimici nostri: libera nos Deus Israel ex omnibus angustijs nostri huius. **P S A L.** Ad te, Domine, leuavi animam meam, Deus meus, in te confido, non erubescam. **R E S P.** Tribulationes cordis mei multiplicatæ sunt: de necessitatibus meis eripe me Dñe. **V E R S.** Vide humilitatem meam & laborem meum: & dimitte omnia peccata mea. **T R A C T V S:** De necessitatibus meis eripe me Domine. Vide humilitatem meam & laborẽ meum, & dimitte omnia peccata mea. **V E R S.** Ad te, Domine, leuavi animam meã: Deus meus, in te confido, non erubescam: neque irrideant me inimici mei. **V E R S.** Etenim vniuersi qui te expectant, non confundentur: confundantur omnes facientes vana. **O F F.** Meditabar in mandatis tuis quæ dilexi valdè, & leuabo manus meas ad mandata tua quæ dilexi. **V E R S. I.** Pars mea Domine: dixi custodire legem tuam. Precatus sum vultum tuum in toto corde meo. **V E R S. II.** Deprecatus sum faciem tuam. Miserere mei secundum eloquium tuum: quia cogitaui vias tuas, & conuerti pedes meos in testimonia

stimonia tua. **C O M.** Intellige clamorem meum: intende voci orationis meæ, rex meus & Deus meus, quoniam ad te orabo Domine. **P S A L.** Verba mea.

FERIA QVINTA.

[**A N T I P H.** Confessio & pulchritudo in conspectu eius. sanctitas & magnificentia in sanctificatione eius. **P S A L.** Cantate Domino canticum nouum, cantate Domino omnis terra. **R E S P.** Custodi me Domine vt pupillam oculi, sub vmbra alarum tuarũ protege me. **V E R S.** De vultu tuo iudicium meum prodeat: oculi tui videant æquitatem. **O F F.** Emitteret angelum Dominus in circuitu timentium eum, & eripiet eos. gustate & videte, quoniam suavis est Dominus. **V E R S. I.** Benedicam Domino in omni tempore, semper laus eius in ore meo. **V E R S. II.** In Domino laudabitur anima mea: audiant mansueti, & lætetur. magnificate Dominum mecum, & exaltemus nomen eius in inuicem. **V E R S. III.** Accedite ad eum, & illuminamini: & vultus vestri non erubescat: iste pauper clamauit, & Dominus exaudiuit eum, & ex omnibus tribulationibus eius liberauit eum. **C O M.** Panis quem ego dederõ, caro mea est, pro seculi vita. **P S A L.** vt suprã.]

FERIA SEXTA.

A N T I P H. De necessitatibus meis eripe me Domine, vide humilitatem meam & laborẽ meum, & dimitte omnia peccata mea. **P S A L.** Ad te Domine leuavi animam meam: Deus meus, in te confido, non erubescam. **R E S P.** Miserere mei Domine, quoniam infirmus sum, sana me Domine. **V E R S.** Conturbata sunt omnia ossa mea, & anima mea turbata est valdè. **O F F.** Benedic anima mea Domino, & noli obliuisci omnes retributiones eius, & renouabitur sicut aquilæ iuuentus tua. **V E R S. I.** Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis, & redimet de interitu vitam tuam, qui

qui coronat te in miseratione & misericordia. **VERS. II.** Misericors & misericors Dominus, patiens & multum misericors.
COM. Erubescant & conturbentur omnes inimici mei: auertantur retrorsum, & erubescant valde velociter. **PSAL. 6.**

SABBATO IN XII. LECT.

RESP. **ANTIPH.** Intret oratio mea in conspectu tuo: inclina aurem tuam ad precem meam Domine. **PSAL.** Domine Deus salutis meae, in die clamaui & nocte coram te. **RESP. I.** Protector nostrer adspice Deus, & respice super seruos tuos. **VERS.** Domine Deus virtutum, exaudi preces seruorum tuorum. **RESP. II.** Propitius esto. **VERS.** Adiuua. **RESP. III.** Dirigatur. **VERS.** Eleuatio. **RESP. IIII.** Salutem fac populum. **VERS. V.** Ad te Domine clamaui. **HYM.** Benedictus es Domine Deus patrum nostrorum, & laudab. siue, Benedictus es in firmamento caeli. **VERS.** Benedicite omnia opera Domini Domino, benedicite caeli Domino, benedicite angeli Domini Domino. **VERS.** Benedicite aquae quae super caelos sunt Domino, benedicite oes virtutes Domini Domino, benedicite sol & luna Domino. **VERS. B.** stelle caeli Dño, ben. imber & ros Domino, ben. omnis spiritus Dño. **VERS.** Ben. ignis & aestus Dño, ben. noctes & dies Dño, ben. tenebrae & lumē Dño. **VERS.** Ben. frigus & cauma Domino, ben. pruina & niues Dño, ben. fulgura & nubes Dño. **VERS.** Benedicat terra Dño, ben. montes & colles Dño, ben. omnia nascētia terre Dño. **VERS.** Ben. maria & flumina Dño, ben. fōtes Dño, ben. cete & oīa quae mouētur in aquis, Dño. **VERS.** Ben. volucres caeli Dño. ben. bestiae & vniuersa pecora Dño, ben. filij hominum Domino. **VERS.** Benedicat Israel Dñm, ben. sacerdotes Domini Domino. **VERS.** Ben. spiritus & animae iustorum Dño, ben. sancti & humiles corde Dño. **VERS.** Ben. Ananias, Azarias, Misael Dño. **VERS.** Hymnū dicētes. **TRACT.** Laudate Dñm oēs gentes, & cōlaudate eum.

te eum omnes populi. **VERS.** Quoniā cōfirmata est super nos misericordia eius, & veritas Dñi manet in aeternū. **OFF.** Dñe deus salutis meae, in die clamaui & nocte coram te. Intret oratio mea in conspectu tuo Domine. **VERS. I.** Inclina aurē tuam ad precem meam Domine. longē fecisti notos meos à me. clamaui ad te Domine, tota die expandi manus meas ad te. **VERS. II.** Et ego ad te Dñe clamaui, & manē oratio mea praeueniet te. Egens sum ego in laboribus à iuuentute mea. **VERS. III.** Factus sum sicut homo sine adiutorio inter mortuos liber, traditus sum, & non egrediebar. **COM.** Domine deus meus, in te speraui: libera me ab omnibus persequentibus me, & eripe me. **PSAL. ipf.**

DOMINICA VACAT.

[DOMINICA II. QVADRAG.

ANT. Reminiscere miserationū tuarū Dñe. **PSAL.** Ad te Domine leuaui. **TRACT.** De necessitatibus meis. **VERS.** Ad te Dñe. **VERS.** Etenim. **TR.** Dixit dñs mulieri Cananae, nō est bonum sumere panem filiorū, & mittere canibus ad manducandū. **VERS.** At illa dixit: Vtique Domine. nam & catelli edunt de micis, quae cadunt de mensa dominorum suorum. **VERS.** Ait illi Iesus: O mulier, magna est fides tua. fiat tibi sicut petisti. **OFF.** Meditabor. **COM.** Intellige clamorem.]

FERIA II.

ANTIPH. Redime me Domine, & miserere mei. pes enim meus stetit in via recta, in Ecclesijs benedicam Domino. **PSAL.** Iudica me Domine, quoniam ego in innocentia mea ingressus sum: & in Dominn sperans, non infirmabor. **RESP.** Adiutor meus & liberator meus esto Domine: nē tardaueris. **VERS.** Confundantur & reuereantur inimici mei, qui quærunt animam meam. **OFF.** Benedicam Domino qui mihi tribuit
 m 2 intel-

intellectum. prouidebam Deum in conspectu meo semper, quoniam à dextris est mihi, nè commouear. **VERS.** Conserua me Domine, quoniam in te speraui: ego dixi, Deus meus es tu: Dominus pars hæreditatis meæ. **VERS.** Notas fecisti mihi vias vitæ. adimplebis me lætitia cum vultu tuo, & delectationes in dextera tua vsque in finem. **COM.** Domine Dominus noster, quàm admirabile est nomen tuum in vniuersa terra. **PSAL.** ipse.

FERIA III.

ANTIPH. Tibi dixit cor meum, quæsiui vultum tuum: vultum tuum Domine requirã: nè auertas faciem tuam à me. **PSAL.** Dominus illuminatio mea & salus mea, quem timebo? **RESP.** Iacta cogitatú. **OFF.** Miserere * mihi Domine secundú magnã misericordiam tuam: dele Domine iniquitatem meam. **VERS. I.** Quoniam iniquitatem meam ego agnosco, & delictum meum coram me est semper. **VERS. II.** Tibi soli peccaui, & malum coram te feci: miserere meí, vt iustificeris Domine in sermonibus tuis. **COM.** Narrabo omnia mirabilia tua, lætabor & exultabo in te, psallam nomini tuo altissime. **PSAL.** Confitebor tibi Domine.

FERIA IIII.

ANTIPH. Nè derelinquas me Domine Deus meus, nè discedas à me. intende in adiutoriũ meum Domine, virtus salutis meę. **PSAL.** Domine, nè in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripas me. **RESP.** Saluum fac populum tuum Domine, & benedic hæreditati tuæ. **VERS.** Ad te, Domine, clamaui: Deus meus, nè fileas à me: & ero similis descendētibus in lacum. **OFF.** Ad te Domine leuaui. **COM.** Iustus Dominus, & iustitias dilexit: æquitatem vidit vultus eius. **PSAL. X.**

FERIA V.

[AN-

[**ANTIPH.** Deus, in adiutorium meum intende: Domine, ad adiuuandum me festina. Confundantur & reuereantur inimici mei, qui quærunt animam meam. **PSAL.** Auertantur retrorsum & reuereantur, qui volunt mihi mala. **RESP.** Propitius esto Domine peccatis nostris, nè quandò dicant gentes, vbi est Deus eorum? **VERS.** Adiuua nos Deus salutaris noster, & propter honorem nominis tui, Domine, libera nos. **OFF.** Precatus est Moyses in conspectu Domini Dei sui, & dixit: Precatus est Moyses in conspectu Domini Dei sui, & dixit: Quare, Domine, irasceris in populo tuo? parce iræ animi tui. Memento Abraham, Isaac & Iacob, quibus iurasti dare terram fluentem lac & mel, & placatus factus est Dominus de malignitate, quam dixit facere populo suo. **VERS.** Dixit Dominus ad Moysen: Inuenisti gratiam in conspectu meo, & scio te præ omnibus. & festinans Moyses, inclinauit se in terrã, & adorauit, dicēs: Scio quia misericors es in millibus, auferēs iniquitatem & peccata. **VERS.** Dixit Moyses & Aaron, dixit Moyses & Aaron ad omnem synagogam filiorum Israel: Accedite ante Deum. Maiestas Domini apparuit in nube, & exaudiuit murmurationem vestram in tempore. **COM.** Qui manducat carnem meam, & bibit sanguinem meum: in me manet, & ego in eo, dicit Dominus. **PSAL.** Deus, in adiutorium meũ intende.]

FERIA SEXTA.

ANTIPH. Ego autem cum iustitia apparebo in conspectu tuo: satiabor, dum manifestabitur gloria tua. **PSAL.** Exaudi Domine iustitiam meam: intende ad deprecationem meam. **RESP.** Ad Dominum, cum tribularer, clamaui: & exaudiuit me. **VERS.** Domine, libera animam meam à labijs iniquis, & à lingua dolosa. **OFF.** Domine, in auxilium meum respice: confundantur & reuereantur, qui quærunt animam meam vt auferant eam. **VERS. I.** Auertantur retrorsum & erubescant, qui cogitant mihi mala.

m 3 VERS.

VERS. II. Expectans expectaui Dominum, & respexit me, & exaudiuit deprecationem meam. COMM. Tu Domine seruabis nos, & custodies nos à generatione hac in æternum. PSAL. xj.

IN SABBATO.

ANTIPH. Lex Domini inreprehensibilis, cõuertens animas: testimonium Dei fidele, sapientiam præstans paruulis. PSAL. Cæli enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius annunciat firmamentum. RESP. Bonum est confiteri Domino, & psallere nomini tuo altissime. VERS. Ad annunciandum manè misericordiam tuam, & veritatem tuam per noctem. OFF. Inlumina oculos meos, nè quandò obdormiam in morte: nè quandò dicat inimicus meus, præualui aduersus eum. VERS. I. Vsq̃uequò Domine obliuisceris me in finem? quandiù ponam confilia in anima mea? VERS. II. Respice in me, & exaudi me: cantabo Domino qui bona tribuit mihi. COM. Oportet te, fili, gaudere: quia frater tuus mortuus fuerat, & reuixit: periërat, & inuentus est. PSAL. vt suprà.

DOMINICA III. QUADRAGESIMAE.

ANTIPH. Oculi mei semper ad Dominum, quia ipse euellet de laqueo pedes meos: respice in me, & miserere mei: quoniam vnicus & pauper sum ego. PSAL. Ad te, Domine, leuaui animam meam: Deus meus, in te confido, non erubescam. RESP. Exurge Domine, non præualeat homo: iudicentur gentes in conspectu tuo. VERS. In conuertendo inimicum meum retrorsum, infirmabuntur & peribunt à facie tua. TRACTVS: Ad te leuaui oculos meos, qui habitas in cælis. VERS. Eccè sicut oculi feruorum in manibus Dominorum suorum. VERS. Et sicut oculi ancillæ in manibus Dominæ suæ. VERS. Ità oculi nostri ad Dominum Deum nostrum, donèc misereatur nostri. VERS. Miserere nobis Domine, miserere nobis. OFF. Iustitię Domini rectæ,

recte, letificantes corda: & dulciora super mel & fauum. nam & feruus tuus custodiet ea. VERS. I. Præceptum Domini lucidum, illuminans oculos: timor Dei sanctus, permanens in seculum seculi: iudicia Domini vera. VERS. II. Et erunt vt complacent eloquia oris mei, & meditatio cordis mei in conspectu tuo semper. COM. Passer inuenit sibi domum, & turtur nidum, vbi reponat pullos suos. Altaria tua Domine virtutum: rex meus & Deus meus: Beati qui habitant in domo tua: in seculum seculi laudabunt te. PSAL. Quàm dilecta.

FERIA SECUNDA.

ANTIPH. In Deo laudabo verbum, in Domino laudabo sermonem, in Deo speraui: non timebo quid faciat mihi homo. PSAL. Miserere mei Deus, quoniam conculcauit me homo: tota die impugnans, tribulauit me. RESP. Deus, vitam meam nunciaui tibi: posuisti lachrymas meas in conspectu tuo. VERS. Miserere mihi Domine, quoniam conculcauit me homo: tota die bellans, tribulauit me. OFF. Exaudi Deus orationem meam, & nè despexeris deprecationem meam: intende in me, & exaudi me. VERS. I. Conturbatus sum à voce inimici, & à tribulatione peccatoris, & expectabam eum qui me saluum faceret. VERS. II. Ego autem ad Deum clamaui, libera animam meam: & extends manum tuam in retribuendo illis. COM. Et dabit ex Sion salutare Israel: cum auerterit Dominus captiuitatem plebis suæ, exultabit Iacob, & lætabitur Israel. PSAL. liij.

FERIA TERTIA.

ANTIPH. Ego clamaui, quoniam exaudisti me Deus: inclina aurem tuam, & exaudi verba mea. custodi me Domine vt pupillam oculi: sub vmbra alarum tuarum protege me. PSAL. Exaudi Domine iustitiã meam, intende deprecationem meam. RESP. Ab occultis meis munda me Domine, & ab alienis parce seruo tuo. VERS. Si mei nõ fuerint dnati, tunc immaculatus ero, & emundabor à deli-

delicto maximo. OFF. Dextera Domini fecit virtutem.
 VERS. I. In tribulatione inuocavi Dominum. VERS. II. Impulsus. COMM. Domine, quis habitabit in tabernaculo tuo, aut quis requiescet in monte sancto tuo? qui ingreditur sine macula, & operatur iustitiam. PSAL. 14.

FERIA QVARTA.

ANTIPH. Ego autem in Domino speravi: exultabo & labor in tua misericordia, quia respexisti humilitatem meam.
 PSAL. In te Domine speravi, non confundar in æternum: in iustitia tua libera me. RESP. Misere mihi Domine: quoniam infirmus sum, sana me Domine. VERS. Conturbata sunt oïa ossa mea, & anima mea turbata est valdè. OFF. Domine, fac mecum misericordiam tuam propter nomen tuum, quia suavis est misericordia tua. VERS. I. Deus, laudem meam nè tacueris, quia os peccatoris & dolosi super me apertum est. VERS. II. Pro eo vt diligerent me, detrahebant mihi, ego autem orabam. VER. III. Locuti sunt aduersum me lingua dolosa, & sermonibus odij circudecerunt me, & expugnauerunt me gratis. COMM. Notas mihi fecisti vias vitæ. adimplebis me lætitia cum vultu tuo Domine. PSALM. xij.

FERIA QVINTA.

[ANTIPH. Salus populi ego sum, dicit Dominus. De quacunque tribulatione clamauerint ad me, exaudiam eos: & ero illorum Dominus in perpetuum. PSAL. *Adtendite populus meus legem meam, inclinate aurem vestram in verba oris mei. RESP. Oculi omnium in te sperant Domine, & tu das illis escam in tempore oportuno. VERS. Aperis tu manum tuam, & implebis omne animal benedictione. OFF. Si ambulauero in medio tribulationis, viuificabis me Domine, & super iram inimicorum meo-

meorum extendes manum tuam: & saluum me fecit dextera tua.
 VERS. I. In quacunque die inuocauero te, exaudi me Domine: multiplicabis in anima mea virtutem tuam. VERS. II. Adorabo ad templum sanctum tuum, & confitebor nomini tuo Domine, super misericordiam tuam & veritatem tuam. COMM. Tu mandasti mandata tua custodiri nimis. Vtinam dirigantur viæ meæ ad custodiendas iustificationes tuas. PSAL. Beati immaculati.]

FERIA SEXTA.

ANTIPH. Fac mecum Domine signum in bonum: vt videant qui me oderunt, & confundantur, quoniam tu Domine adiuisisti me, & consolatus es me. PSAL. Inclina Domine aurem tuam, & exaudi me, quoniam inops & pauper sum ego. RESP. In Deo sperauit cor meum, & adiutus sum: & re floruit caro mea, & ex voluntate mea confitebor illi. VERS. Ad te Domine clamaui: Deus meus, nè sileas, nè discedas à me. OFF. Intende voci orationis meæ, rex meus & Deus meus: quoniam ad te orabo Domine. VERS. I. Verba mea auribus percipe Domine: intellige clamorem meum, & exaudi me. VERS. II. Dirige in conspectu tuo viam meam, & lætentur omnes qui sperant in te Domine: in æternum gloriabuntur, qui diligunt nomen tuum Domine. COMM. Qui biberit aquam quam ego dabo ei, dicit Dominus, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam. PSAL. vt supra.

SABBATO.

ANTIPH. Verba mea auribus percipe Domine, intellige clamorem meum, intende voci orationis meæ. PSAL. Quoniam ad te orabo Domine, manè exaudies vocem meam. RESP. Si ambulem in medio vmbre mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es Domine. VERS. Virga tua & baculus tuus, ipsa me consolata sunt. OFF. Gressus meos dirige secundum eloquium tuum, vt non dominetur omnis iniustitia Domine. VERS. I. De-

n cla-

claratio sermonum tuorum illuminat, & intellectum dat paruulis. **VER S. II.** Cognoui Domine, quia æquitas iudicia tua: & in veritate tua humiliasti me, vt non dominetur omnis iniustitia Domine. **COM.** Nemo te condemnauit, mulier? nemo, Domine, Nec ego te condemnabo. iam amplius noli peccare. **PSALM.** vt suprâ.

DOMINICA III. QVADR.

ANTIPH. Lætare Ierusalem, & conuentum facite omnes qui diligitis eam: gaudete cum lætitia, qui in tristitia fuistis, vt exultetis & fatiemini ab vberibus consolationis vestræ. **PSAL.** Lætatus sum in his quæ dicta sunt mihi, in domum Dñi ibimus. **RESP.** Lætatus sum in his quæ dicta sunt mihi, in domum Domini ibimus. **VER S.** Fiat pax in virtute tua, & abundantia in turribus tuis. **TRACTVS:** Qui confidunt in Domino sicut mons Sion, nõ commouebitur in æternum, qui habitat in Ierusalem. **VER S.** Montes in circuitu eius, & Dñs in circuitu populi sui, ex hoc nunc & vsque in seculum. **OFF.** Laudate Dominum, quia benignus est dominus: psallite nomini eius, quoniam suauis est: omnia quæcunque voluit, fecit in celo & in terra. **VER S. I.** Qui stas in domo domini, in atrijs domus Dei nostri: quia ego cognoui quod magnus est dominus, & Deus noster præ omnibus dijs. **VER S. II.** Domine, nomen tuum in æternum, & memoriale tuum in secula seculorum. Iudicabit Dñs populum suum, & in seruis suis consolabitur. **VER S. III.** Qui timetis Dominum, benedicite eum. Benedictus Dominus ex Sion, qui habitat in Ierusalem. **COM.** Hierusalem quæ ædificatur vt ciuitas, cui participatio eius in id ipsum: illuc enim ascenderunt tribus, tribus Domini, ad confitendum: nomini tuo Domine. **PSAL.** Lætatus sum.

FERIA SECVND A.

ANTIPH. Deus, in nomine tuo saluum me fac, & in virtute tua iudica me. Deus, exaudi orationem meam. **PSALM.** Ecce enim

enim Deus. [Auerte mala inimicis meis, & in veritate tua disperde illos.] **RESP.** Esto mihi in Deum protectorem & in locum refugij, vt saluum me facias. **VER S.** Deus, in te speraui: Domine, non confundar in æternum. **RESP.** Iubilare Deo omnis terra. **COM.** Ab occultis meis munda me Domine, & ab alienis parce seruo tuo. **PSALM.** xvij.

FERIA TERTIA.

ANTIPH. Exaudi deus orationem meam, & nõ despexeris deprecationem meam: intende in me, & exaudi me. **PSALM.** Contristatus sum in exercitatione mea, & conturbatus sum à voce inimici. **RESP.** Exurge Domine, ser opem nobis, & libera nos propter nomen tuum. **VER S.** Deus, auribus nostris audiuius: patres nostri annunciauerunt nobis: opus quod operatus es in diebus eorum, in diebus antiquis. **OFF.** Expectas expectaui Dominum, & respexit me, & exaudiuit deprecationem meam: & immisit in os meum canticum nouum, hymnum Deo nostro. **VER S. I.** Statuit supra petram pedes meos, & direxit gressus meos. **VER S. II.** Multa fecisti tu Deus meus mirabilia tua: & cogitationibus tuis non est * qui similis tibi, benè nunciaui iustitiam tuam in ecclesia * quis magna. **VER S. III.** Domine Deus, tu cognouisti iustitiam tuam, non abscondi in corde meo veritatem tuam, & salutare tuum dixi: Adiutor meus Domine, & protector meus. **COM.** Lætabimur in salutari tuo, & in nomine Domini Dei nostri magnificabimur. **PSAL.** xviiij.

FERIA QVARTA.

ANTIPH. Dum sanctificatus fuero in vobis, congregabo vos de vniuersis terris: & effundam super vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris, & dabo vobis spiritum nouum. **PSAL.** Benedicam Dñm in omni tempore, semper laus eius in ore meo. * **RESP.** Venite filij, audite me: timorem Dñi docebo vos. **VER S.** Accedite ad eum, & illuminamini: & facies vestræ

* quis

* Citat hęc respõ. soria A. mal. lib. 1, cap. 8.

vestra non confundentur. **R E S P.** Beata gens, cuius est Dominus Deus eorum : populus quem elegit Dominus in hæreditatem sibi. **V E R S.** Verbo Domini cæli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum. **O F F.** Benedicite gentes Dominum Deum nostrum, & obaudite voci laudis eius. qui posuit animam meam ad vitam, & non dedit commoueri pedes meos. Benedictus Dominus, qui non amouit deprecationem meam, & misericordiam suam à me. **V E R S. I.** Iubilate Deo omnis terra. Psalmum dicite nomini eius, date gloriam laudi eius. **V E R S. II.** In multitudinem virtutis tuæ mentientur tibi inimici tui: omnis terra adoret te, & psallat tibi altissime. **V E R S. III.** Venite, & videte opera Domini, quàm terribilis in consilijs super filios hominum. Ad ipsum ore meo clamaui, & exultaui sub lingua mea. Propterea exaudiuit me Deus, & intendit voci orationis meæ. **C O M.** Lutum fecit ex sputo Dominus, & liniuit oculos meos & abij, & laui, & vidi, & credidi Deo. **P S A L.** vt supra.

FERIA QUINTA.

[**A N T I P H.** Lætetur cor quærentium Dominum : quærite Dominum, & confirmamini : quærite faciem eius semper. **P S A L.** Confitemini Domino, & inuocate nomen eius: annunciate inter gentes opera eius. **R E S P.** Respice Domine in testamentum tuum, & animas pauperum tuorum nè obliuiscaris in finem. **V E R S.** Exurge Domine, iudica causam tuam: memor esto opprobrij seruatorum tuorum. **O F F.** Domine, ad adiuuandum me respice: confundantur & reuereantur, qui quærun animam meam, vt auferant eam. **V E R S.** Auertantur retrorsùm & erubescant, qui cogitant mihi mala. **V E R S.** Expectans expectaui Dominum, & respexit me, & exaudiuit deprecationem meam. **C O M.** Domine, memorabor iustitiæ tuæ solius. Deus, docuisti me à iuuentute mea: & vsq; in senectâ & senium Deus nè derelinquas me. **P S A L.** In te Domine speraui.]

FE.

FERIA VI.


A N T I P H. Meditatio cordis mei in conspectu tuo semper, Domine adiutor meus & redemptor meus. **P S A L.** Cæli enarrât gloriam Dei, & opera manuum eius annunciat firmamentum. **R E S P.** Bonum est confidere in Domino, quàm confidere in homine. Bonum est sperare in Domino, quàm sperare in principibus. **V E R S.** Ad adnunciandum manè misericordiam tuam, & veritatem tuam per noctem. **O F F.** Populum humilem saluum facies Domine, & oculos superbiorum humiliabis. quoniam quis Deus præter te Domine? **V E R S. I.** Clamor meus in conspectu eius, introiuit in aures eius. **V E R S. II.** Liberator meus de gentibus iracundis, ab insurgentibus in me exaltabis me. **C O M.** Videns Dominus fientes forores Lazari ad monumētum, lachrymatu est coram Iudæis. exclamabat: Lazare, veni foràs, & prodijt ligatis manibus & pedibus, qui fuerat quatruiduanus mortuus. **P S A L.** XXI.

IN SABBATO.

A N T I P H. Sities, venite ad aquas, dicit Dominus: & qui nõ habetis precium, venite: bibite cum lætitia. **P S A L.** Adtendite populus meus legem meam: inclinate aurem vestram in verba oris mei. **R E S P.** Tibi Domine derelictus est pauper. pupillo tu eris adiutor. **V E R S.** Vt quid Domine recessisti longè, despicias in oportunitatibus in tribulatione? dum superbit impius, incenditur pauper. **O F F.** Factus est Dominus firmamentum meum, & refugium meum, & liberator meus: sperabo in eum. **V E R S.** Persequar inimicos meos, & compræhendam illos: & non conuertar, donè deficiant. **V E R S. II.** Et præcinxisti me fortitudine ad bellum, & supplantasti inimicos meos subtus me. & inimicorum meorum dedisti mihi dorsum, & odientes me disperdidisti. **C O M.** Dominus regit me, & nihil mihi deerit: in loco pascuæ ibi me collocauit. super aquam refectionis educauit me. **P S A L.** ips.

n 3

DO-



DOMINICA V. QVADR.

ANTIPH. Iudica me Deus, & discerne causam meam de gente non sancta: ab homine iniquo & doloso eripe me: quia tu es Deus meus, & fortitudo mea. PSAL. Emitte lucem tuam & veritatem tuam, ipsa me deduxerunt & adduxerunt in montem sanctum tuum, & in tabernacula tua. RESP. Eripe me Domine de inimicis meis: doce me facere voluntatem tuam. VERS. Liberator meus Domine de gentibus iracundis: ab insurgentibus in me exaltabis me, à viro iniquo eripies me. TRACT. Sæpè expugnauerunt me à iuuentute mea. VERS. Dicat nunc Israel, sæpè expugnauerunt me à iuuentute mea. VERS. Etenim non potuerunt mihi supra dorsum meum fabricauerunt peccatores. VERS. Prolongauerunt iniquitatem sibi: Dominus iustus concidet ceruices peccatorum. OFF. Confitebor tibi Domine in toto corde meo. retribue seruo tuo viam, & custodiam sermones tuos. viuifica me secundum verbum tuum Domine. VERS. I. Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini. Beati qui scrutantur testimonia eius, in toto corde exquirunt eum. VERS. II. Viam veritatis elegi. da mihi intellectum, & scrutabor legem tuam, & custodiam illam in toto corde meo. Inclina cor meum in testimonia tua, & nō in auaritiā. In via tua viuifica me. iudicia enim tua iucunda. Deprecatus sum vultum tuum in toto corde meo, quia dilexi legem tuam. COM. Hoc corpus quod pro vobis traditur: Hic calix noui testamenti est in meo sanguine, dicit Dominus. Hoc facite, quotiescunquē sumitis, in meam commemorationem. PSAL. vt suprā.

FERIA II.

ANTIPH. Miserere mihi Domine, quoniam conculcauit me homo: tota die bellans tribulauit me. PSAL. Conculcauerunt me inimici mei tota die, quoniam multi bellantes aduersum me. RESP.

RESP. Deus, exaudi orationem meam, auribus percipe verba oris mei. VERS. Deus, in nomine tuo saluum me fac, & in virtute tua iudica me. OFF. Domine conuertere, & eripe animam meam. saluum me fac propter misericordiam tuam. VERS. I. Domine, nē in ira tua arguas me, neque in furore tuo corripias me. VERS. II. Miserere mihi Domine, quoniam infirmus sum: sana me Domine, quoniam conturbata sunt omnia ossa mea. COM. Dominus virtutum, ipse est rex gloriæ. PSAL. ipse.

FERIA III.

ANTIPH. Expecta Dominum, viriliter age, & confortetur cor tuum, & sustine Dominum. PSAL. Dominus illuminatio mea & salus mea. quem timebo? RESP. Discerne causam meam Domine: ab homine iniquo & doloso eripe me. VERS. Emitte lucem tuam & veritatem tuam, ipsa me deduxerunt & adduxerunt in montem sanctum tuum. OFF. Sperent in te omnes qui nouerunt nomen tuum Domine, quoniam non derelinquis quærentes te. psallite Domino qui habitat in Sion: quoniam non est oblitus orationem pauperum. VERS. I. Sedes super thronum qui iudicas æquitatem. increpasti gentes, & perijt impius. iudicare populum cum iustitia, & factus es refugium pauperum. VERS. II. Cognoscetur Dominus iudicia faciens, quoniam patientia pauperum non peribit in finem: desiderium pauperum exaudiuit Deus. COM. Redime me Deus Israel ex omnibus angustijs meis. PSAL.

FERIA IIII.

ANT. Liberator meus de gentibus iracundis: ab insurgentibus in me, exaltabis me: à viro iniquo eripies me Domine. PSAL. Diligam te Domine virtus mea. Dominus firmamentum meum & refugium meum. RESP. Exaltabo te Domine, quoniam susce-

fufcepifti me, nec delectafti inimicos meos fuper me. **V E R S.** Domine Deus meus, clamaui ad te, & fanâfti mc. Domine, abft-
traxifti ab inferis animam meam: faluâfti me à descendantibus
in lacum. **O F F.** Eripe me de inimicis meis Deus meus, & ab
infurgentibus in me libera me Domine. **V E R S. I.** Quia eccè
captauerunt animam meam, & irruerunt fortes in me. **V E R S. II.**
Quia factus es adiutor meus, & refugium meum in die tribula-
tionis meæ. **C O M.** Lauabo inter innocentes manus meas, & cir-
cuibo altare tuum Domine: vt audiam vocem laudis tuæ, vt enar-
rem vniuerfa mirabilia tua. **P S A L. 25.**

FERIA V.

[**A N T I P H.** Omnia quæ fecifti nobis Domine, in vero iudicio
fecifti, quia peccauimus tibi, & mandatis tuis non obediuimus. fed
da gloriam nomini tuo, & fac nobiscum fecundùm multitudinem
mifericordiæ tuæ. **P S A L.** Magnus Dominus & laudabilis ni-
mîs in ciuitate Dei noftri, in monte fancto eius. **R E S P.** Tollite
hoftias, & introite in atria eius: adorate Dominum in aula fancta
eius. **V E R S.** * Reuelabit Dominus condensa, & in templo eius
omnes dicent gloriam. **O F F.** Super flumina Babylonis illic fe-
dimus & fleuimus, dum recordaremur tuî Sion. **V E R S. I.** In fa-
licibus in medio eius fuspendimus organa nofta: quoniam illic
interrogauerunt nos, qui captiuos duxerunt nos, verba cantionum:
& qui abduxerunt nos, hymnum cantate nobis de canticis Sion:
quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena? **V E R S.**
II. Si oblitus fuero tuî Hierufalem, obliuifcatur me dextera mea:
adhæreat lingua mea faucibus meis, fi tuî non meminero. Qui di-
xerunt, fuper flumina Babylonis. **V E R S. III.** Memento Do-
mine filiorum Edom in die Hierufalem. Qui dixerunt. **C O M.**
Memento verbi tui feruo tuo Dñe, in quo mihi fperam dedifti. Hęc
me confolata eft in humilitate mea. **P S A L.** Beati immaculati.]

FE-

FERIA VI.

A N T I P H. Miferere mihi Domine, quoniam tribulor: libera
me, & eripe me de manibus inimicorum meorum, & à perfequen-
tibus me. Domine, non confundar, quoniam inuocaui te. **P S A L.**
In te Domine fperavi, non confundar in æternum: in iuftitia tua
libera me. **R E S P.** Pacificè loquebantur mihi inimici mei, & in
ira molefti erant mihi. **V E R S.** Vidifti Domine Deus meus: nè
fileas, nè difcedas à me. **O F F.** Benedictus es Domine, doce me iu-
ftificationes tuas. & non tradas calumniantibus me fuperbis, & re-
fpondebo exprobrantibus mihi verbum. **V E R S. I.** Vidi non
feruantes pactum, & tabefcebam: Domine, quandò facies de perfe-
quentibus me iudicium? **V E R S.** Appropinquauerunt perfequē-
tes me iniquitati: confundantur & reuereantur, quia iniufte ini-
quitatem fecerunt in me. **C O M.** Nè tradideris me Domine in
animas tribulantium me, quia infurrexerunt in me testes iniqui, &
mentita eft iniquitas fibi. **P S A L. 26.**

SABBATVM VACAT.

DOMINICA IN PAL-
MIS.

A N T I P H. Domine, nè longè facias auxilium tuum
à me, ad defenfionem meam adfpice. libera me de ore leo-
nis, & à cornibus vnicornubrum humilitatem meam. * **P S A L.** * **P S.** 21.
Deus, Deus meus, respice in me: quare me dereliquifti? **R E S P.** ad **R E S P.**
Tenuifti manum dexteram meam: in voluntate tua deduxifti
me, & cum gloria affumpifti me. **V E R S.** Quàm bonus, Israel,
Deus rectis corde? mei autem penè moti funt pedes, penè effufi
funt gressus mei. Quia zelauit in peccatoribus, pacem peccatorum
videns. **T R A C T V S:** Deus, Deus meus, respice in me, quare me
dereliquifti? **V E R S.** Longè à falute mea verba delictorū meorū.

O V E R S.

Ita prætitulari hanc
feriã in Antiphõ. te-
ftatur Amal. l. i. c. 8.Antiphõ. ad procef-
fionem vide in Ord.
Rom. pag. 46. 47.
& 48. & apud Alcuï,
pag. 53.* **P S.** 21.
ad **R E S P.**
diuiferūt.

V E R S. Deus meus, clamabo per diem, nec exaudies: & nocte, & non ad insipientiam mihi. **V E R S.** Tu autem in sancto habitas laus Israel. In te sperauerunt patres nostri: sperauerunt, & liberaſti eos. **V E R S.** Ad te clamauerunt, & salui facti sunt: in te sperauerunt, & non sunt confusi. **V E R S.** Ego autem sum vermis, & non homo: obprobrium hominum, & abiectio plebis. **V E R S.** Omnes qui videbant me, aspernabantur me: locuti sunt labijs, & mouerunt caput. **V E R S.** Sperauit in Domino, eripiat eum: saluum faciat eum, quoniam vult eum. **V E R S.** Ipsi verò considerauerunt & conspexerunt me. diuiserunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserunt fortè. **V E R S.** Libera me de ore leonis, & à cornibus vnicornuorum humilitatè meam. **V E R S.** Qui timetis Dñm, laudate eum: vniuersum semè Iacob, magnificate eum. **V E R S.** Annunciabitur Dño generatio ventura, & annunciant celi iustitià eius. **V E R S.** Populo qui nascetur, quem fecit Dominus. **OFF.** Inproperium expectauit cor meum & miseriam: & sustinui qui simul contristaretur, & non fuit: consolantem me quaesui, & non inueni: & dederunt in escam meam fel, & in siti mea potauerunt me aceto. **V E R S. I.** Saluum me fac Deus, quoniam intrauerunt aquæ vsq; ad animam meam. **V E R S. II.** Aduersum me exercebantur, qui sedebant in porta: & in me psallebant, qui bibebant vinum. **V E R S. III.** Ego verò orationem meam ad te Domine: tempus beneplaciti, Deus, in multitudine misericordiae tuae. **COM.** Pater, si non potest hic calix transire, nisi bibam illum, fiat voluntas tua. **P S A L.** vt suprà.

FERIA II.

ANT. Iudica Domine nocentes me, expugna impugnantes me: apprehende arma & scutum, & exurge in adiutorium meum Domine, virtus salutis meae. **P S A L.** Effunde frameam, & còclude aduersus eos qui persequuntur me. **R E S P.** Exurge Domine, & intende iudicium meum, Deus meus & Dominus meus, in causam meam.

meam. **V E R S.** Effunde frameam, & còclude qui me persequuntur. **OFF.** Eripe me de inimicis meis, domine, ad te còfugi: doce me facere voluntatem tuam, quia Deus meus es tu. **V E R S.** Exaudi me in tua iustitia, & nè intres in iudicium cum seruo tuo Domine. **AD COM.** Erubescant & reuerentur simul, qui gratulantur malis meis: induantur pudore & reuerentia, qui maligna loquuntur super me. **P S A L.** 34.

FERIA III.

ANTIPH. Nos autem gloriari oportet in cruce Domini nostri Iesu Christi, in quo est salus, vita & resurrectio nostra: per què saluati & liberati sumus. **P S A L.** Deus misereatur nostri, & benedicat nobis: illuminet vultum suum super nos, & misereatur nostri. **R E S P.** Ego autè, dum mihi molesti essent, induebar cilicio: & humiliabam in ieiunio animam meam, & oratio mea in sinum meum conuertetur. **V E R S.** Iudica Domine nocentes me, expugna impugnantes me, apprehende arma & scutum, & exurge in adiutorium mihi. **OFF.** Custodi me Domine de manu peccatoris, & ab hominibus iniquis eripe me Domine. **V E R S. I.** Eripe me Domine ab homine malo, à viro iniquo libera me. **V E R S. II.** Qui cogitauerunt supplantare gressus meos, absconderunt superbi laqueum mihi. **V E R S. III.** Dixi Domino, Deus meus es tu: exaudi Domine vocem deprecationis meae. **COM.** Aduersum me exercebantur, qui sedebant in porta: & in me psallebant, qui bibebant vinum. ego verò orationem meam ad te Domine: tempus beneplaciti, Deus, in multitudine misericordiae tuae. **P S A L.** 73.

FERIA IIII.

ANTIPH. In nomine Domini omne genu flectatur caelestium, terrestrium, & infernorum: quia Dominus factus obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis, ideo Dominus Iesus Christus in gloria

Ord. Ro. man. pag. 49. & sequentium etiam officiorum pariginis sequentibus. Item apud Alcuu. pa. 54. & sequent. & Amal. l. i. c. 11. & sequent.

gloria est Dei patris. **PSAL.** Domine, exaudi orationem meam, & clamor meus ad te veniat. **RESP.** Nè auertas faciem tuam à puero tuo, quoniam tribulor, velociter exaudi me. **VERS.** Saluum me fac Deus, quoniam intrauerunt aquæ usque ad animam meam: infixus sum in limo profundi, & non est substantia. **RESP.** Domine, exaudi orationem meam, & clamor meus ad te veniat. **VERS.** Nè auertas faciem tuam à me: in quacunq; die tribulor, inclina ad me aurem tuam. **VERS.** In quacunq; die inuocauero te, velociter exaudi me. **VERS.** Quia defecerunt sicut fumus dies mei, & ossa mea sicut in fritorio confixa sunt. **VERS.** Percussus sum sicut fœnũ, & aruit cor meum, quia oblitus sum manducare panem meum. **VERS.** Tu exurgens Domine misereberis Sion, quia venit tempus miserendi eius. **OFF.** Domine, exaudi orationem meam, & clamor meus ad te perueniat. **VERS. I.** Nè auertas faciem tuam, nè auertas faciem tuam à me. **VERS. II.** Quia oblitus sum manducare panem meum. **VERS. III.** Tu exurgens misereberis Sion, quia tempus miserendi eius, quia venit tempus. **COM.** Potum meum cum fletu temperabam, quia eleuans adliffisti me, & ego sicut fœnum arui, tu autem Domine in æternum permanes, tu exurgens misereberis Sion, quia venit tempus miserendi eius. **PSAL. 101.**

FERIA V. DE COENA DOM.

ANT. Nos autem gloriari oportet in cruce Domini nostri Iesu Christi, in quo est salus, vita, & resurrectio nostra: per quem saluati & liberati sumus, **PSAL.** Cantate Domino. **RESP.** Christus factus est pro nobis obediens usque ad mortem, mortem autem crucis. **VERS.** Propter quod & Deus exaltauit illum, & dedit illi nomen quod est super omne nomen. **OFF.** Dextera Domini fecit virtutem, dextera Domini exaltauit me, non moriar, sed viuam, & narrabo opera Domini. **VERS. I.** In tribulatione mea inuocaui Dominum, & exaudiuit me in latitudine Domini. **VERS. II.** Impulsus, euersus sum ut caderem, & Do-

& Dominus suscepit me. **COM.** Dominus Iesus postquam cenauit cum discipulis suis, lauit pedes eorum, & ait illis: Scitis quid fecerim vobis? Ego Dominus & magister, exemplum dedi vobis, ut & vos ita faciatis. **PSAL.** Beati immaculati.

FERIA SEXTA IN PARASCEVE.

ANTIPH. Domine, audiui auditum tuum, & timui: consideravi opera tua, & expaui. **VERS. I.** In medio duorum animalium innotesceris: dum adpropinquauerint anni, cognosceris: dum aduenerit tempus, ostenderis. **VERS. II.** Operuit caelos Maiestas eius, & laudis eius plena est terra. **VERS. III.** Deus à Libano veniet, & sanctus de monte umbrato & condenso. **VERS. IIII.** In eo dum conturbata fuerit anima mea, in ira misericordiae memoreris. **TRACTVS:** Eripe me Domine ab homine malo, à viro iniquo libera me. **VERS.** Qui cogitauerunt malitias in corde, tota die constituebant praelia. **VERS.** Acuerunt linguas suas sicut serpentes: venenum aspidum sub labijs eorum. **VERS.** Custodi me Domine de manu peccatoris, & ab hominibus iniquis libera me. **VERS.** Qui cogitauerunt supplantare gressus meos, absconderunt superbi laqueos mihi. **VER.** Et funes extenderunt in laqueum pedibus meis, iuxta iter scandalum posuerunt mihi. **VERS.** Dixi Domino, Deus meus es tu: exaudi Domine vocem orationis meae. **VERS.** Domine, Domine, virtus salutis meae, obumbra caput meum in die belli. **VERS.** Nè tradas me à desiderio meo peccatori: cogitauerunt aduersum me, nè derelinquas me, nè unquam exaltentur. **VERS.** Caput circuitus eorum, labor laborum ipsorum operiet eos. **VERS.** Veruntamen iusti confitebuntur nomini tuo, & habitabunt recti cum vultu tuo.

* Tractus desiderabatur in Bland. cod. hunc verò habebat Ultraiecht. cod. sed more Romano primitum cantari solitum Tract. Qui habitat, ut supra in die Palmarum, patet ex Ord. R. p. 66. & Alcuino p. 58. qui addit: Tractum hunc, Eripe me, nuper rimè fuisse compilatum. Item ex Amal. lib. 1. c. 13. ac libr. 4. cap. 34.

ANT. AD CRUCEM ADORANDAM.

Antiphonas has reperire est etiã in Ordine Romano, pa. 65, & 66. Mentio etiã harũ fit & ad orãde crucis, apud Alcuinũ de diuin. offic. p. 57. & sequ. & Amalar. de Eccl. offic. lib. 1. cap. 14.

* proditoris

Crucem tuam adoramus Domine, & sanctam resurrectionem tuam laudamus & glorificamus: ecce enim propter crucem venit gaudium in vniuerso mundo. **PSAL.** Deus misereatur nostri.

ANTIPH. Ecce lignum crucis, in quo salus mundi pependit.

Venite, adoremus. **PSAL.** Beati immaculati in via. **ANTIP.**

Dum fabricator mundi mortis supplicium pateretur in cruce, clamans voce magna, tradidit spiritum: & ecce velum templi diuisum est, monumenta aperta sunt: terrã motus enim factus est magnus, quia mortem filij Dei clamabat mundus se sustinere non posse.

VERS. Aperto ergo militis lancea latere crucifixi Domini, exiuit sanguis & aqua in redemptionem salutis nostræ. **VERS.** O admirabile precium, cuius pondere captiuitas redempta est mundi,

tartarea confracta sunt claustra inferni, aperta est nobis ianua regni. Pange lingua gloriosi prelium certaminis: & super crucis trophæo dic triumphũ nobilem, qualiter redemptor orbis immolatus vicerit. **VERS.** De parentis protoplasti fraude factor condolens, quando pomi noxialis morsu in mortem corruit, ipse lignum tunc notauit, damna ligni vt solueret. **VERS.** Hoc opus nostræ salutis ordo depoposcerat, multiformis * proditoris ars vt artem falleret, & medelam ferret inde hostis, vnde læserat. **VERS.**

Quando venit ergo sacri plenitudo temporis, missus est ab arce patris, natus orbis conditor, atq; ventre virginali, homo factus, prodijt. **VERS.** Vagit infans, inter arcta conditus præsepia: membra pannis inuoluta virgo mater alligat, & pedes manusque: cura stricta cingit fascia. **VERS.** Lustra sex qui iam peracta, tempus implens corporis, se volente natus ad hoc, passioni deditus agnus, in crucis leuatur immolandus stipite. **VERS.** Hic acetum, fel, arundo, sputa, clauis, lancea: mite corpus perforatur, sanguis, vnda profluit, terra, pontus, astra, mundus, quo lauatur flumine. **VER.**

Flecte ramos arbor alta, densa laxa viscera: & rigor lentescat ille, quem

quem dedit natiuitas, vt superni membra regis, * sint mittenda stipite. **VERS.** Sola digna tu fuisti ferre precium seculi, atque portum preparare nauem mundo naufrago, quem sacer cruor perunxit fufus agni corpore. **VERS.** Gloria & honor Deo vsquequã altissimo, vnã patri, filioq; cum in clyto paraclito, cui laus est & potestas per æterna secula.

CANTICA IN SABBATO SANCTO.

(1) Cantemus Domino: gloriose enim honorificatus est, equum & affcensorem protecit in mare adiutor & protector factus est mihi in salutem. Hic Deus meus, & honorificabo eum: Deus patris mei, & exaltabo eum: Dominus conteres bella. Dominus nomen eius, & exaltabo eum: Dominus conteres bella. Dominus nomen eius, cãtica nominatum ab Ord. Rom. pa. 73. Alcuino pa. 62. & 63. & Amalar. 11. 1. ca. 18.

(2) [Vinẽa facta est dilecto in cornu in loco vberi, & maceria circumdedi, & circumfodi: & plãtaui vineam foreth, & edificauit turrẽ in medio eius, & torcular fodi in eam: vinea enim Dñi sabaoth, domus Israel est.] **PSAL.** 41.

(3) [Ad te cælum, & loquar, & audiat terra verba ex ore meo: expectetur sicut pluita eloquium meum, & descendant sicut ros verba mea, & sicut nix super foenum, sicut imber super gramina, quia nomen Domini inuocauit: date magnitudinem Deo nostro, Deus vera opera eius, & omnes viæ eius iudicia. Deus fidelis in quo non est iniquitas, iustus & sanctus Dñs.] **VERS.** De parentis protoplasti fraude factor condolens, quando pomi noxialis morsu in mortem corruit, ipse lignum tunc notauit, damna ligni vt solueret. **VERS.** Hoc opus nostræ salutis ordo depoposcerat, multiformis * proditoris ars vt artem falleret, & medelam ferret inde hostis, vnde læserat. **VERS.** Quando venit ergo sacri plenitudo temporis, missus est ab arce patris, natus orbis conditor, atq; ventre virginali, homo factus, prodijt. **VERS.** Vagit infans, inter arcta conditus præsepia: membra pannis inuoluta virgo mater alligat, & pedes manusque: cura stricta cingit fascia. **VERS.** Lustra sex qui iam peracta, tempus implens corporis, se volente natus ad hoc, passioni deditus agnus, in crucis leuatur immolandus stipite. **VERS.** Hic acetum, fel, arundo, sputa, clauis, lancea: mite corpus perforatur, sanguis, vnda profluit, terra, pontus, astra, mundus, quo lauatur flumine. **VER.**

(4) [Sicut ceruus desiderat ad fontes aquarũ, ita desiderat anima mea ad te Deus. Sitiuit anima mea ad Deũ viuũ, quando veniam & apparebo ante faciẽ Dei mei? Fuerunt mihi lachrymę meę panis die ac nocte, dũ dicitur mihi per singulos dies, vbi est Deus tuus?]

MISSA IN SABBATO SANCTO.

Gloria in excelsis Deo.

Confitemini dño quoniã bonus, quoniã in seculũ misericordia eius. **TR.** Laudate dñm oēs gẽtes, & cõlaudate eũ oēs populi, quoniã cõfirmata est super nos misericordia ei, & veritas dñi manet in æternũ. Non cantatur nec Off. nec Agnus Dei, nec Communio: sed omnibus explẽtis, dicitur: Ite, Missa est.

DO.

Vide Or. Rõ. p. 77.

DOMINICA PASCHAE AD S.

MARIAM.

Fit huius

officij me-
tio in Or.
Rom. pa.
78. apud
Alc. p. 63.
& Amal.
lib. i. c. 34.

ANTIPHON. Resurrexi, & adhuc tecum sum, alleluia. posui
fisi super me manum tuam, alleluia. mirabilis facta est scientia
tua, alleluia. **PSAL.** Domine, probasti me, & cognouisti me: tu
cognouisti sessionem meam, & resurrectionem meam. **RESP.**
Hæc dies quam fecit Dñs: exultemus & lætemur in ea. **VERS.**
Confitemini Domino quoniam bonus, quoniam in seculum mi-
sericordia eius. **VERS. I.** Dicat nunc Israel quoniam bonus,
quoniam in seculum misericordia eius. **VERS. II.** Dicat nunc
domus Aaron, quoniam in seculum misericordia eius. **VERS. III.**
Dicant nunc qui timent Dominum, quoniam in seculum mise-
ricordia eius. **VERS. IIII.** Dexterâ Domini fecit virtutem, de-
xtera Dñi exaltauit me. **VERS. V.** Lapidem quem reprobaue-
runt ædificantes, hic factus est in caput anguli: à Domino factum
est, & est mirabile in oculis nostris. **VERS. VI.** Benedictus qui
venit in nomine Domini, Deus Dominus & inluxit nobis. **ALL.**
Pascha nostrum immolatus est Christus. **VERS.** Epulemur in
azymis synceritatis & veritatis. **OFF.** Terra tremuit & quie-
uit, dum resurgeret in iudicio Deus, alleluia. **VERS. I.** Notus in
Iudæa Deus, in Israel magnum nomen eius, alleluia. **VERS. II.** Et fa-
ctus est in pace locus eius, & habitatio eius in Sió, alleluia. **VERS. III.**
Ideò confregit potentias, arcum, scutum, gladium & bellum: illu-
minans tu mirabiliter à montibus æternis, alleluia. **COMM.** Pascha
nostrum immolatus est Christus: itaque epulemur in azymis syn-
ceritatis & veritatis, alleluia. **PSAL.** vt suprâ, Expurgate.

FERIA SECUNDA.

ANTIPHON. Introduxit vos Dominus in terram fluentem
lac & mel, alleluia. & vt lex Dñi semper sit in ore vestro, alleluia
alleluia. **PSAL.** Confitemini Domino quoniam bonus, quoniam
in

in seculum misericordia eius. **RESP.** Hæc dies. **VERS.** Dicat nunc Israel.
ALL. Dñs regnavit, decoré. **OFF.** Angelus Dñi descendit de cælo,
& dixit mulieribus: quæ quæritis, surrexit, sicut dixit, alleluia. **VERS. I.**
Euntes in Galileã, dicite discipulis eius: eccè pcedet vos in Galileã:
ibi eum videbitis, sicut dixit, alleluia. **VERS. II.** Iesus stetit in medio
eorum, & dixit: Pax vobis. videte, quia ego ipse sum, alleluia. **AD COMM.**
Surrexit Dominus, & apparuit Petro, alleluia. **PSAL.** vt suprâ.

FERIA TERTIA.

ANTIPH. Aqua sapientiæ potauit eos, alleluia. confirmabitur
in illis, & non flectetur, alleluia. & exaltabit eos in æternum, alle-
luia, alleluia. **PSAL.** Confitemini Domino quoniam bonus. **RES.**
Hæc dies. **VERS.** Dicat nunc domus Aaron. **ALL.** quale vo-
lueris. **OFF.** Intonuit de cælo Dominus, & altissimus dedit vo-
cem suam, & apparuerunt fontes aquarum, alleluia. **VERS. I.**
Diligam te Domine virtus mea, Dominus firmamentum meum
& refugium meum, & liberator meus. **VERS. II.** Liberator meus
de gentibus iracundis, ab insurgentibus in me exaltabis me, à viro
iniquo eripies me. **AD COMM.** Si conresurrexistis cum Christo, quæ
fursum sunt querite, alleluia, ubi Christus est in dextera Dei sedes:
quæ fursum sunt, sapite, alleluia. **PSAL.** vt suprâ.

FERIA QUARTA.

ANTIPH. Venite benedicti patris mei, percipite regnum, alleluia,
quod vobis paratum est ab origine mundi, alleluia, alleluia, alleluia.
PSAL. Cantate Dño canticum nouum, cantate Dño ois terra. **RESP.**
Hæc dies. **VERS.** Dicat qui timet Dñm. **ALL.** quale volueris. **OFF.**
Portas cæli aperuit Dñs, & pluit illis manna vt ederet, panem cæli
dedit eis, panem angelorum manducauit homo, alleluia. **VERS. I.** Ad-
tédite populus meus legem meam, inclinate aurem vestram in verba oris
mei. **VERS. II.** Aperiã in parabolis os meum, loquar ppositiões ab ini-
tio seculi. **AD COMM.** Christus resurgens ex mortuis, iam non moritur, alle-
luia: mors illi ultra non dominabitur, alleluia, alleluia. **PSAL.** vt suprâ.

P F E-

FERIA QVINTA.

[ANTIPH. Victtricem manum tuam Domine laudauerunt pariter, alleluia: quia sapientia aperuit os muti, & linguas infanti- um fecit difertas, alleluia, alleluia. PSAL. 96. Dominus regna- uit, exultet terra, lætentur infulæ multæ. RES P. Hæc dies. VERS.

*Hunc q- dem Ver. dextera Domini fecit virtutem. ALL. Lauda Hierusalem Do- minum, lauda Deum tuum Sion. OFF. In die solennitatis ve- stræ, dicit Dominus, inducam vos in terram fluentem mel & lac, alleluia. VERS. I. Audi populus meus, & loquar. Israel, si me audi- eris, dabo vobis desideria cordis vestri. VERS. II. Non adorabis Deum alienum, quia ego sum Dominus Deus vester, qui eduxi vos de terra Aegypti. AD COM. Populus acquisitionis, adnun- ciate virtutes eius, alleluia, qui vos de tenebris vocauit in admira- bile lumen suum, alleluia. PSAL. vt suprâ.]

FERIA VI. AD S. MARIAM.

ANTIPH. Eduxit eos Dñs in spe, alleluia, & in ñmicos eorũ ope- ruit mare, alleluia, alleluia. PSAL. 77. Ad tēdite popul. RES. Hæc dies. VERS. * Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli. ALL. quale volueris. OFF. Erit vobis hic dies memorialis, alleluia: & diem festum celebrabitis solennem Domino in * pgenijs vestris, legitimum sempiternum diem, alle- luia. VERS. I. In mente habete diē istum, in quo existis de terra Aegypti, de domo seruitutis, in manu eñ potēti liberauit vos Dñs. VERS. II. Dixit Moyfes populo, Bono animo estote, & veniet vo- bis salus à Domino Deo, & pugnabit pro vobis. AD COM. Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra, alleluia: euntes, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris & filij & spiritūs sancti, alleluia, alleluia. PSALM. vt suprâ.

FERIA SEPTIMA SIVE SABBATO.

ANTIPH. Eduxit Dominus populum suum in exultatione, alle-

alleluia. & electos suos in lætitia, alleluia, alleluia, alleluia. PSAL. 104. Confitemini Domino, & inuocate nomen eius. RES P. Hæc dies. VERS. Laudate pueri Dominum, laudate nomē Domini: sit no- men Domini benedictum ex hoc nunc & vsq; in seculum. OFF. Benedictus qui venit in nomine Domini, benediximus vos de domo Domini, Deus Dominus & inluxit nobis, alleluia, alleluia. VERS. II. Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli, à Domino factum est, & est mirabile in oculis nostris. VERS. III. Hæc dies quam fecit Dominus: exultemus & lætemur in ea. AD COM. Omnes qui in Christo baptizati estis, Christum induistis, alleluia. PSAL. vt suprâ.

DOM. OCTAVAE PASCHAE.

ANT. Quasi modò geniti infantes, alleluia: rati õabiles, sine dolo, lac concupiscite, alleluia, alleluia, alleluia. PSAL. 80. Exultate Deo adiutori nostro, iubilate Deo Iacob. AD RES P. Et cibauit illos. ALL. quale volueris. OFF. Angelus Domini. AD COM. Mitte manum tuam, & cognosce loca clauorum, alleluia. & noli esse in- credulus, sed fidelis, alleluia, alleluia. PSAL. vt suprâ.

DOM. I. POST OCT. PASCHAE.

ANTIPH. Misericordia Domini plena est terra, alleluia. ver- bo. Dei cæli firmati sunt, alleluia, alleluia. PSALM. 32. Exultate iusti in Domino, rectos decet conlaudatio. ALL. II. quale volue- ris. OFF. Deus Deus meus, ad te de luce vigilo, & in nomine tuo leuabo manus meas, alleluia. VERS. I. Sitiuit in te anima mea, quàm multipliciter & caro mea, vt viderem virtutem tuam & glo- riam tuam. VERS. II. In matutinis meditabor in te, quia factus es adiutor meus, & in velamento alarum tuarum exultabo. AD COM. Ego sum pastor bonus, alleluia. & cognosco oues meas, & cognos- cunt me meæ, alleluia, alleluia. PSALM. vt suprâ.

DOMINICA SECVND A POST OCTAV. PASCHAE.

ANTIPH. Iubilare Deo omnis terra, alleluia: psalmum dicite nomini eius, alleluia. date gloriam laudi eius, alleluia, alleluia, alleluia. **PSAL.** Dicite Deo, quàm terribilia sunt opera tua Domine: in multitudine virtutis tuæ mentientur tibi inimici tui. *

* **ALL.** quale volueris. **OFF.** Lauda anima mea Dñm, laudabo Dominum in vita mea, psallam Deo meo quandiu ero, alleluia. **VERS. I.** Qui custodit veritatem in seculum, faciet iudicium iniuriis patientibus, dat escam esurientibus. **VERS. II.** Dominus erigit elisos, Dominus soluit compeditos, custodit Dominus pupillum & aduenam, & viduam suscipiet, & vias peccatorum exterminabit: regnabit Dominus in æternum, Deus tuus Sion in seculum seculi. **AD COM.** Modicum, & non videbitis me, alleluia: iterum modicum, & videbitis me, quia vado ad patrem, alleluia, alleluia.

DOMINICA III. POST OCTA. PASCHAE.

ANTIPH. Cantate Domino canticum nouum, alleluia: quia mirabilia fecit Dominus, alleluia: ante conspectum gentium reuelauit iustitiam suam, alleluia, alleluia. **PSAL.** LXXXVij. Saluabit sibi dextera eius, & brachium sanctum eius. **ALL.** Paratum cor meum. **ALL.** Confitebor tibi Domine, quale volueris. **OFF.** Iubilare Deo vniuersa terra. **VERS. I.** Reddam tibi vota. **VERS. II.** Locutum est os meum. **AD COM.** Dum venerit paraclytus spiritus veritatis, ille arguet mundum de peccato, & de iustitia, & de iudicio, alleluia, alleluia. **PSAL.** vt supra.

DOMINICA IIII. POST OCTAV. PASCHAE.

ANTIPH. Vocem iocunditatis adnunciate, & audiatur, alleluia: nunciate vsque ad extremum terre, liberavit Dominus populum

lum suum, allel. allel. **PSAL.** Iubilare Deo omnis terra, cantate & exultate & psallite. * * **OFF.** Benedicite gentes Dominum Deum nostrum. **VERS. I.** Iubilare Deo omnis terra. **VERS. II.** In multitudine virtutis tuæ. **VERS. III.** Venite, & videte opera Domini, **AD COM.** Cantate Domino, allel. cantate Domino, benedicite nomen eius, benè nunciate de die in diem salutare eius, allel. allel. **PSAL.** ipse.

NAT. SANCTORVM MARTYRV M TI- BVRTII ET VALERIANI.

ANTIPH. Sancti tui, Domine, benedicent te, gloriam regni tui dicent, allel. **PSAL.** Exaltabo te Deus meus rex, & benedicam nomini tuo in seculum, & in seculum seculi. **OFF.** Lætamini in Domino, & exultate iusti, & gloriamini omnes recti corde. **VERS.** Pro hac orauit ad te omnis sanctus in tempore oportuno. **AD COM.** Gaudete iusti in Domino, allel. rectos decet conlaudatio, allel.

[NAT. SANCTI GEORGII.]

ANTIPH. Protexisti me Deus à conuentu malignantium, allel. à multitudine operantium iniquitatem, allel. allel. **PSAL.** Exaudi Deus orationem meam cum deprecor, à timore inimici eripe Domine animam meam. **OFF.** Confitebuntur cæli mirabilia tua Domine, & veritatem tuam in ecclesia sanctorum, allel. allel. **VERS. I.** Misericordias tuas Domine in æternum cantabo, in generatione & progenie annuntiabo veritatem tuam in ore meo, allel. **VERS. II.** Quoniam quis in nubibus æquabitur Domino? aut quis similis erit Deo inter filios Dei? Deus qui glorificatur in concilio sanctorum, allel. **AD COM.** Lætabitur iustus in Domino, & sperabit in eo: & laudabuntur omnes recti corde, allel. allel. **PSAL.** vt supra.]

NAT. S. VITALIS.

ANTIPH. Protexisti me Deus. PSAL. Exaudi. ALL. Beatus vir qui timet Dominum, in mandatis eius cupit nimis. ALL. Iustus non conturbabitur, quia Dominus firmat manū eius. OFF. Repleti sumus manē misericordia tua, & exultauimus & delectati sumus, all. VERS. I. Domine, refugium factus es nobis à generatione & progenie. VERS. II. Priusquam montes fierent, aut formaretur orbis terræ, à seculo & in seculum tu es Deus, alleluia. AD COM. Ego sum vitis vera, & vos palmites. qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum, allel. allel. PSAL. Exaudi Deus deprecationem.

NAT. SANCTORVM APOSTOLORVM
PHILIPPI ET IACOBI.

ANTIPH. Exclamauerunt ad te Domine in tempore afflictionis suæ, & tu de cælo exaudisti eos, allel. allel. PSAL. Exultate iusti in Domino, rectos decet conlaudatio. ALL. Confitebuntur. ALL. Nimis honorati sunt. OFF. Confitebuntur cæli mirabilia tua Domine, & veritatem tuam in ecclesia sanctorum. VERS. I. Misericordias tuas Dñe. VERS. II. Quoniã quis in nubibus. AD COM. Tanto tempore vobiscū sum, & non cognouistis me? Philippe, qui videt me, videt & patrem, all. non credis quia ego in patre, & pater in me est? all. all. PSAL. vt suprā.

INVENTIO SANCTAE CRVCIS.

ANT. Nos autē gloriari oportet. PSAL. Dñs regnavit, decore induit: indutus est Dominus fortitudinem, & præcinxit se virtute. ALL. Dicite in gētibus, quia Dominus regnavit à ligno. OFF. Dextera Domini fecit virtutē, dextera Domini exaltauit me: nō moriar, sed viuam, & narrabo opera Domini. AD COM. Nos autem gloriai oportet in cruce Domini nostri Iesu Christi.

EO.

EODEM DIE NAT. SANCTORVM IV-
VENALIS, ALEXANDRI ET
EVENTII.

ANT. Clamauerunt iusti, & Dñs exaudiuit eos, & ex omnibus tribulationibus eorum liberauit eos. PSAL. Benedicam Dominum in omni tempore, semper laus eius in ore meo. RESP. Gloriosus Deus in sanctis, mirabilis in maiestate, faciens prodigia. VERS. Dextera tua Domine glorificata est in virtute, dextera manus tua confregit inimicum. OFF. Repleti sumus manē misericordia tua. VERS. I. Domine, refugium. VERS. II. Priusquam montes fierent, AD COM. Iustorum animæ in manu Dei sunt, & non tanget illos tormentum malitiæ. visi sunt oculis insipientium mori, illi autem sunt in pace. PSAL. Exultate iusti in Domino.

NAT. SANCTORVM GORDIA-
NI ET EPIMACHI.

ANTIPH. Sancti tui, Dñe, benedicent te. PSAL. Exaltabo te Deus meus rex, & benedicā nomen tuum in seculum, & in seculū seculi. RESP. Iustorum animæ in manu Dei sunt. VERS. Visi sunt oculis. ALL. Exultabunt sancti in gloria, lætabuntur in cubilibus suis. OFF. Mirabilis Deus in sanctis suis: Deus Israel ipse dabit virtutem & fortitudinē plebi suæ, benedictus Deus. VERS. I. Exurgat Deus, & dissipentur inimici eius, & fugiant qui oderunt eum, à facie eius: VERS. II. Pereant peccatores à facie Dei: iusti epulentur, exultent in conspectu Dei, delectentur in lætitia. AD COM. Iustorum animæ. PSAL. vt suprā.

NAT. SANCTORVM NEREI, ACHIL-
LEI ET PANCRATII.

ANT.

ANTIPH. Ecce oculi Domini super metuentes eum, sperantes in misericordia eius, allel. vt eripiat à morte animas eorum, quoniam adiutor & protector noster est, allel. allel. **PSAL.** Exultate iusti in Domino. **RESP.** Clamauerunt iusti, & Dominus exaudiuit eos, & ex omnibus tribulationibus eorum liberauit eos. **VERS.** Iuxta est Dominus his qui tribulato sunt corde, & humiles spiritu saluabit, allel. Sancti tui Domine benedicent te; gloriam regni tui dicent. **OFF.** Confitebuntur cæli. **VERS. I.** Misericordias tuas Domine. **VERS. II.** Quoniam quis in nubibus. **AD COM.** Gaudete iusti in Domino. **VERS.** Fiat misericordia tua Domine.

DEDICATIO BASILICAE SANCTAE MARIAE.

ANTIPH. Terribilis est locus iste: hinc domus Dei est & porta cæli, & vocabitur aula Dei, allel. **PSAL.** Dñs regnauit, decoré. **RESP.** Locus iste à Deo factus est inestimabile sacramentum, inreprehensibilis est. **VERS.** Deus, cui adstat angelorum chorus, exaudi preces seruorum tuorum. **ALL.** Adorabo ad templum. **OFF.** Domine Deus, in simplicitate cordis mei lætus obtuli vniuersa, & populú tuum qui * respectus est, vidi cum ingenti gaudio: Deus Israel, custodi hanc voluntatem Domine Deus. **VERS. I.** Maiestas Domini ædificauit templum, & omnes filij Israel videbant gloriam. **VERS. II.** Fecit Solomon solennitatem in tempore illo. **AD COM.** Domus mea, domus orationis vocabitur, dicit Dominus. in ea omnis qui petit, accipit: & qui quærit, inuenit: & pulsanti aperietur. **PSAL.** vt suprà.

NAT. SANCTAE POTEN- TIANAE.

ANTIPH. Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem. **PSAL.**
Eruçtauit

Eruçtauit cor meum. **RESP.** Dilexisti iustitiam. **VERS.** Propterea vnxit. **ALL.** Specie tua. **OFF.** Offerentur regi virgines. **AD COM.** Diffusa est gratia.]

IN LITANA MAIORE, COLLECTA AD SANCTVM LAURENTIVM IN LVCINA.

AD PROCESSIONEM ANTI- PHONAE.

EXVRGE Domine, adiuua nos, & libera nos propter nomen tuum, alleluia saluum fac populum.

SVRGITE Sancti de mansionibus vestris, loca sanctificate, plebem benedicite, & nos humiles peccatores in pace custodite, alleluia.

CVM iocunditate exhibitis, & cum gaudio deducemini: nam & montes & colles exhibunt, expectantes vos cum gaudio, alleluia.

DE Hierusalem exeunt reliquæ, & saluatio de monte Sion: propterea protectio erit huic ciuitati, & saluabitur propter Dauid famulum eius, alleluia.

AMBVLATE sancti viam quam elegistis, festinate ad locum qui vobis preparatus est: nos in terra ranimus, sanctorum laudes dicimus: nos sanctos portamus, in cælis gaudent angeli, alleluia.

IN nomine Domini Dei nostri ambulabimus nos & omnes populi, quoniam in Sion facta est lex, & verbum Domini de Hierusalem, regnabit Dominus in æternum, alleluia.

EGO sum Deus patrum vestrorum, dicit Dominus: videns vidi afflictionem populi mei, & gemitum eius audiui, & descendi liberare eos, alleluia.

POPVLVS Sion, conuertimini ad Dominum **DEVM** nostrum, & dicite ei: potens es Domine dimittere peccata nostra, vt non inueniant nos iniquitates nostræ Deus noster, alleluia.

DOMINE Deus noster, qui cum patribus nostris mirabilia magna fecisti: & nostris glorificare temporibus, qui misisti manū tuam de alto, & liberasti nos, alleluia.

CONFITEMINI Domino filij Israel, quia non est alius deus præter eum: ipse liberabit nos propter misericordiam suam: aspice quæ fecit nobiscum, & enarremus omnia mirabilia eius, alleluia.

Declamemus ad Dominum, dicentes: peccauimus tibi Domine, patientiam habere in nobis, & erue nos à malis quæ quotidie accrescunt super nos, alleluia.

PARCE Domine, parce populo tuo, quem redemisti. Christe sanguine tuo, vt non in æternum irascaris nobis, alleluia, alleluia.

DOMINE, imminuti sumus propter peccata nostra hodiè, sed in animo contrito & spiritu humilitatis suscipiamur, & fac nobiscum secundum mansuetudinem tuam, quia non est confusio confidentibus in te, alleluia, alleluia.

Iniquitates nostræ, Domine, multiplicatæ sunt super capita nostra: delicta nostra creuerunt vsque ad cælos: parce Domine, & inclina super nos misericordiam tuam.

TIMOR & tremor venit in Niniuen ciuitatem magnam, per quem sceleratæ plebi indicitur ieiunium, & fluctuosa turba induitur cilicio: contigit autem & regem nobilem de folio suo descendere, vt esset humilior cunctis lugentibus: & præcepit per vniuersum regnum, Omnes viri & sexus scæmineus non gustent quicquam, bos & pecora non pascantur herbis terræ, pueri & vituli non sugant matrum vbera, sed clament ad Deum in fortitudine terrarum.

nis

nis diebus, nè periclitemur vt Sodoma: sed tu **DEVS** omnipotens, misericors & miserator, misertus es miseris: nos sumus opera tua quæ dedisti filio tuo hæreditatem sibi, noli claudere aurem tuam ad preces nostras, sed subleua clemens afflictionem nostram, illud reuoluens quod nobis pollicitus es, dicens: Conuertimini ad me, & ego reuertar ad vos, alleluia.

OREMVS, dilectissimi nobis, Deum patrem omnipotentem, vt cunctis mundum purget erroribus, morbos auferat, famem repellat, aperiat carcerem, vincula dissoluat, peregrinantibus reditum, infirmantibus sanitatem, nauigantibus portum salutis indulgeat, & pacem tribuat in diebus nostris, insurgentesque repellat inimicos: & de manu inferni libera nos propter nomen tuum, alleluia, alleluia.

CONVERTIMINI ad Deum omnes simul mundo corde & animo, in orationibus, in ieiunijs, in vigilijs multis, fundite preces vestras cum lachrymis, vt deleantur chirographa peccatorum vestrorum, priusquam nobis repente superueniat interitus, antequam nos profundum mortis absorbeat, vt quum creator noster aduenerit, paratos nos inueniat, alleluia.

DIMITTE nobis Domine debita nostræ, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris, & nè nos inducas in tentationem, sed libera nos à malo, ab omni malo, Amen, alleluia.

Cognoscimus Domine quia peccauimus: veniam petimus, quam non meremur: manum tuam porrige lapsis, qui latroni confitenti paradisi ianuam aperuisti, alleluia.

PROPTIVS esto Domine peccatis nostris propter nomen tuum, nè quandò dicant gentes, ubi est Deus eorum?

SUPER populum tuum, quæsumus Domine, benedictio copiosa descendat, indulgentia veniat, consolatio tribuatur,

fides sancta succrescat, redemptio sempiterna firmetur, alleluia.

SALVATOR mundi, salua nos omnes: Sancta Dei genitrix, semper virgo Maria, ora pro nobis: precibus quoque Apostolorum, martyrumque omnium & confessorum, atque sanctarum virginum, suppliciter petimus, vt à malis omnibus eruiamur, bonisque omnibus nunc & semper perfrui mereamur, alleluia.

LIBERA Domine populum tuum de manu mortis, & plebem istam protegat dextera tua, vt viuentes, benedicamus te Domine Deus noster.

DOMINE Deus rex omnipotens, libera nos propter nomen tuum, & da nobis locum poenitentiae.

DOMINE, non est alius Deus praeter te, & quia tibi de omnibus cura est; & quod omnium Dominus es, parce populo tuo, qui das peccantibus largitatem, vt conuertantur à malitia in bonitatem.

MISERERE Domine plebi tuae, super quam inuocatur nomen tuum, vt sciant omnes qui habitant terram, quia tu es Deus populorum tuorum.

DIMITTE Domine peccata populi tui secundum multitudinem misericordiae tuae, sicut propitius fuisti patribus nostris, propitius esto & nobis.

Clementissime exaudi Domine populum tuum. Deus misereatur. adimplebitur gloria tua vniuersa terra.

OMNIPOTENS Deus, mœstorum consolatio, laborantium fortitudo, perueniant ad te preces de quacunque tribulatione clamantium, vt omnes sibi in necessitatibus suis misericordiam tuam gaudeant adfuisse, alleluia.

DEPRECAMUR te **DOMINE** in omni misericordia tua, vt auferatur furor tuus, & ira tua à ciuitate tua ista, & de domo

mo

mo sancta tua, quoniam peccauimus, alleluia.

Saluator mundi, salua nos supplices tuos, defende populum tuo sanguine redemptum: libera nos Christe à periculis, donans nobis vitam æternam.

Christe qui regnas in caelis, & sedes ad dexteram patris, & habitas inter angelos & archangelos, thronos & dominationes, & Apostoli tui te laudant & martyres, tibi hymnum cantant Confessores in paradiso, voce concordant & dicunt: O beati omnes, qui gloriam Deo dicunt, & habitant cum eo in pace, quia omnes qui propter Deum laborauerunt in terrenis, illos producis ad caelestia regna: nos autem oportet te laudare & benedicere, quia nos de terra ad caelos vocare dignatus es, alleluia.

Domine rex, Deus Abraham, dona nobis pluuiam super faciem terrae, vt discat populus iste, quia tu es Dominus Deus noster. Nunquid est in idolis gentium qui pluuat, nisi tu Deus? aut caeli possunt dare pluuiam, nisi tu volueris? tu es Dominus Deus noster, quem expectabamus, dona nobis pluuiam.

Ibunt sancti de virtute in virtutem, videbitur Deus Deorum, alleluia, in Sion. Iuxta vestibulum. Immutemur.

Peccauimus Domine, peccauimus tibi: parce peccatis nostris, & salua nos: qui gubernasti Noe super vndas diluuij, exaudi nos: qui Ionam de abyfso reuocasti, libera nos: qui Petro mergenti manum porrexisti, auxiliare nobis Christe fili Dei.

Exaudi nos Domine, qui exaudisti Ionam de ventre ceti: exaudi nos clamantes, qui exaudisti Dauid prostratum & iacetem in cilicio: clamantes & dicentes: Parce parce, & defende plasma tuum Deus noster, alleluia.

Ambulate sancti Dei ad locum destinatum, qui vobis preparatus est ab origine mundi.

Ambulate sancti dei, ingredimini in ciuitate dñi, edificata est enim vobis Ecclesia noua, vbì populus adorare debet maiestatem nñi.

AMBVLABAT Petrus super vndas maris, venit ventus validus, turbata est aqua: præ timore clamat, iube me venire ad te: Ait illi Iesus: Veni. modicæ fidei, quare dubitasti?

PLACET Hierusalem ciuitas sancta, * ornamenta martyrum decorata, cuius plateæ sonant laudes de die in diem.

Tves Domine Saluator, qui paralyticum longo tempore iacentem, solo sermone sanasti: iube ergo Domine, vt liberemur à tempore malo: peccauimus tibi, precamur nunc, da nobis indulgentiam pijsime pater, alleluia.

QVVM venerit filius hominis in sede maiestatis suæ, & coeperit iudicare seculum per ignem, tunc adstet ante eum omnis chorus angelorum, & congregabuntur ante eum omnes gentes, tunc dicet his qui à dextris erunt: Venite benedicti patris mei, possidete preparatum vobis regnum à constitutione mundi: & ibunt impij in supplicium æternum, iusti autem in vitam æternam, & regnabunt cum Deo in secula.

ANNVNCIATE inter gentes gloriam eius, alleluia: quoniam magnus est Dominus. alleluia: gaudebunt.

IN sanctis gloriosus est Deus noster, quis similis tibi? sanctimonium tuum Domine, quod preparauerunt manus tuæ Dñe, qui regnas in æternum & in seculum & adhuc, & oia quæ in eis sunt, alleluia.

SICVT pastor portabat ouem perditam, sic portabam & complectebam vos, dicit dñs. ego feci, ego feram vos, ego creauit vos, ego redemi vos, ego reficiam vos, ego sustinui, ego dimittam peccata vestra. Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus Sabaoth, qui per Spiritum sanctum descendit in vterum virginis, & natus est Dei filius, redemptor Israel.

SALVVM fac populum tuum Domine, & benedic hæreditati tuæ, & rege eos, & extolle illos vsque in æternum, alleluia.

OMNIPOTENS Deus, supplices te rogamus & petimus, vt intercessio archangelorum sit pro nobis ad Dominum, Michaelis, &
Ga-

Gabrielis, & Raphaelis, vt digni offeramus Domino hostias ad altare, & appareamus ante Saluatorem per intercessionem nouem ordinum Angelorum. Throni & Dinationes, & Principatus, & Potestates, Cherubin quoque & Seraphin intercedant pro nobis, qui non cessant clamare voces: Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus exercituum, qui regnas sine fine, dignare famulos tuos hodie exaudire, alleluia.

BENEDICAT nos trina Maiestas Domini, benedicat nos Spiritus sanctus, qui in specie columbæ in Iordane fluuio super Christum requieuit: ille nos benedicat, qui de cælis dignatus est descendere in terras, & de suo sancto sanguine nos redemit, benedicat Dominus sacerdotium nostrum & introitum nostrum, alleluia.

AD MISSAM.

ANTIPH. Exaudiuit de templo sancto suo vocem meam, alleluia, & clamor meus in conspectu eius introiuit in aures eius, alleluia, alleluia. PSALM. 14. Diligam te Domine * fortitudo mea: * virtus Dñs firmamentum meum, & refugium meum, & liberator meus. ALL. Confitemini Dño quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia eius. OFF. Confitebor Dño nimis in ore meo, & in medio multorum laudabo eum, quæ adstet ad dexteram pauperis: vt saluam faceret à persequentibus animam meam, alleluia. VERS. I. A diuina me Dñe deus meus, saluum me fac propter misericordiam tuam, vt sciât quia manus tua hæc, tu Dñe fecisti eam. VERS. II. Qui insurgunt in me, confundantur. seruus tuus letabitur: induatur, qui detrahebant mihi, reuerentia. AD COM. Petite, & accipietis: quærite, & inuentis: pulsate, & aperietur vobis: omnis enim qui petit, accipit: & qui quærit, inuenit: & pulsanti aperietur, alleluia.

VIGILIA ASCENSIONIS DOMINI.

ANTIPH. Omnes gentes, plaudite manibus, iubilare Deo in voce exultationis. PSAL. Subiecit populos nobis, & gentes sub
Mic. putat
hac die
Ant. Vo.
pedi-

cem iocūditatis, le-
gi debere
cap. 40. &
57. qui in
vigilia
olim ieiunari foli-
tum tra-
dit cap. 55.

pedibus nostris. **ALL.** Omnes gentes. **OFF.** Viri Galilæi, quid admiramini adspicientes in cælum? Hic Iesus qui assumptus est à vobis in cælum, sic veniet, quemadmodum vidistis eum ascendentem in cælum, alleluia. **VERS.** Cumque intuerentur in cælum euntem illum, ecce duo viri adstiterunt iuxta illos in vestibus albis, qui & dixerūt: Sic veniet, quemadmodum vidistis eum ascendentem in cælum, alleluia. **AD COM.** Pater, cum essem cum eis, ego seruabam eos, quos dedi sti mihi, alleluia. nunc autem ad te venio: non rogo vt tollas eos de mundo, sed vt serues eos à malo.

DIE SANCTO ASSCENSIONIS.

ANTIPH. Viri Galilæi, quid admiramini adspicientes in cælum? alleluia. quemadmodum vidistis eum ascendentem in cælum, ita veniet, alleluia, alleluia, alleluia. **PSAL.** Omnes gentes, plaudite manibus, iub. **AD RESP.** Ascendit Deus in iubilo, & Dominus in voce tubæ. **VERS.** Psallite Deo nostro, psallite, psallite sapienter. **ALL.** Ascendit Deus in iubilatione, & Dominus in voce tubæ. Item aliud **ALL.** Dominus in Sina in sancto, ascendens in altum, captiuam duxit captiuitatem. **OFF.** Ascendit Deus in iubilatione, Dñs in voce tubæ, alleluia. **VERS. I.** Omnes gentes, plaudite manibus, iubilate Deo in voce exultationis. **VERS. II.** Quoniam Dominus summus terribilis, rex magnus super omnem terram. **VERS. III.** Subiecit populos nobis, & gentes sub pedibus nostris. Item aliud **OFF.** Viri Galilæi, quid admiramini adspicientes in cælum? **VERS.** Cumq; intuerentur, vt supra. **AD COM.** Psallite Domino qui ascendit super cælos cælorum ad Orientem, alleluia. **PSAL. 67.** **AD RES.** Date gloriam Deo super Israel.

DOMINICA POST ASSCENSIONEM.

ANT.

ANTIPH. Exaudi Domine vocem meam qua clamaui ad te, alleluia: tibi dixit cor meum, quæsiui vultum tuum: vultum tuum Domine requiram: nè auertas faciem tuam à me, alleluia, alleluia. **PSAL.** Dominus inluminatio mea, & salus mea. quem timebo? **ALL.** Qui confidunt in Domino. **OFF.** Lauda anima mea Dominum. **AD COM.** Pater, cum essem.

NATAL. S. VRBANI.

ANTIPH. Sacerdotes tui, Domine, induantur iustitiam, & sancti tui exultent: propter David seruum tuum, non auertas faciem Christi tui. **PSAL.** Memento Domine David, & omnis mansuetudinis eius. **RESP.** Inueni David seruum meum, oleo sancto meo unxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei, & brachium meum confortabit eum. **VERS.** Nihil proficiet inimicus in eo, & filius iniquitatis non nocebit ei. **ALL.** Memento Domine David, &c. **OFF.** Veritas mea & misericordia mea cum ipso, & in nomine meo exaltabitur cornu eius. **VERS.** Posui adiutorium in potente, & exaltaui electum de plebe mea. **AD COM.** Fidelis seruus & prudens, quem constituit Dominus super familiam suam, vt det illis in tempore tritici mensuram. **PSAL.** vt supra.

SABBATO IN VIGIL. PENTECOST. STATIO AD S. IOHANNEM.

Ad introitum Litanis. Deindè

RESP. Confitemini Domino quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia eius. **TRACTVS:** Laudate Dominum omnes gentes, laudate eum omnes populi. **VERS.** Quoniam confirmata est super nos misericordia eius, & veritas Domini manet in æternum. **OFF.** Emitte spiritum tuum, & creabuntur: & renouabis faciem terræ: sit gloria Domini in secula. **VERS. I.** Benedic anima mea Domino: Domine deus meus, magnificatus es ve-

Meminit
etiã lita-
nis Ord.
Romano
pag. 82.

r he

hementer. **VERS. II.** Confessionem & decorem induisti, amictus lumine sicut vestimento. **VERS. III.** Extendens cęlos sicut pellem, qui tegis in aquis superiora eius, qui ponis nubem ascensum tuum. **AD COM.** Ultimo festiuitatis die dicebat Iesus, qui in me credit, flumina de ventre eius fluent aquę viuę. Hoc autem dixit de spiritu, quem accepturi erant credentes in eum, alleluia, alleluia. **PSAL.** Benedic anima mea Domino.

DOMINICA PENTECOSTES.

ANTIPH. Spiritus Domini repleuit orbem terrarum alleluia, & hoc quod continet oĩa, scientiam habet vocis, alleluia, alleluia, alleluia. **PSAL. 67.** **AD RESP.** Confirma hoc Deus. **ALL.** Emitte spiritũ tuũ, & creabuntur: & renouabis faciẽ terrę. **RESP.** Hęc dies. **OFF.** Confirma hoc Deus quod operatus es in nobis, à templo tuo quod est in nobis: à templo tuo quod est in Hierusalem, tibi offerent reges munera. **VERS. I.** Cantate Domino, psalmum dicite nomini eius, iter facite ei qui ascendit super occasum, Dominus nomen illi. **VERS. II.** In ecclesijs benedicite Domino Deo de fontibus Israel. **VERS. III.** Regna terrę, cantate Deo, psallite Domino, qui ascendit cęlos cęlorum ad Orientem. **AD COM.** Factus est repenti de cęlo sonus aduenientis spiritũs vehementis, ubi erant sedentes, alleluia, & repleti sunt omnes spiritu sancto, loquentes magnalia Dei, alleluia, alleluia. **PSAL.** vt suprã.

FERIA SECUNDA.

ANTIPH. Cibauit eos ex adipe frumenti, alleluia: & de petra melle saturauit eos, alleluia, alleluia, alleluia. **PSAL.** Exultate Deo adiutori nostro, iubilate Deo Iacob. **ALL.** Venite, exultemus Domino, iubilemus Deo salutari nostro. **VERS.** Præoccupemus faciem eius in confessione, & in psalmis iubilemus ei. **ALL.** Laudate pueri do. **OFF.** Intonuit de cęlo Dñs, & altissimus dedit vocem suam, & apparuerunt fontes aquarum, alleluia. **VERS.** Diligam te Domi-

Dñe fortitudo mea, Dñs firmamentũ meũ & refugium meũ, & liberator meus. **VERS. II.** Liberator meus de gentibus iracundis. **AD COM.** Spiritus sanctus docebit vos, alleluia. [& de petra mellis saturauit eos, alleluia, alleluia, alleluia.] quęcunque dixerò vobis, alleluia. **PSALM. 80.**

FERIA TERTIA.

ANTIPH. Accipite iocunditatem lætitię vestrę, alleluia, gratias agentes deo, alleluia; qui vos ad cęlestia regna vocauit, alleluia, alleluia, alleluia. **PSAL.** Adtendite populus meus legem meam, inclinate aurem vestram in verba oris mei. **ALL.** Lauda Hierusalem Dominum, lauda Deum tuum Sion. **ALL.** Lauda anima mea Dominum, laudabo Dominum in vita mea, psallam deo meo quandiũ ero. **OFF.** Portas cęli aperuit Dominus, & pluit illis manna vt ederent: panem cęli dedit illis, panem angelorum māducavit homo. **VERS. I.** Attendite populus meus legem meam. **VERS. II.** Aperiam in parabola os meum, loquar propositiones ab initio. **AD COM.** Spiritus qui à patre procedit, alleluia: ille me clarificabit, alleluia, alleluia. **PSALM.** vt suprã.

FERIA QVARTA.

ANTIPH. Deus cũ egredereris coram populo tuo, alleluia: iter faciens eis, alleluia: habitans in illis, alleluia, alleluia. **PSALM. 67.** Exurgat Deus, & dissipentur inimici eius: & fugiant, qui oderunt eum, à facie eius. **ALL.** quale volueris, si in diebus ieiunij euenerit. **RESP.** Protector noster. **VERS.** Domine Deus virtutum. **RESP.** Conuertere Domine. **VERS.** Domine refugium. **OFF.** Meditabar in mandatis tuis quę dilexi. **VERS.** Pars mea Dominus, dixi custodire legem tuam. **AD COM.** Pacem meam do vobis, alleluia: pacem relinquo vobis, alleluia, alleluia. **PSAL.** vt suprã.

Harum feriarum 4. 6. & Sabb. citat quidem ex Antiph. D. Gregorij Micro. c. 25. & 28. sed loco Offert. Meditabar, adfruit legi debere, Emitte spiritũ tuum. sicut etiam infrã in sabb. loco Offerto. Domine Deus.

Vide hac
de Mi
crol. c. 50.

*FERIA QUINTA VACAT.
FERIA SEXTA.

ANTIPH. Repleatur os meum laude tua, alleluia: vt possim cantare, alleluia. gaudebunt labia mea, cum cantauero tibi, alleluia, alleluia. PSAL. 70. In te Domine speraui, non confundar in æternum: in iustitia tua libera me, & eripe me. ALL. quod volueris, si in diebus ieiunij euenerit. RESP. Bonum est confiteri Domino, & psallere nomini tuo altissime. VERS. Ad annuncian- dum manè misericordiam tuam, & veritatem tuam per noctem. OFF. Lauda anima mea Dominum, laudabo Dominum in vita mea, psallam Deo meo quandiu ero. VERS. I. Qui custodit veritatem in seculu, facit iudiciu iniuria patientibus, dat escam esurientibus. VERS. II. Dominus erigit elisos, Dominus diligit iustos. AD COM. Spiritus ubi vult, spirat, & vocem eius audis, alleluia: & nescis vnde veniat, & quod vadat, alleluia, alleluia, alleluia. PSAL. vt supra.

SABBATO IN XII. LECT.

ANTIPH. Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris, alleluia: per inhabitantem spiritum eius in nobis, alleluia, alleluia. PSAL. Domine Deus salutis mee, in die clamaui & nocte coram te.

*MIC. loc. cit. phis Respo- rijs ad- struit legi debere All. nem. pe Spiritus Dni, Para- cletus, E- mitte, Ver- bo, Veni sancte spi- ritus.

*RESP. Protector noster. VERS. Dne Deus virtutum. RESP. Propicius esto Domine. VERS. Adiuua nos Deus salutaris noster. RESP. Conuertere Domine. VERS. Domine, refugium factus es nobis. RESP. Dirigatur oratio. VERS. Eleuatio manuum mearum sacrificium vespertinum. RESP. Benedictionem & OFF. Domine Deus salutis mee, in die clamaui & nocte coram te: intret oratio mea in conspectu tuo Domine. ALL. Inclina aure tuam ad precem meam, quia repleta est malis anima mea, & vita mea in inferno adpropinquauit: aestimatus sum cum descenderetibus in lacum. VER. II. Factus sum sicut homo sine adiutorio inter mortuos liber: sicut vulnerati dormientes in sepulcris, quorum non es memor

am-

amplius, & ipsi de manu tua repulsi sunt. AD COM. Non vos relinquam orphanos, veniam ad vos iterum, allel. & gaudebit cor vestrum, allel. allel. PSAL. Adtendite pupulus meus.

*
NAT. SANCTORVM MARTYRVVM MARCELLINI ET PETRI.

ANTIPH. Clamauerunt iusti, & exaudiuit eos, & ex omnibus tribulationibus eorum liberauit eos. PSAL. Benedicam Dominum in omni tempore, semper laus eius in ore meo. RESP. Clamauerunt iusti. VERS. Iuxta est Dominus his qui tribulato sunt corde, & humiles spiritu saluabit. ALL. Sancti tui Domine benedicent te, gloriam regni tui dicent. OFF. Lætamini in Domino, & exultate iusti, & gloriamini omnes recti corde. AD COM. Iustorum animæ in manu Dei sunt, & non tanget illos tormentum malitiæ. vbi sunt oculis insipientium mori, illi autem sunt in pace.

NAT. SANCTORVM MART. PRIMI ET FELICIANI.

ANTIPH. Sapientiam sanctorum narrent populi, & laudem eorum nunciet ecclesia, nomina autem eorum viuent in seculum seculi, allel. PSAL. Exultate iusti in Domino, rectos decet conlaudatio. RESP. Exultabunt sancti in gloria, lætabuntur in cubilibus suis. VERS. Cantate Domino canticum nouum, laus eius in Ecclesia sanctorum. ALL. Gaudete iusti in Domino, rectos decet colaudatio. OFF. Mirabilis Deus in sanctis suis, Deus Israel ipse dabit virtutem & fortitudinem plebi suæ, benedictus Deus, allel. VERS. I. Exurgat Deus, & dissipentur inimici eius: & fugiant, qui oderunt eum, a facie eius. VERS. II. Pereant peccatores a facie Dei: iusti epulentur, exultent in conspectu Dei, delectentur in lætitia. AD COM. Ego vos elegi de mundo, vt eatis, & fructum adferatis, & fructus vester maneat.

r 3

NAT.

Desiderari hic oct. Pentecost. fatis indicat Berno l. de Miss. c. 5. omisum autem constat, eod quod idem sit Antiphon. officiu cum die Pentecost.

NAT. SANCTI BASILIDIS
MARTYRIS.

ANTIPH. Gloria & honore coronasti eum Domine, & constituisti eum super opera manuum tuarum. PSAL. Domine, in virtute tua lætabitur rex, & super salutare tuum exultabit vehementer. OFF. In virtute tua Domine lætabitur iustus. VERS. I. Vitam petijt. VERS. II. Magna est gloria eius in salutari. AD COM. Posuisti Domine in capite eius coronam de lapide precioso.

Hoc offic.
non habet
cod. Blandinien.

[EODEM DIE NAT. SANCTORVM
CYRINI, NABORIS, ET
NAZARII.

ANT. Intret in conspectu tuo, Domine, gemitus compeditorum: redde vicinis nostris septulum in sinu eorum: vindica Domine sanguinem sanctorum tuorum, qui effusus est. PSAL. Deus, venerunt gentes in hæreditatem tuam: polluerunt templum sanctum tuum, posuerunt Hierusalem in pomorum custodiam. RESP. Vindica Domine sanguinem sanctorum tuorum, qui effusus est. VERS. Posuerunt mortalia feruorum tuorum, escas volatilibus cæli, carnes sanctorum tuorum bestijs terræ. ALL. Exultabunt sancti in gloria, lætabuntur in cubilibus suis. OFF. Exultabunt sancti in gloria, lætabuntur in cubilibus suis, exultationes DEI in faucibus eorum. VERS. Cantate Domino canticum nouum, laus eius in ecclesia sanctorum. lætetur Israel in eo qui fecit eum, & filia Sion exultent in rege suo. AD COM. Posuerunt mortalia feruorum tuorum, Domine, escas volatilibus cæli, carnes sanctorum tuorum bestijs terræ: secundum magnitudinem brachij tui, posside filios * morti punitorum.]

NAT.

NAT. SANCTORVM MARCI ET
MARCELLIANI.

ANTIPH. Salus autem iustorum à Domino, & protector eorum est in tempore tribulationis. PSAL. Noli æmulari in malignantibus, neq; zelaueris facientes iniquitatem. RESP. Iustorum animæ in manu Dei sunt, & non tanget illos tormentum malitiæ. VERS. Visi sunt oculis insipientium mori, illi autem sunt in pace. ALL. Sancti tui Domine. OFF. Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium: laqueus contritus est, & nos liberati sumus. VERS. I. Nisi quia Dominus. VERS. II. Torrentem pertransijt anima nostra. AD COM. Amen dico vobis, quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. venite benedicti patris mei, possidete præparatum vobis regnum ab initio seculi. Item alia: Ego vos elegi de mundo, vt eatis, & fructum afferatis, & fructus vester maneat. PSAL. vt supra.

NAT. SANCTORVM GERVASII
ET PROTASII.

ANTIPH. Loquetur Dominus pacem in populo suo, & super sanctos suos, & in eos qui conuertuntur ad ipsum. PSAL. Benedixisti Domine terram tuam, auertisti captiuitatem Iacob. RESP. Gloriosus Deus in sanctis suis, mirabilis in maiestate, faciens prodigia. VERS. Dexterata tua, Domine, glorificata est in virtute: dextera manus tua confregit inimicos. ALL. Gaudete iusti in Domino. OFF. Lætamini in Domino, & exultate iusti, & gloriamini omnes recti corde. VERS. Pro hac orauit ad te omnis sanctus in tempore oportuno. AD COM. Posuerunt mortalia.

IN VIGILIA SANCTI IOHANNIS
BAPTISTAE.

ANT.

ANTIPH. Nè timeas Zacharia: exaudita est oratio tua, & Elizabeth vxor tua pariet tibi filium, & vocabis nomé eius Iohanné: & erit magnus coram Domino, & spiritu sancto replebitur adhuc ex utero matris suæ, & multi in natiuitate eius gaudebunt. **PSAL.** Domine, in virtute tua lætabitur rex, & super salutare tuum exultabit vehementer. **RESP.** Fuit homo missus à Deo, cui nomen Iohannes erat, hic venit. **VERS.** Vt testimonium perhiberet de lumine, & parare Domino plebem perfectam, **OFF.** Gloria & honore. **VERS.** Domine Dominus noster. **AD COM.** Magna est gloria eius. **PSAL.** vt supra.

IN PRIMA MISSA DE NOCTE.

ANTIPH. Iustus vt palma florebit, sicut cedrus Libani multiplicabitur: plantatus in domo Domini, in atrijs domus Dei nostri. **PSAL.** Bonum est confiteri Domino, & psallere nomini tuo altissime. **RESP.** Iustus vt palma florebit, sicut cedrus Libani multiplicabitur in domo Domini. **VERS.** Bonum est. **OFF.** In virtute tua Domine. **AD COM.** Posuisti Domine. **PSAL.** 20.

IN NATALI VNDE SVpra

8. Kal. Iulij.

ANTIPH. De ventre matris meæ vocauit me Dominus nomine meo, & posuit os meum vt gladium acutum: sub tegumentū manūs suæ protexit me, qui posuit me quasi sagittā electā. **PSAL.** 91. Bonum est confiteri Domino. **AD RESP.** Iustus vt palma. **RESP.** Priusquàm te formarem in utero, noui te: & antequàm exires de ventre, sanctificaui te. **VERS.** Misit Dñs manum suam, & tetigit os meum, & dixit mihi. **ALL.** Beatus vir qui timet Dominum, in mandatis eius cupit nimis. **OFF.** Iustus vt palma florebit. **VERS.** I. Bonum est. **VERS.** II. Ad adnunciandū manè. **VERS.** III. Plantati in domo Domini. Item **OFF.** Ingressus est Zacha-

Zacharias sacerdos in domo Domini ad horam incensi, dixit ad eum angelus: Nè timeas, quia exaudita est oratio tua, & Elizabeth vxor tua pariet tibi filium, & vocabis nomen eius Ioannem: quia in natiuitate eius multi gaudebunt, allel. **VERS.** Elizabeth venit tempus pariendi, & peperit filium, quia magnificauit Dominus misericordiam suam: cum venissent ad circumcidendum puerum, & vocabant eum nomine patris sui, respondente matre eius, Nequaquàm: innuebant patri eius, quem vellet vocari eum: scripsit, dicens: Iohannes nomen eius erit. & mirati sunt omnes, quia apertum est os eius, & lingua eius, & loquebatur, benedicens Deum: quia in natiuitate eius multi gaudebunt. **AD COM.** Tu puer, propheta altissimi vocaberis: præbis enim ante faciem Domini parare vias eius. **VERS.** Ad dandam scientiam.

IN NAT. SANCTORVM IOANNIS ET PAVLI MART.

ANTIPH. Multæ tribulationes iustorum: & de his omnibus liberauit eos Dominus: Dominus custodit omnia ossa eorum: vnū ex his non conteretur. **PSAL.** Benedicam Domino in omni tempore, semper laus eius in ore meo. **RESP.** Ecce quàm bonum & quàm iocundum, habitare fratres in vnum: sicut vnguentum in capite, quod descendit in barbam, barbam Aaron. **VERS.** Mandauit Dominus benedictionem & vitam vsque in seculum. **ALL.** quale volueris. **OFF.** Gloriabuntur in te omnes qui diligunt nomen tuum, quoniam tu Domine benedicis iustis. Domine, vt scuto bonæ voluntatis tuæ coronasti eos. **VERS.** I. Verba mea auribus percipe Domine, intellige clamorem meum: intende voci orationis meæ, rex meus & Deus meus. **VERS.** II. Quoniam ad te orabo Domine, quoniam ad te clamabo Domine manè, & exaudies vocem meam. **AD COM.** Et si coram hominibus tormenta passi sunt, Deus tentauit eos: tanquàm au-

rum in fornace probavit eos, & sicut holocausta accepit eos. **PSAL.** ut supra.

VIGILIA S. PETRI.

ANTIPH. Dicit Dominus Petro: Cùm esses iunior, cingebas te, & ambulabas ubi volebas: cùm autem senteris, extēdes manus tuas, & alius te cinget, & ducet quò tu non vis. Hoc autem dixit, significans qua morte clarificaturus esset Deum. **PSAL.** Cæli enarrant gloriam Dei. **RESP.** In omnem terram exijt sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. **VERS.** Cæli enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius adnūciat firmamentum. **OFF.** Mihi autem nimis honorificati sunt amici tui Deus, nimis confortatus est principatus eorum. **VERS. I.** Domine, probasti me, & cognouisti me, tu cognouisti sessionē meam & resurrectionem meam. **VERS. II.** Intellexisti cogitationes meas à longè, semitam meam & directionē meam inuestigasti. **VERS. III.** Ecce tu Domine cognouisti omnia nouissima & antiqua, tu formasti me, & posuisti super me manum tuam. **AD COM.** Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam.

3. Kal. Iulij. NAT. SANCTI PETRI.

ANTIPH. Nunc scio verè, quia misit Dominus angelū suum, & eripuit me de manu Herodis, & de omni expectatione plebis Iudæorum. **PSAL.** Domine, probasti me. **RESP.** Constitues eos principes super omnem terram, memores erunt nominis tui Domine. **VERS.** Pro patribus tuis nati sunt tibi filij, propterea populi confitebuntur tibi. **ALL.** Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. Item **ALL.** Nimis honorati sunt amici tui Deus, nimis confortatus est principatus eorum. **OFF.** Constitues eos principes super omnem terram, memores erunt

erunt nominis tui in omni progenie & generatione. **VERS. I.** Eructauit cor meum verbum bonum, dico ego opera mea regi. **VERS. II.** Lingua mea calamus scribæ velociter scribentis. speciosus forma præ filiis hominum, diffusa est gratia in labijs tuis. **VERS. III.** Propterea benedixit te Deus in æternum. accingere gladio tuo circa femur potentissimi me. **AD COM.** Simon Iohannis, diligis me plus his? Domine, tu omnia nôsti, tu scis quia amo te. pascere oues meas. **PSAL.** ut supra.

PRIDIE KAL. IUL. NAT. SANCTI PAULI.

ANTIPH. Scio cui credidi, & certus sum, quia potens est depositum meum seruare in illum diem. **PSAL.** 134. Domine, probasti. **RESP.** Qui operatus est Petro in apostolatū, & operatus est & mihi inter gentes. & cognouerunt gratiam DEI, quæ data est mihi. **VERS.** Gratia Dei in me vacua non fuit, sed gratia eius semper in me manet. **ALL.** Gaudete iusti in Domino, rectos decet conlaudatio. **OFF.** Mihi autem nimis. **AD COM.** Amen dico vobis, quòd vos qui reliquistis omnia, & secuti estis me: centuplum accipietis, & vitam æternam possidebitis. **PSAL.** ut supra.

[NAT. SANCTORVM PROCESSI ET MARTINIANI.]

ANTIPH. Iudicant sancti gentes, & dominantur populis. regnabit Dominus Deus illorum in perpetuum. **PSAL.** Exultate iusti in Domino. **RESP.** Exultabunt sancti in gloria. **VERS.** Cantate Domino. **ALL.** Mirabilis Dominus noster in sanctis suis. **OFF.** Gloriabuntur in te omnes. **VERS.** Verba mea. **AD COM.** Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium. **PSAL.** Nisi quia Dominus.]

ANTIPHONARIVS D. GREGORII
SANCTORVM SEPTEM FRA-
TRVM.

ANTIPH. Laudate pueri Dominum, laudate nomen Domini, qui habitare facit sterilem in domo, matrem filiorum latantē.
PSAL. Sit nomen Domini benedictum, ex hoc nunc & usque in seculum. RESP. Anima nostra sicut passer. VERS. Laqueus contritus est. ALL. Laudate pueri Dñm. OFF. Anima nostra. VERS. Nisi quia Dominus. AD COM. Quicumq; fecerit voluntatem patris mei qui in cælis est, ipse meus frater, soror, & mater est, dicit Dominus. PSAL. vt suprâ.

Huius
Octauæ
meminit
Microlog. c.

PRIDIE NONAS IVL. OCTAVA BEA-
TORVM APOSTOLORVM PE-
TRI ET PAULI.

44

ANT. Sapientiam sanctorum narrent populi, & laudes eorum nunciet ecclesia: nomina autem eorum viuent in seculum seculi.
PSAL. Exultate iusti in Domino. RESP. Iustorum animæ. VERS. Visi sunt oculis. ALL. Sancti tui, Domine, benedicent te: gloria regni tui dicent. OFF. Exultabunt sancti in gloria. AD COM. Iustorum animæ in manu Dei sunt. PSAL. vt suprâ.

[NAT. SANCTI BENEDICTI.]

Neq; hoc
offic. ha-
bet cod.
Bland.

ANT. Iustus vt palma. PSAL. Bonū est cōfiteri. RESP. Inueni David seruum meum, oleo sancto meo unxi eum, manus enim mea auxiliabitur ei, & brachium meum confortabit eum. VERS. Nihil proficiet inimicus in eo, & filius iniquitatis nō nocebit ei. ALL. Disposui testamentum electis meis. iuravi David seruo meo. OFF. Inueni David. AD COM. Beatus seruus, quem, cum venerit Dominus, inuenerit illum vigilantem: amen dico vobis, super omnia bona sua constituet eum.]

SANCTAE PRAXEDIS.

ANT.

ANTIPH. Loquebar de testimonijs tuis in conspectu regum, & non confundebat: & meditabar in mandatis tuis, quæ dilexi nimis. PSAL. Beati immaculati in via. RESP. Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem. VERS. Propterea unxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ. ALL. Specie tua & pulchritudine tua intende, prosperè procede & regna. OFF. Diffusa est gratia. AD COM. Simile est regnum cælorum homini negociatori, qui querenti bonas margaritas: inuenta vna preciosa margarita, dedit omnia sua, & comparauit eam. PSAL. vt suprâ.

NATAL. S. APOLLINARIS.

ANTIPH. Sacerdotes Dei, benedicite Domino: sancti & humiles corde, laudate Deum. PSAL. Memento Domine Dauid, & omnis mansuetudinis eius. RESP. Inueni David seruum meum. VERS. Nihil proficiet inimicus in eo. ALL. Memento Domine Dauid. OFF. Veritas mea & misericordia. AD COM. Semel iuravi in sancto meo, semen eius in æternum manebit: & sedes eius sicut sol in conspectu meo, & sicut luna perfecta in æternū, & testis in cælo fidelis. PSAL. Misericordias Domini.

Hoc offi-
cium ex
Graduali
D. Greg.
libro citat
Microlog. c. 43.

NATAL. S. FELICIS.

ANTIPH. Sacerdotes eius induantur iustitia, & sancti eius exultatione exultabunt. PSAL. Memento Domine Dauid. RESP. Ecce sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit Deo. VERS. Non est inuentus similis illi qui conseruaret legem excelsi. OFF. Veritas mea & misericordia mea cum ipso, & in nomine meo exaltabitur cornu eius. AD COM. Beatus seruus. PSAL. vt suprâ.

Etiā hoc
officium
ibid. citat
Microlog. c. 43.

[EODEM DIE NATAL. SS. SIMPLI-
CII, FAVSTINI, ET BEATRICIS.]

ANTIPH. Sapientiam sanctorum narrent populi. PSAL. Ex-

hoc quoq;
nō habet
cod. Blād.

f 3 ul-

ultate iusti in Domino. **RESP.** Clamauerunt iusti, & Dominus exaudiuit eos: & de omnibus tribulationibus eorum liberauit eos. **VERS.** Iuxta est Dominus his qui tribulato sunt corde, & humiles spiritu saluabuntur. **ALL.** Sancti tui Domine. **OFF.** Gloriabuntur in te omnes. **AD COM.** Ego vos elegi.]

NATAL. SANCTORVM ABDON ET SENNES.

ANTIPH. Intret in cōspectu tuo Domine gemitus compeditorum. **PSAL.** Deus, venerunt gentes **RESP.** Gloriosus Deus in sanctis suis. **VERS.** Dexterā tuā Domine. **ALL.** Sancti tui Domine. **OFF.** Mirabilis Deus in sanctis suis. **AD COM.** Posuerunt mortalia sanctorum. **PSAL.** Deus, venerunt.

[S. PETRI AD VINCVLA.

ANTIPH. Salus populi. **PSAL.** Adtendite populus meus legem meam. **RESP.** Saluum fac populum. **VERS.** Ad te, Domine, clamaui. **ALL.** Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam. **OFF.** Populum humilem saluum facies, & oculos superborum humiliabis. **AD COM.** Domine, si tu es.]

NATAL. S. STEPHANI PAPAE.

[**ANTIPH.** Iustus vt palma. **PSAL.** Bonum est confiteri Domino. **RESP.** Iustus non conturbabitur, quia Dominus firmat manum eius. **VERS.** Tota die miseretur & commodat, & semen eius in benedictione erit. **ALL.** Disposui testamentum electis meis, iuravi Dauid seruo meo. **OFF.** Inuēni Dauid seruum meum. **AD COM.** Domine, quinque talenta tradidisti mihi: ecce alia quinque superlucratus sum: eugē serue fidelis, quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam: intra in gaudium Domini tui.]

ALIA.

ANT.

ANTIPH. Sacerdotes eius induam saluari. **PSAL.** Memento Domine Dauid. **RESP.** Os iusti meditabitur sapientiam, & lingua eius loquetur iudicium. **VERS.** Lex Dei eius in corde ipsius, & non supplantabuntur gressus eius. **OFF.** Inuēni Dauid. **VERS. I.** Potens Domine. **VERS. II.** Veritas mea & misericordia mea. **AD COM.** Domine, quinque talenta tradidisti mihi. **PSALM.** vt suprā.

NATAL. S. XYSTI PAPAE.


ANTIPH. Sacerdotes Dei, Benedicite Domino. **PSAL.** Memento Domine Dauid. **RESP.** Sacerdotes eius induam saluari, & sancti eius exultatione exultabunt. **VERS.** Illuc producam cornu Dauid, paraui lucernā Christo meo. **ALL.** Inuēni Dauid. **OFF.** Inuēni Dauid. **AD COM.** Fidelis seruus & prudens, quem constituit Dominus super familiam suam, vt det illis in tempore tritici mensuram. **PSAL.** vt suprā.

EODEM DIE NAT. SANCTORVM FELICISSIMI ET AGAPITI.

ANTIPH. Salus autem iustorum à Domino, & protector eorum est in tempore tribulationis. **PSAL.** Noli emulari in malignantibus. **RESP.** Iustorum animę in manu dei sunt. **VERS.** Vili sunt oculis insipientium mori. **ALL.** Cantate domino canticum nouum, laus eius in ecclesia sanctorum. **OFF.** Gloriabuntur in te omnes qui diligunt nomen tuum, quoniam tu Domine benedices iusto: Domine, vt scuto bonę voluntatis tuę coronāsti nos. **VERS. I.** Verba mea auribus. **VERS. II.** Quoniam ad te orabo Domine. **AD COM.** Ego elegi vos de mundo. **PSAL.** vt suprā.

NATAL. S. CYRIACI.

ANT. Timete Dominum oēs sancti eius, quoniam nihil deest timētibus eum: diuites egerunt, & esurierunt: inquirentes autem Domi-



Dominum, non deficient omni bono. **PSAL.** Benedicam Domino in omni tempore, semper laus eius in ore meo. **RESP.** Timete Dominum omnes sancti eius, quoniam nihil d' est timentibus eum. **VERS.** Inquirentes autem Dominum, non deficient omni bono. **ALL.** Exultabunt sancti in gloria, lætabuntur in cubilibus suis. **OFF.** Lætamini in Domino, & exultate. **VERS. I.** Beati quorum remissæ. **VERS. II.** Pro hac orabit ad te omnis sanctus. **AD COM.** Signa eos qui in me credunt, hæc sequentur: Dæmonia eiicient, super ægros manus imponent, & benè habebunt.

VIGILIA S. LAURENTII.

ANTIPH. Dispersit, dedit pauperibus: iustitia eius manet in seculum seculi, cornu eius exaltabitur in gloria. **PSAL.** Beatus vir qui timet Dominum, in mandatis eius cupit nimis. **RESP.** Dispersit, dedit pauperibus: iustitia eius manet in seculum seculi. **VERS.** Potens in terra erit semen eius, generatio rectorum benedicetur. **OFF.** Oratio mea munda est, & ided peto, vt detur locus voci meæ in cælo: quia ibi est iudex meus, & conscius meus in excelso, ascendat ad Dominum deprecatio mea. **VERS.** Probavit me Dominus sicut aurum, vias eius custodiui, & à præceptis eius non discesi. Item aliud **OFF.** Gloria & honore. **AD COM.** Qui vult venire post me, abneget semetipsum: & tollat crucem suam, & sequatur me. **PSAL.** vt suprâ.

IN NATAL. S. LAURENTII.

ANTIPH. Confessio & pulchritudo in conspectu eius, sanctitas & magnificentia in sanctificatione eius. **PSAL.** Cantate Domino. **RESP.** Probâsti Dñe cor meum, & visitâsti nocte. **VERS.** Igne me examinâsti, & non est inuenta in me iniquitas. **ALL.** Beatus vir. **OFF.** Confessio & pulchritudo. **VERS. I.** Cantate Domino canticum nouum, cantate Domino omnis terra. **VERS. II.**

VERS. II. Cantate Domino, & benedicite nomini eius: adnunciate de die in diem salutare eius. **AD COM.** Qui mihi ministrat, me sequatur: & ubi ego sum, illic & minister meus erit. **PSAL.** vt suprâ.

NAT. S. TIBVRTII.

ANTIPH. Iustus vt palma florebit: sicut cedros quæ est in Libano, multiplicabitur. **PSAL.** Bonum est confiteri Domino, & psallere nomini tuo altissime. **RESP.** Os iusti meditabitur sapientiam. **VERS.** Lex Dei eius in corde. **ALL.** Gloria & honore coronâsti eum Domine. **OFF.** In virtute tua lætabitur iustus. **AD COM.** Posuisti Domine in capite eius. **PSAL.** Domine, in virtute tua.

NATAL. S. HIPPOLYTI ET SOCIORVM.

ANTIPH. Iusti epulentur, & exultent in conspectu Dei, & delectentur in lætitia. **PSAL.** Exurgat Deus, & dissipentur inimici eius: & fugiant, qui oderunt eum, à facie eius. **RESP.** Iustorum animæ. **VERS.** Visi sunt oculis insipientium mori. **ALL.** Sancti tui Domine. **OFF.** Anima nostra sicut passer. **AD COM.** Dico autem vobis amicis meis, nè terreamini ab his qui vos persequuntur. Item alia: Amen dico vobis, quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. **PSAL.** vt suprâ.

NATAL. S. EVSEBII.

ANTIPH. Os iusti meditabitur sapientiam, & lingua eius loquetur iudicium: lex Dei eius in corde ipsius. **PSAL.** Noli amulari in malignantibus. **RESP.** Os iusti meditabitur. **VERS.** Lex Dei eius. **ALL.** Iustus non conturbabitur. **OFF.** Desiderium anime. **VERS. I.** Vitam petijt. **VERS. II.** Lætificabis eum. **VER. III.** Inueniatur manus tua. **AD COM.** Beatus seruus. **PSAL.** vt suprâ.

146
Sicuti in-
fra notatū
est l. Sacr.
1. antiqui-
us videtur
hoc festū,
D. Greg.
olim Dor-
mitionis
appellatū.

[ADSVMPŢIO S. MARIÆ.

ANTIPH. Vultum tuum deprecabuntur omnes diuites ple-
bis: adducentur regi virgines post eam, proxime eius adducentur
tibi in lætitia & exultatione. PSAL. Eructauit cor meum verbum
bonum. RESP. Propter veritatem & mansuetudinem & iustitiam,
& deducet te mirabiliter dextera tua. VERS. Audi filia, & vide, &
inclina aurem tuam, quia concupiuit rex speciem tuam. ALL. Spe-
cie tua & pulchritudine tua intende, prosperè procede & regna.
OFF. Offerentur regi virgines post eam, proxime eius offerentur
tibi. AD COM. Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem: propter-
eā vnxit te Deus Deus meus. PSAL. vt supra.]

OCTAVA S. LAURENTII.

ANTIPH. Probasti Domine cor meum, & visitasti nocte: igne
me examinasti, & non est inuenta in me iniquitas. PSAL. Ex-
audi Domine iustitiam meam, intende deprecationem meam.
RESP. Posuisti Domine super caput eius coronam de lapide pre-
cioso. VERS. Desiderium anime eius tribuisti ei, & voluntate la-
biorum eius non fraudasti eum. ALL. Gloria & honore coro-
nasti eum Domine. OFF. In virtute tua Domine lætabitur iu-
stus, & super salutare tuum exultabit vehemèter: Desiderium ani-
me eius tribuisti ei. AD COM. Qui vult venire post me. PSAL.
vt supra.

NATAL. S. AGAPITI.

ANTIPH. Lætabitur iustus in domino, & sperabit in eo, & lau-
dabuntur omnes recti corde. PSAL. Exaudi Deus orationem
meam, cum deprecor, à timore inimici eripe animam meam. RESP.
Iustus non conturbabitur. VERS. Tota die miseretur & com-
modat. ALL. Beatus vir qui timet Dominum. OFFER. In
virtute tua lætabitur. AD COM. Beatus seruus. PSAL. vt supra.

[NATAL. SANCTORVM TIMO-
THEI ET SYMPHORIANI.

ANT.

ANTIPH. Salus autem iustorum. PSALM. Noli æmulari
in malignantibus. RESP. Preciosa in cōspectu Domini mors san-
ctorum eius. VERS. Credidi, propter quod locutus sum, ego autē
humiliatus sum nimis. ALL. Sancti tui Domine. OFF. Mirabilis
Deus in sanctis suis, Deus Israel ipse dabit virtutem & fortitudi-
nem plebi suæ, benedictus Deus, alleluia. AD COM. Ego vos ele-
gi de mundo.

[NATAL. S. GENE SII.

ANTIPH. Gloria & honore coronasti eum Domine, & con-
stituisti eum super opera manuum tuarum. PSAL. Domine Do-
minus noster. RESP. Domine, præuenisti eum. VERS. Vitam pe-
tijt. ALL. Iustus non cōturbabitur, quia Dominus firmat manum
eius. OFF. Desiderium anime eius tribuisti ei Domine, & volū-
tate labiorum eius non fraudasti eum: posuisti in capite eius co-
ronam de lapide preciso. AD COM. Qui vult venire.]

[NATAL. S. AVGVSTINI.

ANTIPH. Dicit Dominus: sermones mei, quos dedi in os tu-
um, non deficient de ore tuo. Adest enim nomen, & munera tua
accepta erunt super altare meum. PSAL. Domine, exaudi. RESP.
Iuravit Dominus. VERS. Dixit Dominus Domino meo. ALL.
Memento Domine Dauid, & omnis mansuetudinis eius. OFF.
Inueni Dauid. AD COM. Fidelis seruus.]

NATAL. S. HERMETIS.

ANTIPH. Iustus non conturbabitur, quia Dominus firmat
manum eius: tota die miseretur & commodat, & semen eius in be-
nedictione erit. PSAL. Noli æmulari in malignantibus. RESP.
Iustus vt palma florebit. VERS. Ad adnuncandum manè mi-
seric. ALL. Beatus vir qui suffert tentationē. OFF. In virtute tua
Domine. AD COM. Multitudo languentium, & qui vexaban-
tur à spiritibus immundis, veniebāt ad eum, quia virtus de illo exi-
bat, & sanabat omnes. PSAL. vt supra.

t 2

[DE-

Hoc quo-
quē offic.
& sequēs
non habet
Blād. cod.

ANTIPHONARIUS D. GREGORII
[DECOLLATIO S. IOHANNIS
BAPTISTAE.]

Isud etiã
desideraf
in Bland.
cod.

ANTIPH. In virtute tua Domine lætabitur iustus. PSAL. Vitam petijt. RESP. Domine, præuenisti. VERS. Vitam petijt. ALL. Beatus vir. OFF. Iustus vt palma. AD COM. Magna est gloria eius.]

NAT. S. SABINAE.

ANTIPH. Cognoui Domine, quia æquitas iudicia tua, & in veritate tua humiliasti me: confige timore tuo carnes meas, à mandatis tuis non me repellas. PSAL. Beati immaculati in via. RESP. Specie tua. VERS. Propter veritatem & mansuetudinem. ALL. Diffusa est gratia. OFF. Filia regum in honore tuo: adstitit regina à dextris tuis in vestitu deaurato, circumdata varietate. AD COM. Principes persequuti sunt me gratis, & à verbis tuis formidauit cor meum: lælabor ego super eloquia tua, sicut qui inuenit spolia multa: concupuit anima mea testimonia tua Domine, & dilexit ea vehementer. PSAL. vt suprã.

NATAL. SANCTORVM FELICIS
ET *AVDACTI.

* Aucti

ANTIPH. Sapientia sanctorum. PSAL. Exultate iusti in Domino. RESP. Gloriosus Deus in sanctis suis. VERS. Dextera tua Domine. ALL. Gaudete iusti in Domino, rectos decet cõlaudatio. OFF. Lætamini iusti in Domino. AD COM. Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine, dicit Dñs: & quod in aure auditis, prædicare super tecta.

Idẽ de hoc
festo. sens
tiendum,
quod su.
prã de fe.
sto assum
ptiõis ad
notauim?

[NATIVITAS S. MARIAE

ANTIPH. Vultum tuum Domine. PSAL. Eructauit cor meum. RESP. Dilexisti iustitiam. VERS. Propter veritatem. ALL. Adducentur regi virgines post eam, proximæ eius

eius offerentur tibi in lætitia. OFF. Offerentur regi. AD COM. Diffusa est gratia.]

NAT. S. ADRIANI.

ANTIPH. Lætabitur iustus in Domino. PSAL. Exaudi Deus orationem. RESP. Domine, præuenisti. VERS. Vitam petijt à te. ALL. Beatus vir. OFF. Gloria & honore coronasti eum. AD COM. Posuisti Domine.

[NAT. S. GORGONII.

Etiã hoc
officiũ de
sideratur
in Bland.
cod.

ANTIPH. Gloria & honore coronasti eum, & constituisti eum super opera manuum tuarum. PSAL. Domine Dominus noster. RESP. Posuisti Domine. VERS. Desiderium animæ. ALL. Gloria & honore. OFF. Posuisti Domine in capite eius coronam de lapide precioso, vitam petijt à te, & tribuisti ei. VERS. Desiderium animæ eius tribuisti ei, & voluntate labiorum eius non fraudasti eum. VERS. Magna est gloria eius in salutari tuo: gloriam & magnum decorem impones super eum. AD COM. Posuisti Domine.

NAT. SANCTORVM PROTI ET
HYACINTHI.

ANTIPH. Iudicant sancti gentes, & dominabuntur populis: regnabit Dominus eorum in perpetuum. PSAL. Exultate iusti in Dño. RESP. Vindica Domine sanguinẽ sanctorum tuorum, qui effusus est. VERS. Posuerunt mortalia seruatorum tuorum escas volatilibus cæli, carnes sanctorum tuorum bestijs terræ. ALL. Gaudete iusti in Domino, rectos decet conlaudatio. OFF. Gloriabuntur in te omnes qui diligunt nomen tuum, quoniam tu Domine benedices iusto: Domine, vt scuto bonæ voluntatis tuæ coronasti nos. AD COM. Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium. vel: Qui vult venire post me,

ANTIPHONARIVS D. GREGORII
EXALTATIO S. CRVCIS.

ANTIPH. Nos autem gloriari oportet in cruce Domini nostri Iesu Christi, in quo est salus, vita & resurrectio nostra, per quæ saluati & liberati sumus. PSAL. Dominus regnavit, decorem. RESP. Christus factus est. VERS. Propter quod & Deus. ALL. Dicite in gentibus, quia Dominus regnavit à ligno. OFF. Dextera Domini. AD COM. Nos autem gloriari oportet.

NAT. SANCTORVM CORNELII
ET CYPRIANI.

ANTIPH. Sacerdotes Dei. PSAL. Memento Domine Dauid. RESP. Sacerdotes eius. Illuc producam cornu Dauid. ALL. Disposui testamentum electis meis. OFF. Veritas mea. AD COM. Domine, quinque talenta tradidisti mihi, ecce alia quinque superlucratus sum. eugè serue fidelis, quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam, intra in gaudium Domini tui. PSAL. vt suprà.

NAT. S. NICOMEDIS.

ANT. Lætabitur iustus in Domino. PSAL. Beati quorū remissæ sunt iniquitates. RESP. Posuisti Dñe. Desiderium anime eius. ALL. Iustus non conturbabitur. OFF. Gloria & honore. AD COM. Qui vult venire post me. PSAL. vt suprà.

[NAT. SANCTAE EUPHEMIAE, AC
SANCTORVM LVCII ET
GEMINIANI.

ANT. Vultum tuum deprecabuntur. PSAL. Eructavit cor meum. RESP. Diffusa est gratia. VERS. Propter veritatem & mansuetudinem. ALL. Specie tua. OFF. Offerentur regi virgines. AD COM. Simile est regnum cælorum. Item alia.

In

In saluari tuo anima mea. PSAL. Beati immaculati in via.]

VIGILIA S. MATTHAEI.

ANT. Ego autem sicut oliua fructifera in domo Domini, speravi in misericordia Dei mei, & expectabo nomen tuum, quoniam bonum est ante conspectum sanctorum tuorum. PSAL. Quid gloriaris in malitia, qui potens es in iniquitate? RESP. Iustus vt palma florebit. VERS. Bonum est confiteri Domino. OFF. Gloria & honore. AD COM. Posuisti Domine.

NAT. S. MATTHAEI.

ANT. Os iusti meditabitur sapientiam, & lingua eius loquetur iudicium: lex Dei eius in corde ipsius. Ps. Noli æmulari in malignantibus, neque zelaueris facientes iniquitatem. RESP. Beatus vir qui timet Dominum. VERS. Potens in terra erit semen eius. ALL. Inueni Dauid. OFF. Posuisti Domine. VERS. I. Desiderium animæ eius. VERS. II. Magna est gloria. AD COM. Magna est gloria. PSAL. 20.

[NAT. S. MAVRICII.

ANTIPH. Intret in conspectu tuo Dñe. PSAL. Deus, venerunt gentes. RESP. Gloriosus Deus. VERS. Dextera tua Domine. ALL. Exultabunt sancti in gloria. OFF. Lætamini in Domino. AD COM. Postierunt mortalia.]

Hoc quos
quæ non
habet
Blan. cod.

[NAT. SANCTORVM COSMAE ET
DAMIANI.

ANT. Sapientiam sanctorum narrent populi. PSAL. Exultate iusti in Domino. RESP. Clamauerunt iusti, & Dñs exaudivit eos. VERS. Iuxta est Dominus. ALL. Sancti tui Domine. OFF. Gloriabuntur. AD COM. Posuerunt mortalia.]

DĒ

DEDICATIO BASILICAE SAN-
CTI MICHAELIS.

ANT. Benedicite Dominum omnes angeli eius, potentes vir-
tutes, qui facitis verbum eius, ad audiendam vocem sermonū eius.

PSAL. Benedic anima mea Domino, & omnia quæ intrā me sunt,
nomini sancto eius. RESP. Benedicite Domino omnes angeli
eius, potentes virtutes, qui facitis verbum eius. VERS. Benedic

* quæ in-
trā me
sunt

anima mea Dño, & omnia * interiora mea nomini sancto eius.
ALL. Laudate Dominum omnes angeli eius, laudate eum omnes
virtutes eius. ALL. Confitebor tibi Domine. OFF. In conspe-
ctu angelorum psallam tibi. VERS. I. Confitebor tibi Domi-
ne. VERS. II. Confiteantur tibi Domine omnes reges terræ. AD
COM. Benedicite omnes angeli Domini Domino, hymnum di-
cite, & superexaltate eum in secula.

NAT. S. MARCI.

ANT. Sacerdotes Dei, benedicite Domino. PSAL. Benedi-
cite omnia opera Domini Domino. RESP. Inuēni Dauid.
VERS. Nihil proficiet. ALL. Memento Dauid. OFF. Ve-
ritas mea. AD COM. Beatus seruus.

[VIGILIA SANCTI DIONYSII ET
SOCIORVM EIVS.]

Duo eti-
am hæc
officia,
Gallicana
sunt. qua-
rè rectè
omissa in
cod. Blan.

ANT. Salus autem iustorum à Domino, & protector eorum est
in tempore tribulationis. PSAL. Noli æmulari in malignanti-
bus. RESP. Vindica Domine. VERS. Posuerunt mortalia.
OFF. Exultabunt sancti in gloria. AD COM. Posuerunt mor-
talia.

[NAT. S. DIONYSII.]

ANT. Intret in conspectu tuo Domine. PSAL. Deus, vene-
runt

runt gentes. RESP. Gloriosus Deus. VERS. Dexterā tua Do-
mine. ALL. Gaudete iusti in Domino. OFF. Mirabilis Deus.
AD COM. Anima nostra.]

NAT. S. CALIXTI.

ANTIPH. Sacerdotes eius. PSAL. Memento Domine Da-
uid. RESP. Sacerdotes eius. VERS. Illuc producam cornu.
ALL. Inuēni Dauid seruum meum. OFF. Inuēni Dauid ser-
uum. AD COM. Beatus seruus.

VIGILIA APOSTOLORVM SIMO-
NIS ET IVDÆ.

ANTIPH. Intret in conspectu. PSAL. Deus, venerunt gen-
tes. RESP. Vindica Domine sanguinem seruorum tuorum.
VERS. Posuerunt mortalia seruorum tuorum. OFF. Exulta-
bunt sancti. AD COM. Iustorum animæ.

AD MISSAM.

ANTIPH. Mihi autem nimis honorati sunt amici tui Deus,
nimis confortatus est principatus eorum. PSAL. Domine, pro-
bāsti me, & cognouisti me, tu cognouisti sessionem meam & re-
surrectionem meam. RESP. Nimis honorati sunt amici tui
Deus, nimis confortatus est principatus eorum. VERS. Dinu-
merabo eos, & super arenam multiplicabuntur. ALL. Sancti
tui Domine. OFF. In omnem terram exiit sonus eorum, &
in fines orbis terræ verba eorum. VERS. Cæli enarrant gloriam
Dei, & opera manuum eius adnunciat firmamentum. AD COM.
Vos qui secuti estis me, sedebitis super sedes, iudicantes duodecim
tribus Israel. PSAL. vt suprā.

Kal. Nouemb. NAT. SANCTI
CAESARII.

v ANT.

ANT. Confessio & pulchritudo in conspectu eius. PSAL. Cantate Domino. RESP. Iustus non conturbabitur, quia Dñs firmat manū eius. VERS. Quotidiè miseretur & commodat, & semen eius in benedictione erit. OFF. In virtute tua Domine. AD COM. Qui vult venire post me. PSAL. vt suprà.

Hæc quo-
quæ offi-
cia duo
sequen-
tia, tan-
quàm re-
centiora,
D. Grego-
pretermi-
tuntur in
Blan.cod.

[VIGILIA OMNIUM SANCTORVM.]

ANT. Iudicant sancti gentes. PSAL. Exultate iusti in Domino. RESP. Gloriosus Deus. VERS. Dextera tua Dñe. OFF. Exultabunt sancti in gloria. AD COM. Dico aut vobis amicis meis, nè terreamini ab his qui vos persequuntur.]

[IN DIE AD MISSAM.]

ANT. Gaudeamus omnes in Domino, diem festum celebrantes sub honore Sanctorum omnium: de quorum solennitate gaudent angeli, & collaudant filium Dei. PSAL. Exultate iusti in Domino, rectos decet conlaudatio. RESP. Timete Dominum omnes sancti eius, quoniam nihil deest timentibus eum. VERS. Inquirentes autem Dominum, non deficient omni bono. ALL. Iusti epulentur, & exultent in cōspectu * Dei, delectentur in lætitia. OFF. Mirabilis Deus in sanctis suis. AD COM. Gaudete iusti in Domino.]

* Dei, &

5. Idus Nouembr. NAT. QVATVOR
CORONATORVM.

ANTIPH. Intret in conspectu tuo Domine gemitus. PS. Deus, venerunt gentes. RESP. Vindica Domine sanguinem seruorum tuorum. VERS. Posuerunt mortalia. ALL. Sancti tui Domine. OFF. Anima nostra sicut. AD COM. Posuerunt mortalia.

NAT. S. THEODORI.

ANT.

ANT. In virtute tua Dñe. PSAL. 20. Vitam petijt. RESP. Domine, præuenisti. VERS. Vitam petijt. ALL. Beatus vir. OFF. Gloria & honore. AD COM. Posuisti Domine.

NAT. S. MENNAE.

ANT. Os iusti meditabitur. PSAL. Noli æmulari in malignantibus. RESP. Gloria & honore. VERS. Et constituisti eum. ALL. Iustus non conturbabitur. OFF. Desiderium animæ eius. AD COM. Magna est gloria eius.

EODEM DIE NAT. S.
MARTINI.

ANTIPH. Sacerdotes tui. PSAL. Memento Domine Dauid. RESP. Inueni Dauid. VERS. Nihil proficiet. ALL. Disposui testamentum. OFF. Inueni Dauid seruum meum. AD COM. Domine, quinque talenta tradidisti mihi.]

Neq; hoc
habet
Blād.cod.
est enim
Gallicanū

NAT. S. CAECILIAE.

ANTIPH. Loquebar de testimonijs tuis in conspectu regum, & non confundebar: & meditabar in mandatis tuis quæ dilexi nimis. PSAL. Beati immaculati in via. RESP. Audi filia & vide. VERS. Specie tua. OFF. Offerentur regi virgines. AD COM. Confundantur superbi, quia iniuste iniquitatem fecerunt in me: ego autem in mandatis tuis exercebor in tuis iustificationibus, vt non confundar. Item alia: Feci iudicium & iustitiam: Domine, non calumnientur mihi superbi: ad omnia mandata tua dirigebar, omnem viam iniquitatis odio habui.

NAT. S. CLEMENTIS.

ANT. Dicit Dominus, si quis testimonium meum seruauerit.

v 2 PSAL.

PSAL. Misericordias Domini in æternum cantabo. RESP. Iuravit Dominus. VERS. Dixit Dominus Domino meo. ALL. Disposui. OFF. Veritas mea & misericordia mea. AD COM. Beatus seruus. Item alia: Domine, quinque talenta. PSAL. vt supra.

NAT. S. CHRYSOGONI.

ANTIPH. Lætabitur iustus. PSAL. Exaudi Deus orationem meam cum deprecor. RESP. Beatus vir. VERS. Potens in terra. ALL. Iustus non conturbabitur. OFF. Gloria & honore. AD COM. Posuisti Domine.

VIGIL. S. ANDREAE APOST.

ANT. Dominus secus mare Galilæe vidit duos fratres, Petrum & Andream, & vocauit eos: venite post me, faciam vos fieri piscatores hominum. PSAL. Cæli enarrant. RESP. Nimis honorati sunt. VERS. Dinumerabo eos. OFF. Gloria & honore. AD COM. Venite post me, faciam vos piscatores fieri hominum. PSAL. vt supra.

IN NAT. EIVSDEM.

ANT. Mihi autem nimis. VERS. Domine, probasti me RESP. Constitues eos principes super omnem terram: memores erunt nominis tui Domine. VERS. Pro patribus tuis nati sunt tibi filij, propterea populi confitebuntur tibi. ALL. Nimis honorati sunt amici tui Deus, nimis confortatus est principatus eorum. OFF. Mihi autem nimis. AD COM. Dicit Andreas Simoni fratri suo: inuenimus Messiam, qui dicitur Christus, & adduxit eum ad Iesum. PSAL. vt supra.

[Idibus Decembr. NAT. SANCTAE
LVCIAE.

ANT.

ANTIPH. Dilexisti iustitiam. PSAL. Eructauit cor meum verbum. RESP. Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem. VERS. Propterea vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ. OFF. Offerentur regi virgines post eam, proximæ eius offerentur tibi. VERS. I. Eructauit cor meum verbum bonum, dico ego opera mea regi. VERS. II. Adducentur in lætitia & exultatione, adducentur in templum regis. AD COM. Diffusa est gratia in labijs tuis, propterea benedixit te Deus in æternum. PSAL. vt supra.]

IN ORDINATIONE PONTIFICIS.

ANTIPH. Inuocauit me. PSAL. Qui habitat in adiutorio altissimi. RESP. Inueni Dauid. OFF. Inueni Dauid seruum meum. AD COM. Fidelis seruus & prudens, quem constituit Dominus super familiam suam.

Latiùs
oia hæc of-
ficia vide-
re est in
Ord. Rõ.
pag 97. &
sequ. vsq;
ad pa. 107.

IN ORDINATIONE EPISCOPI.

ANTIPH. Elegit te Dominus. PSAL. Exaudiat te Dominus in die tribulationis, protegat te nomen Dei Iacob. RESP. Memor sit Dominus omnis sacrificij tui, & holocaustum tuum pingue fiat. VERS. Mittat tibi auxilium de sancto, & de Sion tueatur te. ALL. Elegit te Dominus. Si in quadragesima euenerit, TRACTVS: Desiderium animæ eius tribuisti ei, & voluntate labiorum eius non fraudasti eum. OFF. Memor sit Dominus. VERS. Exaudiat te Dominus. AD COM. Vnguentum in capite.

ITEM ALIA.

ANTIPH. Sicut fui cum Moyses. PSAL. Exaudiat te Dominus. RESP. Mittat tibi Dominus. VERS. Exaudiat te Dominus. ALL. Disposui testamentum electis meis, iuravi Dauid seruo meo. OFF. Veritas mea & misericordia mea cum ipso. AD COM. Lætabor.

v 3 ITEM

ANTIPHONARIVS D. GREGORII
ITEM ALIA.

ANTIPH. Benedixit te hodiè. PSAL. Deus deorum Dominus locutus est, & vocauit terram. RESP. Immola Deo sacrificium laudis, & redde altissimo vota tua. VERS. Congregate illi sanctos eius, qui ordinant testamentum eius super sacrificia. ALL. Diffusa est gratia: Si in quadagesima euenerit, TRACTVS. Desiderium animæ eius. OFF. Benedic anima mea Domino, & omnia quæ intrà me sunt, nomini sancto eius. AD COM. Euntes, prædicate euangelium omni creaturæ: qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit: qui verò non crediderit, condemnabitur.

IN ORDINATIONE PLVRIMORVM EPISCOPORVM.

ANTIPH. Congregate illi. PSAL. Deus deorum Dominus locutus est. RESP. Immola Deo sacrificium laudis. VERS. Congregate illi sanctos. ALL. Sancti tui Domine. OFF. Benedic anima. AD COM. Messis quidem multa, operarij verò pauci. Rogate ergò Dominum messis, vt mittat operarios in messem suam.

* Dominica, & hic, & postea.

* HEBDOMADA I. POST OCT.
PENTECOSTES.

RECTÈ ITÀ HAS DOMINICAS INSCRIBI POST OCT. PENTECOSTE AD CONCORDIÀ OFFICIORUM DEDUCIT BERNO LI. DE MIS. CAP. 5. VBI ETIAM NOMINATIM HUIUS DOMINICÆ OFFICIÛ EXPLICAT, SICUT & MICROL. CA. 69.

ANTIPH. Domine, in tua misericordia speravi, exultauit cor meum in salutari tuo: cantabo Domino qui bona tribuit mihi. PSAL. 12. Vsq̄uequò Domine obliuisceris me in finem? Vsq̄uequò auertis faciem tuam à me? RESP. Ego dixi, Domine, miserere mei, sana animam meam quoniam peccaui tibi. VERS. Beatus qui intelligit super egenum & pauperem: in die mala liberauit eum Dominus. Item aliud RESP. Miserere mei Domine, quoniam infirmus sum: sana me Domine. VERS. Conturbata sunt omnia

omnia ossa mea, & anima mea turbata est valdè. ALL. Dominus regnauit, decorem indutus est: indutus est Dominus fortitudinem, & præcinxit se vltute. OFF. Intende voci orationis meæ. VERS. I. Verba mea auribus percipe Domine. VERS. II. Dirige in conspectu tuo viam meam. AD COM. Narrabo omnia mirabilia tua, lætabor & exultabo in te, psallam nomini tuo altissime. PSALM. 9.

HEBDOMADA SECVNDÀ.

ANTIPH. Factus est Dominus protector meus, & eduxit me in latitudinem: saluum me fecit, quoniam voluit me. PSAL. Diligam te Domine fortitudo mea, Dominus firmamentum meum & refugium meum, & liberator meus. RESP. Ad Dominum, dum tribularer, clamaui, & exaudiuit me. VERS. Domine, libera animam meam à labijs iniquis, & à lingua dolosa. Item RESP. Domine Dominus noster, quàm admirabile est nomen tuum in vniuersa terra. VERS. Quoniam eleuata est magnificentia tua super cælos. ALL. Deus iudex iustus, fortis & patiens, nunquid irascitur per singulos dies? OFF. Domine, conuertere, & eripe animam meam: saluum me fac propter misericordiam tuam. VERS. I. Domine, nè in ira tua arguas me, neque in furore tuo corripas me. VERS. II. Miserere mihi Domine, quoniam infirmus sum: sana me Domine, quoniam conturbata sunt omnia ossa mea. AD COM. Cantabo Domino qui bona tribuit mihi, & psallam nomini Domini altissimi. PSAL. 12.

HEBDOMADA TERTIA.

ANTIPH. Respice in me, & miserere mei Domine, quoniam vnicus & pauper sum ego: vide humilitatem meam & laborem meum, & dimitte omnia peccata mea Deus meus. PSAL. 24. Ad te, Domine, leuaui animam meam: Deus meus, in te confido, non

non erubescam. **RESP.** Iacta cogitatum tuum in Domino, & ipse te enutriet. **VERS.** Dum clamarem ad Dominum, exaudivit vocem meam ab his qui adpropinquant mihi. **Item. RESP.** Adiutor in oportunitatibus, in tribulatione. sperent in te, qui noverunt te, quoniam non derelinques querentes te Domine. **VERS.** Quoniam non in finem obliuio erit pauperis, patientia pauperum non peribit in æternum: Exurge Domine, non præualeat homo. **ALL.** Diligam te Domine virtus mea, Dominus firmamentum meum & refugium meum, & liberator meus. **OFF.** Sperent in te omnes, qui nouerunt nomen tuum Domine, quoniam non derelinquis querentes te: Pfallite Domino qui habitat in Sion, quoniam non est oblitus orationem pauperum. **VERS. I.** Sedes super thronum quæ iudicas iustitiam: increpasti gentes, & perijt impius: nomen eorum delæsti in æternum, & in seculum seculi: perijt memoria eorum cum sonitu, & Dominus in æternum permanet. **VERS. II.** Cognoscetur Dominus iudicia faciens: in operibus manuum suarum comprehensus est peccator. **AD COM.** Ego clamaui, quoniam exaudisti me Deus: inclina aurem tuam, & exaudi verba mea. **PSALM.** Exaudi Domine iustitiam meam.

HEBDOMADA QUARTA.

ANTIPH. Dominus inluminatio mea & salus mea, quem timebo? Dominus defensor vitæ meæ, à quo trepidabo? qui tribulant me inimici mei, infirmati sunt & ceciderunt. **PSAL.** ipse. Si consistant aduersum me castra, non timebit cor meum. **RESP.** Propicius esto Domine peccatis nostris, nè quandò dicant gentes, ubi est Deus eorum? **VERS.** Adiuua nos Deus salutaris noster, & propter honorem nominis tui Domine libera nos. **Item RESP.** Exurge Domine, non præualeat homo: iudicentur gentes in conspectu tuo. **VERS.** In conuertendo inimicum meum retrorsum, infirmabuntur & peribunt à facie tua: quoniam fecisti iudi-

iudicium meum & causam meam. **ALL.** Lauda anima mea Dominum: laudabo dominum in vita mea, pfallam Deo meo quàm diù ero. **OFF.** Inluma oculos meos, nè vnquam obdormiam in morte: nè quandò dicat inimicus meus, præualui aduersus eum. **VERS. I.** Vsquequò Domine obliuisceris me in finem? vsquequò auertis faciem tuam à me? **VERS. II.** Respice & exaudi me Domine Deus meus. **AD COM.** Dominus firmamentum meum & refugium meum, & liberator meus, Deus meus, adiutor meus. **PSALM. IO.**

HEBDOMADA QUINTA.

ANTIPH. Exaudi Domine vocem meam qua clamaui ad te: adiutor meus esto, nè derelinquas me, neque despicias me Deus salutaris meus. **PSALM.** Dominus inluminatio mea & salus mea, quem timebo? **RESP.** Protector noster adspice Deus, & respice super seruos tuos. **VERS.** Domine Deus virtutum, exaudi preces seruorum tuorum. **Item RESP.** Ab occultis meis munda me Domine, & ab alienis parce seruo tuo. **VERS.** Si mei non fuerint dominati, tunc immaculatus ero, & emundabor à delicto maximo. **ALL.** In te Domine speraui, non confundar in æternum. **OFF.** Benedicam Domino qui tribuit mihi intellectum: prouidebam Deum in conspectu meo semper, quoniam à dextris est mihi, nè commouear. **VERS. I.** Conferua me Domine, dixi Domino, Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges. **VERS. II.** Notas fecisti mihi vias vitæ, adimplebis me lætitia cum vultu tuo, delectationes in dextera tua vsque in finem. **AD COM.** Vnam petij à Domino, hanc requiram, vt inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ. **PSAL. 32.**

HEBDOMADA SEXTA.

ANTIPH. Dominus fortitudo plebis suæ, & protector salutarium Christi sui est. saluum fac populum tuum Domine, & be-

medic hereditati tuæ, & rege eos vsque in seculum. **PSAL.** Ad te Domine clamabo: Deus meus, nē fileas à me, nē quandò taceas à me, & assimilabor descendentibus in lacum. **RESP.** Conuertere Domine aliquantulum, & deprecare super seruos tuos. **VERS.** Domine, refugium factus es nobis à generatiōe & progenie. Item **RESP.** Vnam petij à Domino, hanc requiram, vt inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ. **VERS.** Vt videam voluntatem Domini, & protegar à templo sancto eius. **ALL.** Oēs gentes, plaudite manibus, iubilate Deo in voce exultationis. **OFF.** perface gressus meos in semitis tuis, vt non moueatur vestigia mea, inclina aurem tuam, & exaudi verba mea: mirifica misericordias tuas, qui saluos facis sperantes in te Domine. **VERS. I.** Exaudi Domine iustitiam meam, intende deprecationem meam. **VERS. II.** Custodi me Domine vt pupillam oculi, sub vmbra alarum tuarum protege me, à facie impiorum qui me affligerunt. **VERS. III.** Ego autem cum iustitia apparebo conspectui tuo: satiabor, cum apparuerit gloria tua. **AD COM.** Circuibo & immolabo in tabernaculo eius hostiam iubilationis, cantabo, & psallam dicam Domino. **PSAL. 26.**

HEBDOMADA SEPTIMA.

[Ista Hebdomada non est in Antiphonario Romano.]

ANTIPH. Omnes gentes, plaudite manibus, iubilate Deo in voce exultationis. **PSAL.** Quoniam excelsus terribilis, rex magnus super omnem terram. **RESP.** Venite filij, audite me: timorem Domini docebo vos. **VERS.** Accedite ad eum, & illuminamini, & facies vestræ non confundentur. Item **RESP.** Beata gens, cuius est Dominus Deus eius, populus quem elegit Dominus in hereditatem sibi. **ALL.** Eripe me de inimicis meis &c. **OFF.** Sicut in holocaustum arietum & taurorum, & sicut in millibus agnorum pinguium, sic fiat sacrificium nostrum in con-

Hochabet solus Blād, cod.

Huius of fertorij cōcordiā cum lect. Domini.

conspectu tuo hodiè vt placeat tibi, quia non est confusio confidentibus in te Domine. **VERS.** Et nunc sequimur in toto corde, & timemus te, & quærimus faciem tuam Domine, nē confundas nos, sed fac nobis iuxta mansuetudinem tuam, & secundum multitudinem misericordiæ tuæ: quia non est confusio confidentibus in te Domine. **AD COM.** Inclina aurem tuam, accelera vt eruas me. **PSAL. 30.**

HEBDOMADA VIII.

ANTIPH. Suscepimus Deus misericordiam tuam in medio templi tui: secundum nomen tuum Deus, ita & laus tua in fines terræ: iustitia plena est dextera tua. **PSAL.** Magnus Dominus & laudabilis nimis in ciuitate Dei nostri, in monte sancto eius. **RESP.** Liberasti nos Domine ex adfligentibus nos, & eos qui nos oderunt, confundisti. **VERS.** In Deo laudabimur tota die, & nomini tuo confitebimur in secula. Item **RESP.** Esto mihi in Deum protectorem, & in locum refugij, vt saluum me facias. **VERS.** Deus, in te speraui: Domine, non confundar in æternum. **ALL.** Te decet hymnus Deus in Sion, & tibi reddetur votum in Hierusalem. **VERS.** Replebimur in bonis domus tuæ, sanctum est templum tuum, mirabile in æquitate. **OFF.** Populum humilem saluum facies Domine, & oculos superborum humiliabis: quoniam quis Deus præter te Domine? **VERS. I.** Liberator meus de gentibus iracundis, & ab insurgentibus in me exaltabis me, à viro iniquo eripies me. **VERS. II.** Clamor meus. **AD COM.** Gustate & videte, quoniam suavis est Dominus. Beatus vir qui sperat in eo. **PSAL.** Benedicam Domino.

HEBDOMADA IX.

ANTIPH. Ecce Deus adiuuat me, & Dominus susceptor est animæ meæ, auerte mala inimicis meis, in veritate tua disperde illos, protector meus dñe. **PSAL.** Deus, in nomine tuo saluum me fac, & in virtute tua iudica me. **RESP.** Esto mihi in deū protectorem

x 2 & in

cæ 7. post Oct. Pent. annotat Berno lib. de Miss. c. item cum orat. Deus cuius prouidentia, ibidem, & Mic. c. 61.

& in locum refugij, vt saluum me facias. **VERS.** Deus, in te speraui. **Item RESP.** Speciosus forma præ filijs hominum: diffusa est gratia in labijs tuis, propterea benedixit te Deus in æternũ. **VERS.** Eructauit cor meum verbum bonum, dico ego opera mea regi. **ALL.** Adtendite populus meus legem meam, inclinate aurem vestram in verba oris mei. **OFF.** Iustitiæ Domini recte, lætificantes corda: & dulciora super mel & fauum. nam & seruus tuus custodit ea. **VERS. I.** Præceptum Domini lucidum, inluminans oculos: timor Domini sanctus, permanens in seculum seculi: iudicia Domini vera, iustificata in semetipsa. **VERS. II.** Et erunt vt complacent eloquia oris mei, & meditatio cordis mei in conspectu tuo semper. **AD COM.** Primum quærite regnum Dei, & omnia adijcientur vobis, dicit Dominus. **PSALM.** vt suprâ.

HEBDOMADA DECIMA.

ANTIPH. Dum clamarem ad Dominum, exaudiuit vocem meam ab his qui adpropinquant mihi, & humiliavit eos qui est ante secula, & manet in æternum: iacta cogitatum tuum in Domino, & ipse te enutriet. **PSAL. 54.** Exaudi Deus orationem meam, & ne despexeris deprecationem meam: intende mihi, & exaudi me. **RESP.** Domine Dominus noster, quam admirabile est nomen tuum in vniuersa terra? **VERS.** Quoniam eleuata est magnificentia tua super cælos. **Item RESP.** Benedictus dominus Deus Israel, qui facit mirabilia magna solus à seculo. **VERS.** Suscipiant montes pacem populo tuo, & colles iustitiam. **ALL.** Exultate Deo adiutori nostro, iubilate deo Iacob, sumite psalmum iocundum cum cithara. **OFF.** Ad te Domine leuavi animam meam, Deus meus, in te confido, non erubescam: neque inrideant me inimici mei, etenim vniuersi qui te expectant, non confundentur. **AD COM.** Acceptabis sacrificium iustitiæ, oblatiões & holocausta super altare tuum Domine. **PSAL. 50.**

HEBDOMADA XI.

ANT.

ANT. Deus in loco sancto suo, Deus qui inhabitare facit vnanimis in domo, ipse dabit virtutem & fortitudinẽ plebi suæ. **PSAL.** Exurgat Deus, & dissipentur inimici eius, & fugiant, qui oderunt eum, à facie eius. **RESP.** Custodi me Domine. **VERS.** De vultu tuo iudicium meum prodeat, oculi tui videant æquitates. **Item RESP.** Sciant gentes quoniam nomen tibi Deus, tu solus altissimus super omnem terram. **VERS.** Deus meus, pone illos vt rotam, & sicut stipulam ante faciem venti. **ALL.** Domine Deus salutis meæ, in die clamaui & nocte coram te. **OFF.** Exaltabo te Domine, quoniam suscepisti me, nec delectasti inimicos meos super me. Domine, clamaui ad te, & sanasti me. **VERS.** Domine, abstraxisti ab inferno animam meam: saluasti me à descendentibus in lacum. **AD COM.** Honora Dominum de tua substantia, & de primitijs frugum tuarum, vt impleantur horrea tua saturitate, & vino torcularia redundabunt. **PSAL.** vt suprâ.

HEBDOMADA XII.

ANTIPH. Deus, in adiutorium meum intende: Domine, ad adiuuandum me festina: confundantur & reuerantur inimici mei, qui quærent animam meam. **PSAL.** Oculi mei semper aduersum Iherusalem, qui volunt mihi mala. **RESP.** In Deo sperauit cor meum, & adiutus sum: & reffloruit caro mea, & ex voluntate mea confitebor illi. **VERS.** Ad te, Domine, clamaui: Deus meus, ne sileas, ne discedas à me. **Item RESP.** Protector noster. **VERS.** Domine Deus virtutum. **OFF.** Precatus est Moyses in conspectu Domini Dei sui, & dixit: Quare Domine irasceris in populo tuo? parce iræ animi tui, memento Abraham, Isaac, & Iacob, quibus iurasti dare terram fluentem lac & mel. & placatus factus est Dominus de malignitate, quam

Etiam hoc officium concordare cū Lect. Dominicæ 12. post Oct. Pentec. & cum oratione: Omnipotens & miser. Deus, de cuius munere, adnotat Berno loc. cit. vbi tamen responsoriũ citat: Benedicam Dominum in omni tempore.

x 3

dixit

dixit facere, populo suo. **VERS.** Dixit Dominus ad Moysen: Inuenisti gratiam in conspectu meo, & scio te præ omnibus. & festinans Moyses, inclinauit se in terram, & adorauit, dicens: Scio quia misericors es in millibus, auferens iniquitatem & peccata. Dixit Moyses & Aaron, dixit Moyses & Aaron ad omnem synagogam filiorum Israel, accedite ante Deum, maiestas Domini apparuit in nube, & exaudiuit murmurationem vestram in tempore. **AD COM.** De fructu operum tuorum Domine satiabitur terra, vt educas panem de terra, & vinum lætificet cor hominis: vt exhilaret faciem in oleo, & panis cor hominis confirmet. **PSAL.** 103.

HEBDOM. XIII.

ANTIPH. Respice Domine in testamentum tuum, & animas pauperum tuorum nè derelinquas in finem. exurge Dñe, & iudica causam tuam: & nè obliuiscaris voces quærentium te. **PSAL.** Vt quid, Deus, repulisti in finem? iratus est furor tuus super oues pascuæ tuæ? **RESP.** Benedicam Domino in omni tempore, semper laus eius in ore meo. **VERS.** In Domino laudabitur anima mea: audiant mansueti, & lætentur. Item **RESP.** Conuertere Domine aliquantulum, & deprecare super seruos tuos. **VERS.** Domine, refugium factus es nobis à generatione & progenie. **ALL.** Dominus regnauit, decorem. **OFF.** In te speraui Domine: dixi, tu es Deus meus, in manibus tuis tempora mea. **VERS.** I. Inlustra faciem tuam super seruum tuum, & saluum fac filium ancillæ tuæ. **VERS.** II. Quàm magna multitudo dulcedinis tuæ Domine, quam abscondisti timentibus te. **AD COM.** Panem de cælo dedisti nobis Domine, habentem omne delectamentum, & omnem saporem suauitatis. **PSAL.** vt suprâ.

HEBDOM. XIII.

ANT.

ANTIPH. Protector noster adspice Deus, & respice in faciem Christi tui: quia melior est dies vna in atrijs tuis super millia. **PSAL.** Quàm dilecta tabernacula tua Domine virtutum? concupiscit & deficit anima mea in atria Domini. **RESP.** Respice Domine in testamentum tuum, & animas pauperum tuorum nè obliuiscaris in finem. **VERS.** Exurge Domine, iudica causam tuam: memor esto obprobrij seruorum tuorum. Item **RESP.** Domine, exaudi orationem meam. **ALL.** Venite, exultemus Domino, iubilemus Deo salutari nostro. **VERS.** Præoccupemus faciem eius in confessione, & in psalmis iubilemus ei. **OFF.** Immittet angelum Dominus in circuitu timentium eum, & eripiet eos: gustate & videte, quoniam suavis est Dominus, **AD COM.** Panis quem ego dederò, caro mea est, pro seculi vita. **PSAL.** vt suprâ.

HEBDOM. XV.

ANTIPH. Inclina Domine aurem tuam ad me, & exaudi me, saluum fac seruum tuum Deus meus sperantem in te: miserere mihi Domine, quoniam ad te clamaui tota die. **PSAL.** Lætifica animam serui tui, quoniam ad te Domine animam meam leuaui. **RESP.** Bonum est confiteri Domino, & psallere nomini tuo altissime. **VERS.** Ad adnunciandum manè misericordiam tuam, & veritatem tuam per noctem. Item **RESP.** Timebunt gentes nomē tuum Domine, & omnes reges terræ gloriam tuam. **VERS.** Quoniam ædificauit Dominus Sion, & videbitur in maiestate sua. **ALL.** Quoniam Deus magnus Dominus, & rex magnus super omnem terram. **OFF.** Expectans expectaui dominum, & respexit me, & exaudiuit deprecationē meam: & misit in os meum canticum nouum, hymnum Deo nostro. **AD COM.** Qui manducat carnem meam, & bibit sanguinem meum, in me manet, & ego in eo, dicit Dominus. **PSAL.** vt suprâ.

HEBDOM.

læ iuuentus tua. **V E R S.** Dominus in cælo. **A D C O M.** Aufer à me obprobrium & contemptum, quia mandata tua exquisiui Domine. nam & testimonia tua, meditatio mea est. **P S A L.** Beati immaculati in via.

**SABBAT. IN XII. LECTIIONIBVS
AD S. PETRVM.**

Cod. Bland. hic ni. **A N T.** Venite, adoremus Deum, & * procedamus ante hil aliud habet, quã **Dominum,** ploremus ante eum qui fecit nos, quia ipse **Antiph. Offert. &** **Commun,** tanquam est Dominus Deus noster. **P S A L.** Venite, exultemus subindicans eadem **Dominum,** iubilemus Deo salutari nostro. [**R E S P.** Ego responforia hic legi debere, quæ suprà ha dixi, Domine miserere mei, sana animam meam, quia peccatur in ieiunio mē caui tibi. **V E R S.** Beatus qui intelligit super egenum & sis primi: nēpe, **Pro** pauperem, in die mala liberabit eum Dominus. **R E S P.** pitius, **Protector, Di** Timebunt gentes. **V E R S.** Quoniam edificauit, **R E S P.** rigatur, & saluum est Bonum est confidere in Dño. **V E R S.** Bonū est sperare repetēda censet **Mi.** in Dño. **R E S P.** Liberasti nos Dñe. **V E R S.** In Deo **croi. ca. 28. Quarē** laudabimur. **H Y M.** Benedictus es Dñe. **T R A C T.** Laudat **cod. Vltraiect. date** Dominum omnes gentes. **O F F.** Domine Deus **tanquam minus au.** salutis mee, in die clamaui & nocte coram te: intret oratio **thētica, lineis inclu.** mea in conspectu tuo Domine. **A D C O M.** Mense septimo festa celebrabitis, cum in tabernaculis habitare fecerim filios Israel, cum educerem eos de terra Aegypti, ego Dominus Deus vester. **P S A L.** vt suprà.

HEBDOM. XVIII

A N T. Da pacem Domine sustentibus te, vt prophetæ tui fideles inueniantur: exaudi preces serui tui, & plebis tuæ Israel. **P S A L. 114.** Dilexi, quoniam exaudiet Dominus vocem orationis mee. **R E S P.** Lætatus sum in his quæ dicta sunt mihi, in domum Domini ibimus. **V E R S.** Fiat pax in virtute tua, & abundantia in turribus tuis. **A L L.** Confitemini Domino, & inuocate nomen

men eius, adnunciate inter gentes opera eius. **O F F.** Sanctificauit Moyses altare Domino, offerens super illud holocausta: & immolans victimas, fecit sacrificium vespertinum in odorem suauitatis Domino Deo in conspectu filiorum Israel. **V E R S. I.** Locutus est Dominus ad Moysen, dicens: Descende ad me in montem Sina, & stabis super cacumen eius. Surgens Moyses, ascendit in montem vbi constituit ei Deus: & descendit ad eum Dominus in nube, & adstitit ante faciem eius. videns Moyses, procidens adorauit, dicens: Obscuro Domine, dimitte peccata populi tui, & dixit ad eum Dominus: Faciam secundum verbum tuum. **V E R S. II.** Oravit Moyses Dominum, & dixit: Si inueni gratiam in conspectu tuo, ostende mihi teipsum manifestè, vt videam te. Et locutus est ad eum Dominus, dicens: Non enim videbit me homo, & viuere potest, sed esto super altitudinem lapidis, & * protegat te dextera mea, donè pertranseam. dum pertranfiro, auferam manum meam, & tunc videbis gloriam meam, facies autem mea non videbitur tibi, quia ego sum Deus ostendens mirabilia in terra. **A D C O M.** Tollite hostias, & introite in atria eius, adorate Dominum in aula sancta eius. **P S A L. 95.**

HEBDOM. XIX.

A N T I P H. Salus populi ego sum, dicit Dominus, de quacunque tribulatione clamauerint ad me, exaudiam eos, & ero illorum Dominus in perpetuum. **P S A L. 77.** Adtendite populus meus legē meam, inclinate aurē vestram in verba oris mei, **R E S P.** Lætatus sum in his quæ dicta sunt mihi, in domū Domini ibimus. **V E R S.** Fiat pax in virtute tua, & abundantia in turribus tuis. **Item** **R E S P.** Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo Domine. **V E R S.** Eleuatio manuum mearū sacrificium vespertinum. **A L L.** Paratū cor meum Deus, paratum cor meū: cantabo, &

Etiā huius officij cōcordiam cum lect. Dom. 19. & Orat. Omnip. & miseric. Deus, vniuersa, vi. de apud Bern. loc. cit.

psallam tibi in gloria mea. **OFF.** Si ambulauero in medio tribulationis, viuificabis me Domine, & super iram inimicorum meorum extendes manum tuam: & saluum me fecit dextera tua. **VERs. I.** In quacunq; die inuocauero te, exaudi me: multiplicabis in anima mea virtutem. **VERs. II.** Adorabo ad templum sanctum tuum, & confitebor nomini tuo. **AD COM.** Tu mandasti mandata tua custodire nimis: ut in aera dirigantur viae meae ad custodiendas iustificationes tuas. **PSAL. 118.**

HEBDOM. XX.

Et huius quoq; cum lect. Dom. 20. & orat. Largire quae sumus.

ANTIPH. Omnia quae fecisti nobis Domine, in vero iudicio fecisti: quia peccauimus tibi, & mandatis tuis non obediimus: sed da gloriam nomini tuo, & fac nobiscum secundum multitudinem misericordiae tuae. **PSAL.** Beati immaculati in via. **RESP.** Oculi omnium in te sperant Domine, & tu das illis escam in tempore oportuno. **VERs.** Aperis tu manum tuam, & imple omne animal benedictione. **Item RESP.** Eripe me Domine de inimicis meis. **VERs.** Liberator meus. **ALL.** Redemptionem misit Dominus populo suo, mandauit in aeternum testamentum suum. **OFF.** Super flumina Babylonis illic sedimus & fleuimus, dum recordaremur tui Sion. **VERs. I.** Si oblitus fuero tui Hierusalem, obliuioni detur dextera mea. **VERs. II.** Memento Domine filiorum Edom in die Hierusalem. **AD COM.** Memento verbi tui seruo tuo Domine, in quo mihi spem dedisti: haec me consolata est in humilitate mea. **PSAL. 118.** vt supra.

HEBDOM. XXI.

Huius quoque officij concordia cum lect. Dom. 21. & orat. Familiam tuam, videlo, ci.

ANTIPH. In voluntate tua, Domine, vniuersa sunt posita, & non est qui possit resistere voluntati tuae, tu enim fecisti omnia, caelum & terram, & vniuersa quae caeli ambitu continentur. **PSAL. 118.** Beati immaculati. **RESP.** Domine, refugium factus

factus es nobis a generatione & progenie. **VERs.** Priusquam montes fierent aut formaretur terra & orbis, a seculo & in seculum tu es Deus. **ALL.** Laudate pueri Dominum, laudate nomen Domini. **VERs.** Sit nomen Domini benedictum, ex hoc nunc & vsque in seculum. **OFF.** Vir erat in terra nomine Iob, simplex & rectus, ac timens Deum, quem satan petijt vt tentaret, & data est ei potestas a Domino in facultate & in carne eius, perdiditque omnem substantiam ipsius, & filios, carnem quoque eius graui vlcere vulnerauit. **VERs. I.** Utinam appenderentur peccata mea, utinam appenderentur peccata mea, quibus iram merui, quibus iram merui, & calamitas, & calamitas, & calamitas quam patior, haec grauior appareret. **VERs. II.** Quae est enim, quae est enim, quae est enim fortitudo mea, vt sustineam? aut quis finis meus, vt patienter agam? **VERs. III.** Nunquid fortitudo lapidum est fortitudo mea? aut caro mea aenea est? aut caro mea aenea est? **VERs. IIII.** Quoniam quoniam quoniam non reuertetur oculus meus, vt videam bona, vt videam bona, vt videam bona, vt videam bona, vt videam bona, vt videam bona, vt videam bona, vt videam bona, vt videam bona. **AD COM.** In salutari tuo anima mea, & in verbum tuum speraui, quando facies de persequentibus me iudicium: iniqui persecuti sunt me, adiuua me Domine Deus meus. **PSAL.** vt supra.

HEBDOMADA XXII.

ANTIPH. Si iniquitates obseruaueris Domine, Domine, quis sustinebit? quia apud te propitiatio est Deus Israel. **PSAL.** De profundis clamaui ad te Domine, Domine exaudi vocem meam. **RESP.** Ecce quam bonum & quam iocundum habitare fratres in vnum. **VERs.** Sicut unguentum in capite, quod descendit in barbam, barba Aaron. **VER.** Mandauit Dominus benedictionem & vitam vsque in seculum. **ALL.** Qui timent Dominum, sperent in eo: ad-

Concordiam denique huius officij cum Dñice 22. lect. & orat. Deus refugium, vide loc. cit. Repetendum vero esse hoc officium, si plures occurrant Dñice, tradit Mic. c. vlt. ita tñ, vt sequens officium semper dicat proxima iutor ante aduet. Dñic.

iutor & protector eorum est. OFF. Recordare mei Domine, omnia potentia tua dominans: da sermonem rectum & bene sonantem in os meum, vt placeant verba mea in conspectu principis. VERS. Euerte cor eius in odium repugnantium nobis, & in eos qui consentiunt eis. Nos autem libera in manu tua Deus noster in æternum. AD COM. Dico vobis, gaudium est angelis Dei, super vno peccatore poenitentiam agente. PSAL. vt supra.

HEBDOMADA XXIII.

ANTIPH. Dicit Dominus, ego cogito cogitationes pacis, & non afflictionis: inuocabitis me, & ego exaudiam vos, & reducam captiuitatem vestram de cunctis locis. PSAL. Benedixisti Domine terram tuam, auertisti captiuitatem Iacob. RESP. Timebunt gentes. VERS. Quoniam ædificauit. Item RESP. Liberasti nos Domine ex adfligentibus nos, & eos qui nos oderunt, confudisti. VERS. In Deo laudabimur tota die, & nomini tuo confitebimur in secula. ALL. Dilexi, quoniam exaudiet Dominus vocem orationis meæ. OFF. De profundis clamaui ad te Domine: Domine, exaudi vocem meam. VERS. I. Fiant aures tuæ intendentes in orationem serui tui. VERS. II. Si iniquitates obseruaueris Domine, Domine, quis sustinebit? AD COM. Amen dico vobis, quidquid orantes petitis, credite quia accipietis, & fiet vobis. PSAL. De profundis.

[DE S. TRINITATE.]

Hoc officium Gregorianum non esse, sed ab Albino & Stephano Leodiensium compositum satis constat ex Mic. 60.

ANTIPH. Benedicta sit sancta Trinitas, atque indiuisa unitas: confitebimur ei, quia fecit nobiscum misericordiam suam. PSAL. Benedicamus Patrem & Filium cum sancto Spiritu, laudemus & superexaltemus eum in secula. RESP. Benedictus es Domine, qui intueris abyssos, & sedes super Cherubin. VERS. Benedicite Deum cæli. ALL. Benedictus es Domine Deus patrum nostrorum, & laudabilis in secula. OFF. Benedictus sit Deus Pater, vnigenitusque Dei Filius, sanctus quoque Spiritus, quia

quia fecit nobiscum misericordiam suam. VERS. Benedicamus Patrem & Filium cum sancto Spiritu, laudemus & superexaltemus eum in secula. AD COMM. Benedicite Deum cæli, & coram omnibus viuentibus cõfitemini ei, quia fecit nobiscum misericordiam suam.]

[PRO ITER AGENTIBVS.]

ANTIPH. Benedictus Dominus Deus. PSAL. Exurgat Deus, & dissipentur inimici eius, & fugiant, qui oderunt eum, a facie eius. RESP. Si ambulem in medio vmbrae mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es Domine. VERS. Virga tua & baculus tuus ipsa me consolata sunt. RESP. Eripe me de inimicis meis Deus meus, & ab insurgentibus in me, libera me. VERS. Liberator meus de gentibus iracundis. OFF. Perfice gressus meos in semitis tuis, vt non moueantur vestigia mea. VER. Gressus meos dirige secundum eloquium tuum, vt non domineatur mei omnis iniustitia. AD COM. Tu mandasti mandata tua custodiri nimis. Vtinam dirigantur viæ meæ ad custodiendas iustificationes tuas.]

Hoc quod officium non esse Gregor. patet ex Amalar. Præf. 2. li. de eccl. offic.

IN AGENDA MORTVORVM.

ANTIPH. Requiem æternam dona eis Domine, & lux perpetua luceat eis. PSAL. Te decet hymnus Deus in Sion, & tibi reddetur votum in Hierusalem: exaudi orationem meam, ad te ois caro veniet. RESP. Requiem æternam dona eis Domine, & lux perpetua luceat eis. VERS. Anima eius in bonis demoretur, & semen eius hereditet terram. * OFF. Erue Dñe animas eorum ab omni vinculo delictorum, vt in resurrectionis gloria inter sanctos tuos resuscitari mereantur. VERS. Tuam DEVS pijsime pater deposcimus pietatem, vt eis tribuere digneris placitas & quietas mansiones. AD COMM. Audiui vocem de cælo, dicentem mihi:

* Alleluia omitti in agendis mortuorum testat Alc. pa. 96. vbi & causam explicat, sicut & Amal. 1. 3. mihi: cap. 44.

mihī: Scribe, beati mortui qui in Domino moriuntur: amodò em̄ iam dicit spiritus, vt requiescant à laboribus suis. Opera enim illorum sequuntur illos.

ITEM ALIA.

ANTIPH. Subuenite sancti Dei, succurrite angeli Domini, suscipientes animam eius, offerentes eam in conspectu altissimi.

PSAL. Anima eius in bonis demoretur, & semen eius hæreditet terram. RESP. Conuertere anima mea in requiem tuam, quia Dominus benefecit tibi.

VERS. Quia eripuit animam meam de morte, oculos meos à lachrymis, pedes meos à lapsu. OFF. Misere mihi Deus secundum.

VERS. I. Quoniam iniquitatem meam ego. VERS. II. Tibi soli peccaui. Item OFF. Dexteram Domini fecit virtutem, dexteram Domini exaltauit me:

non moriar, sed viuam, & narrabo opera Domini. VERS. I. In tribulatione mea inuocaui Dominum, & exaudiuit me in latitudine Dominus.

VERS. II. Impulsus, versatus sum vt caderem, & Dominus suscepit me. Item OFF. Conuertere Domine, & eripe animam meam, saluum me fac propter misericordiam tuam.

VERS. I. Domine, nè in ira tua arguas me, neque in furore tuo corripas me. VERS. II. Misere mihi Domine, quoniam infirmus sum: sana me Domine, quoniam conturbata sunt omnia ossa mea.

AD COM. Ego sum resurrectio & vita, dicit Dominus. Qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, viuet.

SA

SACRA¹⁷⁷

MENTORVM

LIBRI TRES:

QVORVM PRIMVS EST

DIVI GREGORII, SE

CVNDVS GRIMOL

DI ABBATIS,

TERTIVS

ALCVI

NI.

Z IN NO-

* In Christi no-
mine, in nomine
Dei summi.
* Romano

CIPIT LIBER SACRAMENTORVM
DE CIRCVLO ANNI, A SANCTO
GREGORIO PAPA *EDITVS,
QUALITER MISSA ROMA-
NA CELEBRATVR,
HOC EST:

In primis dicitur Introitus, qualis fuerit statutis tempo-
ribus, siue diebus festis, seu quotidianis.

Deindè, KYRIE ELEISON dicitur.

* dicitur

* affuerit,
* Verba hæcli-
neis inclusa, de-
bere legi hoc lo-
co, testatur berno-
li. de Missa ca. 2.
* dicitur, recitatur
* sequitur Apo-
stolus,

Item * canitur, GLORIA IN EXCELSIS
DEO, si Episcopus * fuerit, tantummodò die Dominico,
siue diebus festis. [*A Presbyteris autem minimè dicitur,
nisi solo in Pascha.] Quando verò Litania agit, neque
Gloria in excelsis Deo, neque Alleluia cantatur.

Postmodùm * sequitur Oratio [vna.]

Deindè * legitur Epistola.

Item Gradale siue ALLELVIA.

Postmodùm legitur Euangelium.

Deindè cantatur Offertorium [& offeruntur à populo
oblationes & vinum, è quibus in altari ponuntur, vt sacren-
tur] & dicitur Oratio super Oblata.

Qua completa, dicit Sacerdos excelsa voce:

PER OMNIA SECVLA SECVLO-
RVM. Respon. AMEN. DOMINVS VO-
BISCVM. Respon. ET CVM SPIRITV
TVO. SVRSVM CORDA. Respon. HA-
BEMVS AD DOMINVM. GRATIAS
AGAMVS DOMINO DEO NOSTRO.
Respon. DIGNVM ET IVSTVM EST.

VE-

VERE DIGNVM ET IVSTVM EST,
AEQVVM ET SALVTARE.

Nos tibi semper & vbiqùe gratias agere, Domine sancte, pa-
ter Omnipotens, æterne Deus, per Christum Dominum nostrum.
Per quem maiestatem tuam laudant Angeli, adorant Dominatio-
nes, tremunt Potestates: Cæli cælorumque Virtutes, ac beata Se-
raphin socia exultatione concelebrat. Cum quibus & nostras vo-
ces vt admitti iubeas, deprecamur, supplici confessione dicentes:

SANCTVS, SANCTVS, SANCTVS, Dominus
Deus Sabaoth. Pleni sunt cæli & terra gloria tua, Osanna in ex-
celsis. Benedictus qui venit in nomine Domini,
Osanna in excelsis.

Osanna in excelsis.



E I G I T V R C L E -
M E N T I S S I M E P A -
T E R P E R I E S V M
C H R I S T V M F I L -
L I V M T V V M D O -
M I N V M N O -
S T R V M, supplices
rogam⁹ ac petimus,
vt̄ accepta habeas et
benedicasthec dona,
† hæc munera, † hæc
sacrificia illibata: In-

primis quæ tibi offerimus pro Ecclesia tua san-
cta Catholica, quam pacificare, custodire, adu-
nare, & regere digneris toto orbe terrarum, vnà
cum beatissimo famulo tuo Papa nostrò N. &
Antistite nostro N. & Rege nostro, * & omnibus
orthodoxis atque Catholicæ & Apostolicæ fidei
cultoribus.

sicuti pleriq; coo-
dices habent hæc
literam T. loco
Crucis Dñicæ, ita
etiã quidã habet
hoc ipso signo T:
effigie saluatoris
quatuor clavis af-
fixam: reperiuntur
aut̄ in omnibus
signa illa sanctæ
Crucis locis qui-
bus adnotauim⁹.

* Particulam illã,
& omnibus &c.
habent cõformi-
ter oēs Ms. cod.
Item Alc. pa. 87.

Colon. cod. in
margine, * & corū
quorū nomina ad
memorādum cō-
scripsimus, ac fu-
per sanctum alta-
re tuum scripta
adesse videntur.

Etiā illud, Pro
quibus tibi offer-
rimus, habent
omnes MS. cod.

* Tathei

Colon. cod. in
margine, * Nec
nō illorum mar-
tyrum, quorum
hodiē per vniuer-
sum mundum in
conspēctū glori-
æ celebratur tri-
umphus. Quæ ta-
men verba pri-
mū à Greg. 3. in
honorē omnium
sanctorum vsta-
ta fuisse, adnotat
Vualaf. cap. 22.

MEMENTO DOMINE famulorum famula-
rumque tuarum, * & omnium circum adstanti-
um, quorū tibi fides cognita est & nota deuotio:
* p quib⁹ tibi offerimus, vel qui tibi offerūt hoc
sacrificiū laudis, pro se suisque omnibus, pro re-
demptione animarum suarum, pro spe salutis &
incolumitatis suæ, tibiq; reddunt vota sua æter-
no Deo viuo & vero.

COMMUNICANTES, & memoriam venerātes
in primis gloriosæ semper virginis Mariæ geni-
tricis Dei & Domini nostri Iesu Christi. Sed &
beatorum Apostolorū ac Martyrū tuorum Pe-
tri, Pauli, Andreæ, Iacobi, Ioannis, Thomæ, Iaco-
bi, Philippi, Bartholomæi, Matthæi, Simonis &
* Tathæi, Lini, Cleti, Clementis, Xysti, Cornelij,
Cypriani, Laurētij, Chryfogoni, Iohānis & Pau-
li, Cosmæ & Damiani. Et omnium sanctorum
tuorum, * quorum meritis precibusq; cōcedas,
vt in omnibus protectionis tuæ muniamur auxi-
lio: Per Christum Dominum nostrum.

HANC igitur oblationem seruitutis nostræ, sed
& cunctę familię tuę, quęsumus Dñe, vt placatus
accipias: Diesq; nostros in tua pace disponas, at-
que ab æterna damnatiōe nos eripi, & in electo-
rum tuorum iubeas grege numerari: Per Chri-
stum Dominum nostrum.

QUAM oblationem tu Deus in om̄ibus, quęsu-
mus, † benedictā, † adscriptam, † ratam, rationa-
bilem acceptabilemq; facere digneris, vt nobis
corpus † & sanguis fiat dilectissimi filij tui Do-
mini nostri Iesu Christi.

QVI

QVI pridie quā pateretur, accepit panem in san-
ctas ac venerabiles manus suas, & eleuatis oculis in
cælum ad te Deum patrem suum omnipotentem, tibi
gratias agens, † benedixit, fregit, deditque discipulis
suis, dicens: Accipite & manducate ex hoc omnes.
HOC EST ENIM CORPVS MEVM.

SIMILI modo postea quā cœnatum est, accipiens
& hunc præclarum calicem in sanctas ac venerabiles
manus suas, item tibi gratias agens, † benedixit, dedit
discipulis suis, dicens: Accipite & bibite ex eo omnes:
**HIC EST ENIM CALIX SANGVINIS
MEI, NOVI ET AETERNI TESTAMEN-
TI, MYSTERIUM FIDEI: QVI PRO
VOBIS ET PRO MVLTIS EFFVNDETVR
IN REMISSIONEM PECCATORVM.**
Hæc quotiescunq; feceritis, in meī memoriam fa-
cietis.

VNDE & memores Domine nos serui tui, sed &
plebs tua sancta, eiusdem Christi filij tui Domini Dei
nostri, tam beatę passionis, necnon & ab inferis resur-
rectionis, sed & in cælos gloriosæ ascensionis, offeri-
mus præclarę maiestati tuæ de tuis donis ac datis †
hostiam puram, † hostiam sanctam, † hostiam imma-
culatam, † panem sanctum vitæ æternæ, † & calicem
salutis perpetuæ.

SVPRA quæ propitiō ac sereno vultu respicere di-
gneris, & accepta habere, sicuti accepta habere digna-
tus es munera pueri tui iusti Abel, & sacrificium pa-
triarchæ nostri Abrahæ, & quod tibi obtulit summus
sacerdos tuus Melchisedech sanctum sacrificium, im-
maculatam hostiam.

z 3

SVP-

Particulā,
eiusdē, ha-
bēt omnes
MS. cod.
sicut etiā
part. Dei,
excepto
vno, ha-
bet etiam
Amal. l. 3.
c. 25.

SUPPLICES te rogamus omnipotens Deus, iube hæc perferri per manus sancti angeli tui in sublime altare tuum, in conspectum Diuinæ Maiestatis tuæ, ut quotquot ex hac altaris participatione sacrosanctum filij tui † corpus † & sanguinem sumpserimus, omni benedictione cælesti & gratia repleamur. Per Christum Dominum nostrum.

Vocem, nomina, habet solus Colō. cod. rum autem & hic & antea in cōmemoracione viuorū omnia viderur, quā sublata est vetus cōsuetudo nomina publicè recitandi, de qua vide adnot. nostras in Cypr. ad Ep. 20. de presbyteris, qui temerè laps. pacē dabant. Item Alcuin. pa. 89. In Colonienfi altero legebatur, Memento etiam famulorum N. famularumq; N. tuarum qui.

MEMENTO etiam Domine & eorum [nomina] qui nos præcesserunt cum signo fidei, & dormiunt in somno pacis. Ipsi Domine & omnibus in Christo quiescentibus locum refrigerij, lucis & pacis ut indulgeas, deprecamur. Per Christum Dominum nostrum.

NOBIS quoque peccatoribus famulis tuis, de multitudine miserationum tuarum sperantibus, partem aliquam & societatem donare digneris cum tuis sanctis Apostolis & Martyribus: cum Iohanne, Stephano, Mathia, Barnaba, Ignatio, Alexandro, Marcellino, Petro, Felicitate, Perpetua, Agatha, Lucia, Agne, Cecilia, Anastasia: & cum omnibus sanctis tuis, intra quorum nos consortiū, non æstimator meriti, sed veniē quæsumus largitor, admitte. Per Christum Dominum nostrum.

PER QUEM hæc omnia Domine semper bona creas †, sanctificas †, viuificas †, benedicis & præstas nobis. † Per ipsum, † & cum ipso, † & in ipso est tibi Deo patri omnipotenti in vnitate spiritus sancti omnis honor & gloria.

PER OMNIA SECVLA SECVLORVM. Resp. AMEN. OREMVS.

P R A E-

PRÆCEPTIS salutaribus moniti, & diuina institutione formati, audemus dicere: **PATER** NOSTER qui es in cælis, sanctificetur nomen tuum. Adueniat regnum tuum. Fiat voluntas tua sicut in cælo & in terra. Panem nostrum quotidianum da nobis hodiè. Et dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. **ET NE NOS INDVICAS IN TENTATIONEM.** Resp. **SED LIBERA NOS A MALO.** Amen.

LIBERA nos, quæsumus, Domine ab omnibus malis præteritis, præsentibus & futuris, & intercedente beata & gloriosa semper virgine Dei genitrice Maria, & beatis Apostolis tuis Petro & Paulo, atque Andrea, [necnon & beato Cyriaco martyre tuo, & sancto Martino Confessore tuo] cum omnibus sanctis: da propitius pacē in diebus nostris, ut ope misericordiæ tuæ adiuti, & à peccato simus semper liberi, & ab omni perturbatione securi. Per Dominum nostrum.

PER OMNIA SECVLA SECVLORVM. Resp. AMEN. PAX DOMINI SIT SEMPER VOBIS CVM. Resp. **ET CVM SPIRITV TVO.**

AGNVS Dei qui tollis peccata mūdi, miserere nobis,

IN NOMINE DOMINI.

VIII. KALEND. IAN. ID EST, DIE XXIII. MENSIS DECEMB. VIGILIA NATALIS DOMINI. AD SANCTAM MARIAM.

Oratio.

Tres quidem cruces solummodò habent MS. cod., verū quinque fieri debere, adfruit Microl. c. 17. & 23.

sicuti hæc sanctorū nomina in cod. Col. 16. sic & in alijs aliorum aliquot nomina reperire est. Id enim iuxta Ord. Roman. hoc solo loco licere, asserit Microlog. c. 13. in duobus tamē codicibus etiā Colonien. ea non erant.

Oratio.

DEVS, qui nos redemptionis nostræ annua expectatione lætificas, præsta, vt vnigenitum tuum, quem redemptorem læti suscepimus, venientem quoquè iudicem securi videamus. Per Dominum.

* Super oblat.

* Secreta.

DA nobis, quæsumus, omnipotens Deus, vt sicut adoranda filij tui natalitia præuenimus, sic eius munera capiamus semperpiterna gaudentes. Qui tecum viuuit.

Post communionem.

DA nobis Domine, quæsumus, vnigeniti filij tui recensita natiuitate respirare, cuius cælesti mysterio pacimur & potamur. Per eundem.

Quum cõstet ex Microlog. c. 51. Orationes sup populū, non nisi in Quadrages. olim dici solitas, ob gentium flexionem, quæ alijs anni tēporibus non est vñitata, satis apparet, hanc & similes in Dñicis diebus, non esse Gregorianas. Et verò frequenter desiderabatur in Colonienfi cod. sed in pietatis studioforum gratiā, ex codicibus s. Bauonis Ganden. eas vbiq; suppleuimus, ex quorū etiā vno Orationes ad Vesperos, adiecimus. testatur id ipsum Amalar. iuxta dicta s. Augustini Prefat. 2. lib. de eccl. offi.

Super populum.

PRÆSTA, quæsumus, Domine deus noster, vt familiaria tua, quæ filij tui Domini nostri Iesu Christi est aduendici solitas, ob gentium saluata, eius etiam sit perpetua redemptione secura. Per eundem.

Ad Vesperos.

PRÆSTA misericors Deus, vt ad suscipiendum filij tui singulare natiuitatis mysterium, & mentes credentium præparentur, & non credentium corda subdantur. Per eundem.

VIII. KAL. IAN. ID EST,
XXV. DIE MENSIS DECEMB.
NATALE DOMINI
MEDIA NOCTE AD SANCTAM
MARIAM MAIOREM.

Deus,

DEVS, qui hęc sacratissimam noctem veri luminis fecisti illuminatione clarescere, da, quæsumus, vt cuius lucis mysteria in terra cognouimus, eius quoquè gaudijs in cælis perfruamur. Qui tecum.

Secreta.

ACCEPTA tibi sit Domine, quæsumus, hodiernæ festiuitatis oblatio, vt tuæ gratia largiente, per hęc sacrosancta commercia in illius inueniamur forma, in quo tecum est nostra substantia. Qui tecum.

VERE DIGNVM & iustum est, vsque, æterne Deus: Quia per incarnati verbi mysterium, noua mentis nostræ oculis lux tuę claritatis infulsit: Vt dum visibiliter Deum cognoscimus, per hunc inuisibilem amore rapiamur. Et ided cum angelis & archangelis.

Infra actionem.

COMMUNICANTES, & noctem sacratissimam celebrantes, qua beatæ Mariæ intemerata virginitas huic mundo edidit Saluatorem: Sed & memoriam venerantes eiusdem gloriosæ semper virginis Mariæ.

Post communionem.

DA nobis, quæsumus, Domine Deus noster, vt qui natiuitatem Domini nostri Iesu Christi nos frequentare gaudemus, dignis conuersationibus ad eius mereamur pertinere consortium. Qui tecum.

MANE PRIMO, AD SANCTAM ANASTASIAM.

DA, quæsumus, omnipotēs, vt qui noua incarnati verbi tui luce perfundimur, hoc in nostro resplendat opere, quod per fidē fulget in mente. Per eundem.

Alia.

DA, quæsumus, omnipotens Deus, vt qui B. Anastasiæ martyris

Orationes has de S.

Anastasia dici solū. tyris tuæ solennia colimus, eius apud te patrocina sentia-
modò solitas in sta- mus, Per.

Aut in ecclesiavbire-
liquiæ eius requie-
sunt, adstruit Ama-
Iarius in Præfat. se-
cunda, lib. de eccl. of-
fic. quietiam lib. 3.
c. 41. rationem red-
dit, cur ab authore
statuta huius secun-
dæ Missæ celebra-
tio.

Super oblata.

Munera nostra, quæsumus Domine, natiuitatis hodie-
næ mysterijs apta proueniant, vt sicut homo genitus idē
refulsit Deus, sic nobis hæc terrena substantia conferat
quod diuinum est. Per eundem Dominum nostrum.

Item super oblata.

ACCIPERE, quæsumus, Domine munera dignanter ob-
lata, & beatæ Anastasiæ suffragâibus meritis, ad nostræ fa-
litis auxilium prouenire concede. Per Dominum.

Post communionem,

HVIVS nos, Domine, sacramenti semper nouitas natalis in-
stauret, cuius natiuitas singularis humanam repulit vetustatem. Per
eundem Dominum nostrum.

Alia post communionem,

SATIASTI, Domine, familiam tuam muneribus sacris: eius
(quæsumus) semper interuentione nos refoue, cuius solennia cele-
bramus. Per Dominum.

IN DIE NAT. DOMINI, AD S. PETRVM.

CONCEDE, quæsumus, omnipotens Deus, vt nos vnigeniti
tui noua per carnem natiuitas liberet, quos sub peccati iugo vetu-
sta seruitus tenet. Per eundem.

Super oblata.

OBLAGATA, Domine, munera noua vnigeniti tui natiuitate
sanctifica, nosque à peccatorum nostrorum maculis emunda. Per
eundem.

Præfatio.

VERE

VERE DIGNVM & iustum est, vsque, æterne Deus. Quia
per incarnati verbi mysterium, noua mentis nostræ oculis lux tuæ
claritatis infulsit: Vt dum visibiliter Deum cognoscimus, per
hunc inuisibilem amore rapiamur. Et ided.

Infra actionem.

COMMUNICANTES, & diem sacratissimum celebrantes, quo
beatæ Mariæ intemerata natiuitas huic mundo edidit Saluato-
rem, sed.

Post communionem.

PRAESTA, quæsumus, omnipotens Deus, vt natus hodiè sal-
uator mundi, sicut diuinę nobis regenerationis est author, ita & log. c. 6.
immortalitatis sit ipse largitor. Qui tecum.

Super populum.

ADESTO, Domine, supplicationibus nostris, vt populus tuus
te factore conditus, teque reparatus authore, te etiam iugiter ope-
rante, saluetur. Per Dominum.

ALIAE ORATIONES DE NA- TALI DOMINI.

RESPICE nos misericors Deus, & mentibus clementer hu-
manis, nascete Christo, summæ veritatis lumē ostende. Per eundē.

LARGIRE, quæsumus, Domine famulis tuis fidei, spei & cha-
ritatis augmentum, vt qui natiuitate filij tui Domini nostri glo-
riantur, & aduersa mundi, te gubernante, non sentiant, & que tem-
poraliter celebrare desiderant, sine fine percipiant. Per eundem
Dominum nostrum.

DEVS, qui per beatę Marię virginis partum, sine humana con-
cupiscentia procreatum, in filij tui membra venientes paternis fe-
cisti præiudicijs non teneri: præsta, quæsumus, vt huius creatu-
ræ nouitate suscepta, vetustatis antiquę contagijs exuamur. Per
eundem.



CONCEDENOBIS, omnipotens Deus, vt salutare tuum cælorum luce mirabili, quod ad salutem mundi hodierna festiuitate processit, nostris semper innouandis cordibus oriatur. Per eundem.

OMNIPOTENS sempiternæ Deus, qui hunc diem per incarnationem verbi tui & partum beatæ Mariæ virginis consecrasti, da populis tuis in hac celebritate confortium, vt qui tua gratia sunt redempti, tua sint adoptione securi. Per.

DEVS, qui humanæ substantiæ dignitatem & mirabiliter condidisti, & mirabilius reformasti; da nobis, quæsumus, eius diuinitatis esse confortes, qui humanitatis nostræ fieri dignatus es particeps. Qui tecum.

OMNIPOTENS sempiternæ Deus, qui in filij tui Domini nostri natiuitate tribuisti totius religionis initiū perfectionemq; constare, da nobis, quæsumus, in eius portione censerī, in quo totius salutis humanæ summa consistit. Qui tecum.

DA, quæsumus, DOMINE populo tuo inuolabilem fidei firmitatem, vt qui vnigenitum tuum, in tua tecum gloria sempiternum, in veritate nostri corporis natum de matre virgine confitentur, & à præsentibus liberentur aduersis, & mansuris gaudijs inserantur. Per eundem Dominum nostrum.

DA nobis, quæsumus, omnipotens Deus, vt qui natiuitatem Domini nostri Iesu Christi solēniter veneramus, eius semper muniamur auxilio. Qui tecum.

OMNIPOTENS sempiternæ Deus, creator humanæ reformatore nature, quam vnigenitus tuus in vtero perpetuæ virginitatis assumpsit, respice nos propitius, vt filij tui incarnatione suscepta, inter ipsius mereamur membra numerari. Qui tecum.

VII.

VII. KAL. IAN. ID EST, XXVI.
DIE MENSIS DECEMBRIS,
NATALE S. STEPHANI
MARTYRIS.

DA nobis, quæsumus, Domine imitari quod colimus, vt discamus & inimicos diligere, quia eius natalitia celebramus, qui no- uit etiam pro persecutoribus exorare Dominum.

Secreta.

SUSCIBE Domine munera pro tuorum commemoratione sanctorum, vt quod illos passio fecit gloriosos, nos deuotio reddat innocuos. Per.

Alia.

GRATA tibi sint Domine munera, quæsumus, deuotionis hodiernæ, quæ B. Stephani martyris tui commemoratio gloriosa de- promit. Per Dominum.

Post Communionem.

AUXILIENTVR nobis Domine sumpta mysteria, & intercedente B. Stephano martyre tuo, sempiterna protectione confir- ment. Per Dominum.

Alia.

OMNIPOTENS sempiternæ Deus, qui primitias martyrum in beati Leuitæ Stephani sanguine dedicasti, tribue, quæsumus, vt pro nobis intercessor existat, qui pro suis persecutoribus exorauit Dominum nostrum.

Alia.

DEVS, qui nos vnigeniti tui clementer incarnatione redemi- sti, da nobis patrocinia tuorum continuata sanctorum, quibus ca- pere valeamus salutaris mysterij portionem. Per eundem.

Alia.

GRATIAS tibi agimus Domine de multiplicatis circa nos miserationibus tuis, qui & filij tui Natiuitate nos saluas, & B. Martyris Stephani deprecatione sustentas. Per eundem.

VI. KALEN. IAN. ID EST, XXVII.
DIE MENSIS DECEMBRIS,
NATALE S. IOANNIS
EVANGELISTAE.

* Huius
Missæ mē-
tiōem fa-
cit Amal.
li. 4. c. 40.
& Radul.
Tūgr. c. 23. Per eundem.

* In primo manè.

DEVS, qui per os B. Apostoli tui Ioannis, verbi tui nobis arcana referasti: præsta, quæsumus, vt quod ille nostris auribus excelsenter infudit, intelligentiæ competentis eruditione capiamus. Per eundem.

Super oblata.

SUPPLICATIONIBVS Apostolicis B. Ioannis Euangelistæ, quæsumus, Ecclesiæ tuæ commendetur oblatio, cuius magnificis prædicationibus eruditur, Per Dominum.

Post Communionem.

BEATI Ioannis Euangelistæ nos, Domine, quæsumus, merita prosequantur, & tuam nobis indulgentiam semper implorent.

In die.

ECCLESIAM tuam, Domine, benignus illustra, vt beati Ioannis Euangelistæ illuminata doctrinis, ad dona perueniat sempiterna. Per.

Super oblata.

SUSCIPE Domine munera, quæ in eius tibi solennitate deferimus, cuius nos confidimus patrociniō liberari. Per Dominum.

Post Communionem.

REFE-

REFECTI cibo potuque cælesti, DEVS noster, te supplices deprecamur, vt in cuius hæc commemoratione percepimus, eius muniamur & precibus. Per.

Ad Vesperos.

BEATI Ioannis Euangelistæ, quæsumus Domine, supplicatione placatus, & veniam nobis tribue, & remedia sempiterna concede. Per.

Ad fontes.

BEATI Euangelistæ Ioannis, Domine, precibus adiuuemur, vt quod possibilitas nostra non obtinet, eius nobis intercessione donetur. Per Dominum.

Ad S. Andream.

SIT Domine beatus Ioannes Euangelista nostræ fragilitatis adiutor, vt pro nobis tibi supplicans, copiosius audiatur. Per Dominum.

Alia.

OMNIPOTENS sempiternus Deus, qui huius diei venerandam sanctamque lætitiā beati Apostoli tui Ioannis Euangelistæ festiuitate tribuisti, da Ecclesiæ tuæ, quæsumus, & amare quod credit, & prædicare quod docuit. Per.

Alia.

ADSIT Ecclesiæ tuæ, quæsumus, beatus Euangelista Ioannes, vt cuius perpetuus doctor existit, semper esse non desinat suffragator. Per Dominum.

Alia.

PRAESTA, quæsumus, omnipotens Deus, vt excellentiam verbi tui, quam beatus Euangelista Ioannes asseruit, & conuenienter intelligere valeamus, & veraciter profiteri. Per eundem Dominum.

Alia.

DEVS, qui B. Ioannis Euangelistæ præconijs, principij sempiterni

terni secreta referasti: da, quæsumus, vt ad intelligentiam verbi, eius per quem nobis resplendet, suffragijs accedamus. Per eundem Dominum,

V. KALEN. IAN. ID EST, XXVIII.
DIE MENSIS DECEMBRIS, NATA-
LE SS. INNOCENTVM, AD
SANCTVM PAVLVM.

DEVS, cuius hodierna die præconium Innocentes martyres non loquendo, sed moriendo confessi sunt, omnia in nobis vitiorum mala mortifica, vt fidem tuam, quam lingua nostra loquitur, etiam moribus vita fateatur. Per Dominum.

Secreta.

SANCTORVM tuorum nobis, Domine, pia non desit oratio, quæ & munera nostra conciliet, & tuam nobis indulgentiam semper obtineat. Per.

Post Communionem.

VOTIVA Domine dona percepimus, quæ sanctorum nobis precibus & præsentis, quæsumus, vitæ pariter & æternæ tribue conferre subsidium, Per.

Alia.

DEVS qui, licet sis magnus in magnis, mirabilia tamen gloriosius operaris in minimis: da nobis, quæsumus, in eorum celebritate gaudere, qui filio tuo Domino nostro testimonium præbuerunt etiam non loquentes. Per eundem.

Alia.

ADIVA nos Domine, quæsumus, eorum deprecatione sanctorum, qui filium tuum humana necdum voce profitentes, caelesti sunt pro eius natiuitate gloria coronati. Per eundem.

Alia.

Alia.

IPSI nobis Domine, quæsumus, postulent mentium puritatem, quorum innocentiam hodiè solenniter celebramus. Per Dominum.

II. KALEND. IAN. ID EST,
XXXI. DIE MENSIS DECEM-
BRIS, NATALE S.
SILVESTRI.

DA, quæsumus, omnipotens Deus, vt beati Siluestri confessoris tui atque pontificis veneranda solennitas, & deuotionem nobis augeat, & salutem. Per.

Super oblata.

SANCTI tui nos, Domine, vbiquè lætificent, vt dum eorum merita recolimus, patrocinia sentiamus. Per Dominum nostrum.

Alia.

ADESTO Domine supplicationibus nostris, nec nos vllis mētis & corporis patiaris subesse periculis, quos B. Siluestri Pontificis tui munit gloriosa confessio. Per Dominum.

Post Communionem.

PRAESTA, quæsumus, omnipotens Deus, vt de perceptis muneribus gratias exhibentes, beneficia potiora sumamus. Per Dominum.

Alia.

QVAESVMVS, omnipotens Deus, vt hodiernæ munus solennitatis acceptum, intercedente beato Siluestro Confessore tuo atque Pontifice, & corporibus nostris salutem præstet, & mentibus.

bb KA-

KALENDIS IANV. OCTAVA
DOMINI, AD SANCTAM MA-
RIAM AD MARTYRES.

Hanc Or. Greg. esse, difertis verbis atq; restatur Mic, c. 39.
DEVS qui salutis æternæ, beatæ Mariæ virginitate fecunda, humano generi præmia præstitisti: tribue, quæsumus, vt ipsam pro nobis intercedere sentiamus, per quam meruimus authorem vitæ suscipere Dominum nostrum.

Secreta.

MVNERIBVS nostris, quæsumus Domine, precibusque susceptis, & cælestibus nos munda mysterijs, & clementer exaudi.
Per Dominum.

Post Communionem.

HÆC nos communio Domine purget à crimine, & cælestis remedij faciat esse confortes. Per.

[Alia Oratio.

DEVS, qui nobis nati saluatoris diem celebrare concedis octauum, fac quæsumus, nos eius perpetua diuinitate muniri, cuius sumus carnali commercio reparati. Qui tecum.

Super Oblata.

PRÆSTA quæsumus Domine, vt per hæc munera, quæ Domini nostri Iesu Christi arcanæ natiuitatis mysterio gerimus, purificatę mentis intelligentiam consequamur. Per eundem.

Post Communionem.

PRÆSTA, quæsumus Domine, vt quod Saluatoris nostri iterata solennitate percepimus, perpetuæ nobis redemptionis conferat medicinam. Per eundem.

Alia.

OMNIPOTENS sempiternus Deus, qui in Vnigenito tuo nouam creaturam nos tibi esse fecisti, custodi opera misericordiæ tuæ,

tuæ, & ab omnibus nos maculis vetustatis emunda, vt per auxilium gratiæ tuę, in illius inueniamur forma, in quo tecum est nostra substantia. Qui tecum.]

ORATIO IN DO-
MINICA.

OMNIPOTENS sempiternus Deus, dirige actus nostros in beneplacito tuo, vt in nomine dilecti filij tui, mereamur bonis operibus abundare. Per.

ITEM IN ALIA DO-
MINICA.

VOTA, quæsumus Domine, supplicantis populi cęlesti pietate profequere, vt & quę agenda sunt, videant: & ad implenda quę viderint, conualecant. Per Dominum.

[NONIS IANVARI, VIGILIA
* EPIPHANIAE DOMINI.

CORDA nostra, quæsumus Domine, venturę festiuitatis splendor illustret, quod mundi huius tenebris care- re valeamus, & perueniamus ad patriam claritatis æternę. Per Dominum.

Super Oblata.

TRIBE, quæsumus Domine, vt ei presentibus immolemur sacrificijs & fumamus, quem venturę solennitatis pia munera præloquuntur. Qui tecum.

Post Communionem.

ILLUMINA, quæsumus Domine, populum tuum, & splendore gloriæ tuæ cor eius semper accende, vt Saluatorem suum & incessanter agnoscat, & veraciter apprehendat Dominum nostrum Iesum.]

* THEOPH-
ANIAE.

Et si in vetustis, illo codice Colonien. nõ cõtineretur hoc officium, (quod & hic & vbiq; indicatum volui per virgulas quibus includitur) habetur tamen non solum in alijs codicibus, sed & supra in Lctionario & Antiphonario. Meminit etiam eiusdem Ordo Rom. pag. 21.

bb 2 VIII.

VIII. IDVS IAN. ID EST, VI. DIE
MENSIS IAN. EPIPHANIA DO-
MINI, AD SANCTVM
PETRVM.

DEVS, qui hodierna die vnigenitum tuum gentibus, stella du-
ce, reuelasti: concede propitius, vt qui iam te ex fide cognouimus,
vsque ad contemplandam speciem tuę celsitudinis perducamur.
Per eundem.

Secreta.

ECCLESIAE tuę, quęsumus Domine, dona propitius intue-
re, quibus non iam aurum, thus, & myrrha profertur, sed quod eis-
dem muneribus declaratur, immolatur, & sumitur. Per.

Præfatio.

VERE DIGNVM & iustum est, vsque, æterne Deus. Quia
cũ vnigenitus tuus in substantia nostrę mortalitatis apparuit, in
noua nos immortalitatis suę luce reparauit. Et ideo.

Infra actionem.

COMMUNICANTES, & diem sacratissimum celebrantes,
quo vnigenitus tuus in tua tecum gloria coęternus in veritate car-
nis nostrę visibiliter corporalis apparuit: sed & memoriam ve-
nerantes.

Post Communionem.

PRÆSTA, quęsumus, omnipotens Deus, vt quę solenni cele-
bramus officio, purificatę mentis intelligentia cõsequamur. Per.

ALIAE ORATIONES.

DEVS illuminator omnium gentium, da populis tuis perpe-
tua pace gaudere, & illud lumen splendidum infunde cordibus
nostris, quod trium magorum mentibus adspirasti. Per.

DEVS,

DEVS, cuius vnigenitus, vt infra in Octaua.

OMNIPOTENS sempiternus Deus, fidelium splendor anima-
rum, qui hanc solennitatem electionis gentium primitus conse-
crasti, imple mundum gloria tua, & subditis tibi populis, per lumi-
nis tui appare claritatem. Per Dominum.

CONCEDE nobis, omnipotens Deus, vt salutare tuum noua
celorum luce mirabili, quod ad salutem mundi hodierna festiui-
tate processit, nostris semper innouandis cordibus oriatur. Per.

DA nobis, quęsumus, Domine, dignę celebrare mysterium,
quod in nostri Saluatoris infantia, miraculis coruscantibus decla-
ratur, & corporalibus incrementis manifesta designatur humani-
tas. Per eundem.

PRÆSTA, quęsumus, omnipotens Deus, vt salutaris mundi
stella duce manifestata natiuitas, mentibus nostris reueletur sem-
per & crescat. Per eundem.

ILLUMINA Domine, quęsumus, populum tuum, & splendo-
re glorię tuę cor eius semper accende, vt saluatorem suum & in-
cessanter agnoscat, & veraciter apprehendat. Per eundem.

IN IDIBVS IAN. OCTAVA EPI-
PHANIAE.

DEVS, cuius vnigenitus in substantia nostrę carnis apparuit,
pręsta, quęsumus, vt per eum, quem simile nobis foris agnouimus,
intus reformari mereamur. Per eundem.

Alia.

DEVS, qui vnigeniti filij tui baptismo, fluente sanctificare vo-
luisti aquarum: da, vt renati aqua & spiritu, peruenire ad gaudia
æterna mereamur. Per eundem &c. in vnitatem eiusdem spiritus
sancti, per omnia secula seculorum.

Super oblata.

bb 3

HOSTIAS

Memine-
runt etiã
huius offi-
cij, qui su-
pra, Lecti-
onarius &
Antiphona-
rius ac
Ordo Ro-
manus, itẽ
Amal. l. 4.
c. 34.

H O S T I A S tibi Domine pro nati tui filij apparitione deferimus, suppliciter exorantes, vt sicut ipse nostrorum author est munerum, ita sit misericors & susceptor, Iesus Christus filius tuus Dominus noster, qui tecum.

Alia.

I N T E N D E, quæsumus Domine, hostijs familiæ tuæ, & quam sacris muneribus facis esse participem, tribuas ad eius plenitudinem peruenire. Per Dominum.

Post Communionem,

C A E L E S T I lumine, quæsumus Domine, semper & ubique nos præueni, vt mysterium, cuius nos participes esse voluisti, & puro cernamus intuitu, & digno percipiamus effectu.

Alia.

D E V S, qui humanæ substantiæ dignitatem & mirabiliter condidisti, & mirabilius reformasti: da nobis, quæsumus, per hæc sacramenta quæ sumpsimus, eius diuinitatis esse consortes, qui humanitatis nostræ fieri dignatus est particeps. Qui tecum. I

XIX. KALEND. FEBRVARI,
ID EST, XIII. DIE MENSIS
IAN. NATALE S. FE-
LICIS IN PIN-
CIS.

C O N C E D E, quæsumus, omnipotens Deus, vt ad meliorem vitam, sanctorum tuorum exempla nos prouocent, quatenus quorum solennia agimus, etiam actus imitemur. Per Dominum.

Secreta.

H O S T I A S tibi, Domine, beati Felicis Confessoris tui dicatas

tas meritis, benignus adsume, & ad perpetuum nobis tribue prouenire subsidium. Per.

Post Communionem,

Q V A E S V M V S, Domine, salutaribus repleti mysterijs, vt cuius solennia celebramus, eius orationibus adiuuemur. Per Dominum.

[Super populum.

B E N E F I C I A, Domine, plebs tua reportet, sancti Felicis prædicatione collata, vt cuius officijs deuota non deest, sumptis gaudeat adiumentis. Per Dominum.

Alia.

D A, quæsumus, omnipotens **D E V S**, vt B. Felix, qui donis tuis extitit gloriosus, apud te pro nobis existat idoneus interuentor. Per Dominum.]

XVII. KAL. FEBR. ID EST, XVIII. DIE
MENSIS IAN. NATALE S. MAR-
CELLI PAPAE.

Officij
huius mensis
minit As
mal. l. de
ord. An-
tiph. c. 18.

P R E C E S populi tui, quæsumus, Domine clementer exaudi, vt B. Marcelli martyris tui atque pontificis meritis adiuuemur, cuius passione lætamur. Per Dominum nostrum.

Secreta.

S V S C I P E, quæsumus, Domine munera dignanter oblata, & B. Marcelli suffragantibus meritis, ad nostræ salutis auxilium prouenire concede. Per

Post Communionem.

S A T I A S T I, Domine, familiam tuam muneribus sacris: eius, quæsumus, Domine semper interuentione nos refoue, cuius solennia celebramus. Per.

XV.

XV. KAL. FEBR. ID EST, XVIII.
DIE MENS. IAN. NATALE
S. PRISCAE.

DA, quęsumus, omnipotens Deus, vt qui B. Priscę martyris tuę natalitia colimus, & annua solennitate letemur, & tantę fidei proficiamus exemplo. Per.

Secreta.

Hostia Domine, quęsumus, quam in sanctorum tuorum natalitijs recētes offerimus, & vincula nostrę prauitatis absoluat, & tuę nobis misericordię dona conciliet. Per.

Post communionem.

QVÆSVMVS, Domine, salutaribus repleti mysterijs, vt cuius solennia celebramus, eius orationibus adiuuemur. Per Dominū.

XIII. KAL. FEBR. ID EST, XX.
DIE MENS. IAN. NATALE
S. FABIANI PAPAE.

INFIRMITATEM nostram respice, omnipotens Deus: & quia pondus proprię actionis grauat, beati Fabiani martyris tui atque pontificis intercessio gloriosa nos protegat. Per.

Super oblata.

HOSTIAS tibi, Domine, B. Fabiani martyris tui dicatas meritis, benignus adsume, & ad perpetuum nobis tribue prouenire subsidium. Per.

Post communionem.

REFECTI participatione muneris sacri, quęsumus, Domine Deus noster, vt cuius exequimur cultum, sentiamus effectum. Per Dominum nostrum.

EODEM

EODEM DIE S. SEBASTIANI.

DEVS qui beatum Sebastianum martyrem tuum, virtute constantię in passione roborasti, ex eius nobis imitatione tribue pro amore tuo prospera mundi despiciere, & nulla eius aduersa formidare. Per Dominum.

Super Oblata.

ACCEPTA sit in conspectu tuo, Domine, nostra deuotio, & eius nobis fiat supplicatione salutaris, pro cuius solennitate deferatur. Per.

Post communionem.

SACRO munere satiati, supplices te Domine deprecamur, vt quod debitę seruitutis celebramus officio, intercedente B. Sebastiano martyre tuo, saluationis tuę sentiamus augmentum. Per.

XII. KAL. FEBR. ID EST, XXI. DIE
MENSIS IAN. NATALE S.
* AGNETIS.

* Agnæ

OMNIPOTENS sempiternę Deus, qui infirma mundi eligis, vt fortia quęque confundas: concede propitius, vt qui beatę Agnetis martyris tuę solennia colimus, eius apud te patrocinia sentiamus. Per Dominum.

Super Oblata.

HOSTIAS, Domine, quas tibi offerimus, propitius suscipe, & intercedente B. Agnete martyre tua, vincula peccatorum nostrorum absolue. Per Dominum nostrum.

Post communionem.

* REFECTI cibo potuque cęlesti, Deus noster, te supplices exoramus, vt in cuius hęc commemoratione percepimus, eius muniamur & precibus. Per.

cc [Alia.

[Alia.

SVMENTES, Domine, gaudia sempiterna de participatione Sacramenti festiuitatis S. Martyris Agnæ, suppliciter deprecamur, vt quæ sedula seruitute, donante te, gerimus, dignis sensibus tuo munere capiamus. Per Dominum.

Orationes alia.

PRAESTA, quæsumus, Domine mentibus nostris cum exultatione profectum, vt B. Agnetis martyris tuæ, cuius diem passionis annua deuotione recolimus, etiam fidei constantiam subsequamur. Per Dominum.

CRESCAT, Domine, semper in nobis fecunditatis affectus, vt beatæ Agnetis virginis atque martyris tuæ veneranda festiuitas augeatur. Per Dominum.]

XI. KAL. FEBR. ID EST, XXII.
DIE MENS. IAN. NATALE
S. VINCENTII.

ADESTO, quæsumus, Domine supplicationibus nostris, vt qui ex iniquitate nostra reos nos esse cognouimus, beati Vincentij martyris tui intercessione liberemur. Per Dominum nostrum.

Super Oblata.

MVNERIBVS nostris, quæsumus Domine, precibusq; susceptis, & cælestibus nos munda mysterijs, & clementer exaudi. Per Dominum nostrum.

[Alia.

HODIERNVM, Domine, sacrificium lætantes offerimus, quo B. Vincentij cælestem victoriam recensentes, & tua magna prædicamus, & nos acquisisse gaudemus suffragia gloriosa, Per Dominum.]

Post

Post Communionem.

DA, quæsumus, omnipotens Deus, vt qui cælestia alimenta percepimus, intercedente beato Vincentio martyre tuo, per hæc contra omnia aduersa muniamur. Per Dominum nostrum.

EVIII. KAL. FEBR. ID EST, XXV.
DIE IAN. CONVERSIO S.
PAULI APOSTOLI.

DEVS, qui vniuersum mundum B. Pauli Apostoli tui prædicatione docuisti, da nobis, quæsumus, vt qui eius hodiè conuersionem celebramus, per eius ad te exempla gradiamur. Per Dominum.

Super Oblata.

APOSTOLI tui Pauli precibus, Domine, plebis tuę dona sanctifica, vt quæ tibi tuo grata sunt instituto, gratiora fiant patrocinio supplicantis. Per Dominum nostrum.

Post Communionem,

SANCTIFICA nos, quæsumus, Domine saluari mysterio, & pro nobis eius non desit oratio, cuius nos donasti patrocinio gubernari. Per Dominum.

Super populum.

PRAESTA Domine, quæsumus, populo tuo consolationis auxilium, & diuturnis calamitatibus laborantem, B. Apostoli tui Pauli intercessione, à cunctis tribulationibus erue. Per Dominum.]

V. KAL. FEBR. ID EST, XXVII. DIE
MENS. IAN. *NATALE S. AGNETIS
VIRGINIS SE-
CVNDO.

* Natiuitas sanctæ Agnæ vir. seu natale S. Agnetis in carne, seu Osta-ua S. Agnetis.

cc 2

DEVS, tis,

DEVS, qui nos annua beatę Agnetis martyris tuę solennitate lætificas, da, quęsumus, vt quam veneramur officio, etiam pię cōuerfationis fequamur exemplo. Per.

Super Oblata.

SVPER has, quęsumus Domine, hostias benedictio copiofa descendat, quę & sanctificationem nobis clementer operetur, & de martyrum nos solennitate lætificent. Per Dominum.

[Alia.

GRATA tibi sint, quęsumus DOMINE, munera, quibus sanctę Agnetis magna solennitas recensetur: sic enim ab exordio suū vsque in finem extitit beato certamine gloriofa, vt eius nec initium debeamus præterire, nec finem. Per Dominum.]

Post communionem.

SVMPSIMVS, Domine, celebritatis annuę votiua sacramenta: præsta, quęsumus, vt & temporalis nobis vitę remedia præbeant, & æternę. Per Dominum.

[Alia.

ADIVVENT nos, quęsumus Domine, & hæc myfteria sancta quę sumpsimus, & beatę Agnæ intercessio gloriofa. Per Dominum.

Alia.

ADESTO nobis omnipotens Deus, beatę Agnetis festa repetentibus, quam hodiernę festiuitatis prolatam exortu, ineffabili munere subleuasti. Per Dominum.]

III. NON. FEBRVARII, ID
EST, II. DIE MENSIS
FEBRVARII.

HYPAN-

HYPANTI AD SANCTAM MARIAM.

HABENT hęc quidam Cod. MS. Benedictiones ce-
reorum sed quia eadem excusæ sunt in Ordine Roma-
no, breuitatis ergo prætermisimus.

ORATIO AD COLLECTAM, AD S. ADRIANVM.

ERVDI, quęsumus, Omnipotens Dñe, plebem tuam:
& quę extrinsecus annua tribuis deuotione venerari, in-
terius adsequi gratiæ tuę luce concede. Per.

[AD MISSAM,] AD S. MA- RIAM MAIOREM.

OMNIPOTENS sempiternę Deus, Maiestatem tuam sup-
plices exoramus, vt sicut vnigenitus tuus filius hodierna die no-
strę carnis cum substantia in templo est præsentatus, ita nos facias
purificatis tibi mentibus præsentari. Per eundem.

Secreta.

EXAVDI Domine preces nostras, & vt digna sint munera,
quę oculis tuę Maiestatis offerimus, subsidium nobis tuę pietatis
impende. Per.

Præfatio.

VERE DIGNVM & iustum est, vsque, æterne Deus: Quia per
incarnati verbi myfterium, & c. vt supra in Natali Domini.

Post Communionem.

QVAESVMVS Domine Deus noster, vt sacrosancta myfteria,
quę pro reparationis nostrę munimine contulisti, intercedente

cc 3 beata

Codices Ms. omnes
habēt YPAPANTI,
sed altera lectio ge-
nuina est. ὕπαπαντῆς
Gręcę significat oc-
cursum cum qui fit
honoris gratia. de
quo vide Bedā li. de
temp. & Hrabanū de
inst. cler. lib. 2. ca. 33.
Quidam cod. addit:
AD, siue, post bene-
dictionem candelarum:
seu, Postquã
diuisi sunt cerei.

beata semper virgine Maria, & presens nobis remedium esse facias, & futurum. Per Dominum.

*Ad Pro-
cessionē.

*Super populum.

PERFICE in nobis, quæsumus, Domine gratiam tuam, qui iusti Simeonis expectationem implēsti, vt sicut ille mortem non vidit, priusquam Christum Dominum videre mereretur, ita & nos vitam obtineamus æternam. Per eundem.

[Alia ante portam.

DEVS, cuius hodierna die vnigenitus in nostra carne, quam assumpsit, pro nobis in templo est præsentatus, præsta, vt quem redemptorem nostrum læti suscipimus, venientem quoque iudicem securi videamus, Dominum nostrum Iesum Christum.

Alia.

QUÆSUMVS, omnipotens Deus, tua nos protectione custodi, & castimoniam mentibus nostris atque corporibus, intercedente beata Maria semper virgine, propitiatus indulge, vt veniente sponso, tuo filio vnigenito, accensis lampadibus, eius digni præstolemur occursum. Per Dominum.

Alia.

INTERCESSIO, quæsumus Domine, B. Mariæ semper virginis vota nostra commendet, nosque eius veneratio tuæ maiestati reddat acceptos. Per Dominum.]

**NONIS FEBRVARII, ID EST,
V. DIE MENSIS FEBRVAR.
NATALE S. AGATHAE.**

DEVS, qui inter cætera potentiae tuæ miracula, etiam in sexu fragili victoriam martyrij contulisti, concede propitius, vt cuius natalitia colimus, per eius ad te exempla gradiamur. Per Dominum.

Su-

Super Oblata.

SUSCIPE munera Domine, quæ in beata Agathæ martyris tuæ solennitate deferimus, cuius nos confidimus patrocinio liberari. Per.

Post Communionem.

AUXILIENTVR nobis Domine sumpta mysteria, & intercedente beata Agatha martyre tua, sempiterna protectione confirmet. Per.

Item post Communionem.

BEATÆ Agathæ martyris tuæ, Domine, precibus confidentes, quæsumus clementiam tuam, vt per ea quæ sumpsimus, æterna remedia capiamus. Per.

Super populum.

INDVLGENTIAM nobis Domine beata Agatha martyr imploret, quæ tibi grata extitit & merito castitatis, & tuæ professione virtutis. Per Dominum.

**XVI. KALEN. MARTII, ID
EST, XIII. DIE MENSIS FEBRVAR.
NATALE S. VALENTINI
MARTYRIS.**

PRAESTA, quæsumus, omnipotens Deus, vt qui beati Valentini martyris tui natalitia colimus, à cunctis malis imminentibus eius intercessione liberemur. Per Dominum.

Super Oblata.

OBLATIS Domine, quæsumus, placare muneribus, & intercedente B. Valentino martyre tuo, à cunctis nos defende periculis. Per.

Post Communionem.

SIT nobis, Dñe, reparatio mētis & corporis cęleste mysterium, vt cuius exequimur actiōem, sentiamus effectum. Per Dominum.

[VIII.

[VIII. KALEND. MARTII ID EST,
XXII. DIE MENSIS FEBRVARII,
CATHEDRA S. PETRI
APOSTOLI.

Huius
quoq; fe-
sti metio
est in Le-
ctionario,
& in Ordi-
ne Roma-
no. Item
apud Mic.
cap. 48.

DEVS, qui B. Apostolo tuo Petro, collatis clauibus regni cele-
stis, ligandi atque soluendi Pontificium tradidisti: concede, vt in-
tercessionis eius auxilio, à peccatorum nostrorum nexibus libere-
mur. Qui viuus & regnas Deus.

Super Oblata.

ECCLESIAE tuę, quęsumus Domine, preces & hostias B. Pe-
tri Apostoli commendet oratio, vt quod pro illius gloria celebra-
mus, nobis profit ad veniam. Per Dominum,

Post Communionem.

LÆTIFICET nos, Dñe, munus oblatum, vt sicut in Apo-
stolo tuo Petro mirabilem te prædicamus, sic per illum sumamus
indulgentię tuę largitatem. Per Dominum.

Super populum.

BENEDIC, quęsumus, Domine plebem tuam, & beati Apo-
stoli tui Petri precibus tribue consequi tuę defensionis auxili-
um. Per Dominum.

[VI. KALEND. MARTII, ID EST,
XXIII. DIE MENSIS FEBRVARII,
NATALE S. MATHIAE
APOSTOLI.

DEVS, qui B. Mathiam Apostolorum tuorum collegio sociâ-
sti, tribue quęsumus, vt ei⁹ interuentione tuę circa nos pietatis sem-
per viscera sentiamus. Per Dominum.

Super

Super Oblata.

DEVS, qui proditoris apostatę ruinam, nè Apostolorum
tuorum numerus sacratus perfectione careret, B. Mathiæ electio-
ne supplēsti, præsentia munera sanctifica, & per ea nos gratię tuę
virtute confirma. Per Dominum.

Post Communionem.

PRAESTA, quęsumus, omnipotens & misericors Deus, vt
per hæc sancta quę sumpsimus, interueniente B. Mathia Apostolo
tuo, veniam consequamur & pacem. Per Dominum.

Super populum.

PERCIPIAT Domine, quęsumus, populus tuus, interceden-
te B. Mathia apostolo tuo, misericordiam quam deposcit, & quam
precatur humiliter, indulgentiam consequatur & pacem. Per.]

III. IDVS MARTII, ID EST, XII. DIE
MENSIS MARTII, NATALE S.
GREGORII PAPAE.

DEVS, qui animæ famuli tui Gregorij æternę beati-
tudinis præmia contulisti, concede propitius, vt qui pec-
catorum nostrorū pondere premimur, eius apud te pre-
cibus subleuemur. Per Dominum.

[Alia.

CONCEDE, quęsumus, Domine fidelibus tuis, dignè
S. Gregorij Pontificis tui celebrare solennia, vt eius & hęc
experiantur auxilia, & æternis effectibus apprehendant.
Per Dominum.

Secreta.

* AN NVE nobis, quęsumus Domine, vt intercessio-
ne beati Gregorij hæc nobis profit oblatio, quam im-
molando, totius mundi tribuisti relaxari delicta. Per.

[Alia.

dd Ho-

Iuxta quod habet
infra præfatio Gri-
moldi Abbatis, Mis-
sa hæc olim virgulis
erat iugulata, vt in-
dè cōstaret, à succes-
soribus D. Gregorij
eam esse additam.
Earum vestigiū erat
in Colon. codice.

* Legebatur in qui-
busdam codicibus,
Annue nobis Dñe,
vt animę famuli tui
Gregorij hæc profit
oblatio, quam im-

molādo totius mū-
di tribuisti relaxari.
delicta. Quæ ob si-
militudinē quam cū
altera habet, à scri-
ptore nimīū memo-
riæ tribuenti, illius
loco videtur esse
descripta.
* Post Commun.

H O S T I A S Domine, quas nomini tuo sacrandas of-
ferimus, S. Gregorij prosequatur oratio, per quam nos &
explari facias, & defendi. Per Dominum.]

* Ad Complendum.

D E V S, qui beatum Gregorium Pontificem, sancto-
rum tuorum meritis coæquasti, concede propitius, vt qui
commemorationis eius festa percolimus, vitæ quoquē
imitemur exempla.

[Alia.

P R A E S T E N T nobis, quæsumus, tua sancta præsidium, quod,
interuenientibus B. Gregorij meritis, ab omnibus nos absoluat pec-
catis. Per Dominum.]

**VIII. KALEN. APRILIS, I D E S T, XXV.
DIE MARTII, ADVNCIATIO
B. MARIAE.**

* Alibi
deest, in

D E V S, qui in beatæ Mariæ virginis vtero verbum tuum, ange-
lo nūnciante, carnem suscipere voluisti, præsta supplicibus tuis, vt
qui verè eam genitricem Dei credimus, eius apud te intercessioni-
bus adiuuemur. Per.

[Ad Missam.]

D E V S, qui hodierna die verbum tuum beatæ virginis aluo co-
adunare voluisti, fac nos ita peragere, vt tibi placere valeamus. Per.
Super Oblata.

A L T A R I tuo, Domine, superposita munera Spiritus sanctus
assumat, qui hodiè B. Mariæ viscera splendoribus suæ virtutis re-
pleuit. Per Dominum.

Ad Complendum.

I N mentibus nostris, Dñe, verè fidei sacramenta confirma, vt q̄
conceptum de virgine Deum verum & hominem confitemur,
per eius salutiferæ resurrectionis potentiam, ad æternam merea-
mur peruenire lætitiā. Per eundem.

Alia.

Alia.

A D E S T O Domine populo tuo, vt quæ sumpsit fideliter, &
mente sibi & corpore, B. Mariæ semper virginis intercessione, cu-
stodiat. Per Dominum.

Super populum.

P R O T E G E Domine famulos tuos subsidijs mentis & corpo-
ris, & B. Mariæ patrocinijs confidentes, à cunctis hostibus redde
securos. Per Dominum.

Alia Orationes.

G R A T I A M tuam Domine mentibus nostris infunde, vt qui,
angelo nūnciante, Christi filij tui incarnationem cognouimus, per
passionem eius & crucem, ad resurrectionis gloriam perducamur.
Per Dominum nostrum.

[**O M N I P O T E N S** sempiternæ Deus, qui coæternum tibi fili-
um hodiè pro mundi salute secundum carnem Spiritus sancto co-
cipiendum, angeli ministerio B. Mariæ semper virgini declarasti,
adesse propitius populo tuo, vt ad eius natiuitatem, pace concessa,
liberioribus animis occurramus. Per eundem.

E X A V D I nos Domine sancte, pater omnipotens, æterne De-
us, qui per beatæ Mariæ sacri vteri diuinæ gratiæ obumbrationem,
vniuersum mundum illuminare dignatus es: & præsta, vt quod
nostris meritis non valemus obtinere, eius adipisci præsidijs me-
reamur. Per Dominum.

B E A T A E & gloriôsæ semper virginis dei genitricis Mariæ nos,
quæsumus Domine, merita prosequantur, & tuam nobis indulgē-
tiam semper implorent. Per eundem.]

**D O M I N I C A I N * S E P T V A G E -
S I M A. S T A T I O A D S A N -
C T V M L A V R E N T I V M F O -
R I S M V R V M.**

Hæc Ora-
tio cōue-
niebat tū-
temporis,
quum ob-
seruaretur
hoc festū
15. Kalen.
Ianuarij
in Aduē-
tu Dñi.
de quo Mi-
crolog. c. 48.

* Septua-
gesimo.

dd 2 PRE-

PRECES populi tui, Domine, clementer exaudi, vt qui iuste pro peccatis nostris affligi mur, pro tui nominis gloria misericorditer liberemur. Per.

[Alia.

CONCEDE, quæsumus, omnipotens Deus fragilitati nostre sufficientiam competentem, vt suę reparationis effectum, & pia conuersatione recenscat, & cum exultatione suscipiat. Per Dominum.]

Super Oblata.

MVNERIBVS nostris, quæsumus Domine, precibusq; susceptis, & cęlestibus nos munda mysterijs, & clementer exaudi. Per.

[Alia.

CONCEDE nobis misericors Deus, & dignę tuis deseruire altaribus, & eorum perpetua participatiõe saluari. Per Dominum.]

Post Communionem.

FIDELIS tui, Deus, per tua dona firmentur, vt eadem & percipiendo requirant, & quærendo sine fine percipiant. Per Dominum nostrum.

Ad Vesperos.

DEVS, qui per ineffabilem obseruantiam sacramenti, famulorum tuorum preparas voluntates, donis gratię tuę corda nostra purifica, vt quod sancta est deuotione tractandum, sinceris mentibus exequamur. Per Dominum.

*SEXAGESIMO.

DOMINICA IN *SEXAGESIMA.
AD S. PAVLVM.

DEVS qui conspicias, quia ex nulla nostra actione confidimus, concede propitius, vt contra aduersa omnia doctoris gentium protectione muniamur. Per.

Secreta.

OBLATVM, dñe, sacrificiũ viuificet nos semper, & muniat. Per.
[Alia.

[Alia.

INTENDE, quæsumus, Domine hostias familię tuę, & quam sacris muneribus facis esse participem, tribue ad eius plenitudinem peruenire. Per Dominum.]

Ad Complendum.

SVPLICES te rogamus omnipotens Deus, vt quos tuis reficis sacramentis, tibi etiã placitis moribus dignanter deseruire concedas. Per.

[Alia.

AD SIT nobis, quæsumus, Domine cibus facer, posusque salutaris, qui & temporalem vitam muniat, & præstet æternam. Per Dominum.]

Super populum.

TVERE, quæsumus, Domine plebem tuam, & sacram solennitatem recolentem, gratię cęlestis largitate profequere, vt visibilibus adiuta solatijs, ad inuisibilia bona promptius incitetur. Per Dominum.

Ad Vesperos.

REGE, quæsumus, Domine populum tuum, & gratię tuę in eo dona multiplica, vt ab omnibus liber offensis, & temporalibus non destituatur auxilijs, & sempiternis gaudeat institutis. Per Dominum.

DOMINICA IN *QUINQVAGESIMA. *Quinquagesimo.
AD S. PETRVM.

PRECES nostras, quæsumus, Domine clementer exaudi, atq; à peccatorum vinculis absolutos, ab omni nos aduersitate custodi. Per.

Super Oblata.

HÆC hostia Domine, quæsumus, emundet nostra delicta, & sacrificium celebrandum, subditorum tibi corpora mentesque sanctificet. Per.

dd 3 [Alia.

[Alia.

REPLETI sumus, Domine, donorum participatione celestium: præsta, quæsumus, vt eadem & sumamus iugiter, & incessabiliter ambiamus. Per Dominum.]

Super populum.

DE multitudine misericordiæ tuæ, Domine, populum tuum tibi protege confidentem, & corporaliter gubernatum piæ mētis affectu, tuis muneribus assequēdis effice promptiorē. Per Dominū.

Alia.

AUFER à nobis Domine, quæsumus, iniquitates nostras, vt ad sancta sanctorum puris mereamur mentibus introire. Per Dominum.

*FERIA IIII. CAPVT IEIUNII.

CODICES aliquot habent hinc benedictionem Cinerum, & Orationes super Pœnitentes. verum nè prolixiores simus, Letorem ad Ordinem Romanum remittimus. Infrà etiam lib. 2. c. 96. habentur dictæ Orationes super pœnitentes.

*COLLECTA AD S. ANASTASIAM.

CONCEDE nobis, Domine, præsidia militiæ Christianæ sanctis inchoare ieiunij, vt contra spirituales nequitias pugnaturi, continentia muniamur auxilijs. Per.

*AD MISSAM, STATIO AD S. SABINAM.

PRAESTA Domine fidelibus tuis, vt ieiuniorum veneranda solennia & congrua pietate suscipiant, & secunda deuotione percurrant. Per.

Super Oblata.

FAC

FAC nos Domine, quæsumus, his muneribus offerendis conuenienter aptari, quibus ipsius venerabilis sacramenti celebramus exordium. Per Dominum.

Præfatio.

VERE DIGNVM & iustum est, vsq; æterne Deus. Qui corporalium ieiunio vitia comprimis, mentem eleuas, virtutem largiris & præmia. Per Christum Dominum nostrum.

Post Communionem.

PERCEPTA nobis, Domine, præbeant sacramenta subsidium, vt tibi grata sint nostra ieiunia, & nobis proficiant ad medelam. Per Dominum.

Super populum.

INCLINANTES se, Domine, maiestati tuæ propitiatus intendente, vt qui diuino munere sunt refecti, caelestibus semper nutriantur auxilijs. Per Dominum nostrum.

Ad Vesperos.

RESPICE, quæsumus, Domine super famulos tuos, & in tua misericordia confidentes, caelesti protege benignus auxilio. Per Dominum.

IFERIA V. AD S. GEORGIVM. I

DEVS, qui culpa offenderis, pœnitentia placaris, precibus populi supplicantis propitius respice, & flagella tuæ iracundiæ, quæ pro peccatis nostris meremur, auerte. Per.

Secreta.

SACRIFICIIS presentibus Domine, quæsumus, intendente placatus, vt & deuotioni nostræ proficiant, & saluti. Per Dominum.

Ad Complendum.

CAELESTIS doni benedictione percepta, supplices te Deus

Hæc Præfationem nõ minus in Dominicis quã in ferijs Quadrag. dicendam, ex decreto Pelagij Papæ, docet Microlog. c.

30.

Officia V. ferie per totam Quadragesimam inter ea sunt, quæ infrà in præfata lib. 2. Grimoldus Abbas dicit olim fuisse virgulis antepositis iugulata. Instituta enim postea à Gregorio Iuniore, testatur Microlog. c. 49.

*Hic iniunctiã D. Greg. Quædrag. mala officia, patet ex Microlog. c. 49. vbi facram. citat.

*Citat hæc collectã & explicat Amal. l. 1. c. 7. & Radul. Tugr. c. 23.

*M. ad S. Sabinam.

te Deus omnipotens deprecamur, vt hoc idem nobis & sacramenti causa fit, & salutis. Per Dominum.

Super populum.

PARCE Domine, parce populo tuo, vt dignis flagellationibus castigatus, in tua miseratione respiret. Per.

Ad Vesperos.

FAC nos, quæsumus, Domine salutis nostræ causas & deuotis semper frequentare seruitijs, & deuotius recolere principaliter inchoatas. Per Dominum.]

FERIA VI. AD SANCTOS IOANNEM ET PAVLVM.

INCHOATA ieiunia, quæsumus, Domine benigno fauore profequere, vt obseruantiam quam corporaliter exhibemus, mentibus etiam sinceris exercere valeamus. Per.

Secreta.

SACRIFICIUM, Domine, obseruantia Paschalis offerimus: præsta quæsumus, vt tibi & mentes nostras reddat acceptas, & continentia promptioris nobis tribuat facultatem. Per.

Post Communionem.

SPIRITVM nobis Domine tuæ charitatis infunde, vt quos vno cælesti pane satiasti, tua facias pietate concordēs. Per eundem.

Super populum.

TVERE Domine populum tuum, & ab omnibus peccatis clementer emunda: quia nulla ei nocebit aduersitas, si nulla dominetur iniquitas. Per Dominum.

Ad Vesperos.

PRAESTA famulis tuis, Domine, abundantiam protectionis & gratia, da salutem mentis & corporis, da continentia & prosperitatis augmenta, & tibi fac semper esse deuotos.

SABBA-

* SABBATO INFRA QVINQVAGESIMAM, AD S. TRYPHONEM.

ADESTO Domine supplicationibus nostris, & concede, vt hoc solenne ieiunium, quod animis corporibusque curandis salubriter institutum est, deuoto seruitio celebremus. Per Dominum.

Alia.

OBSERVATIONIS huius annua celebritate lætantes, quæsumus Domine, vt actibus quadragesimalibus inhæretes, plenis eius effectibus gaudeamus. Per Dominum.

Super Oblata.

PRAEPARA nos, quæsumus, Domine huius abstinentia festiuis officijs, vt hæc sacrificia veneranda sobrijs semper mentibus celebremus. Per Dominum.

Alia.

SUSCIPE Domine sacrificium, cuius te voluisti dignanter immolatione placari: præsta, quæsumus, vt huius operatione muniti, beneplacitum tibi nostræ mentis offeramus affectum.

Ad Complendum.

CÆLESTIS vite munere vegetati, quæsumus Domine, vt quod est nobis in præsentia vita mysterium, fiat æternitatis auxilium. Per Dominum.

Super populum.

DA populo tuo, quæsumus omnipotens Deus, & æternæ promissionis gaudia quærere, & quæsitæ, citius inuenire. Per Dominum.

Ad Vesperos.

OBSERVATIONIS huius etc. vt suprâ.

DOMINICA IN * QVADRAGESIMA. AD S. IOANNEM * IN LATERANIS.

ee DEVS,

Etiâ hoc officium nõ esse Gregorianum, atq; aded ex prædictorũ numero, testatur Miscrol. c. 49.

* Quadragesimo. * Ad Later.

Modū denūciatio-
nis ieiunij mēis pri-
mi, quæ hoc die Do-
minico fiebat, vide
in Ord. Rom. pa. 30. tur. Per Dominum.
* operibus.

DEVS, qui Ecclesiam tuam annua quadragesimæ ob-
seruatione purificas, præsta familiæ tuæ, vt quod à te ob-
minico fiebat, videtur abstinendo nititur, hoc bonis * moribus exequa-
tur. Per Dominum.

Super Oblata.

SACRIFICIUM quadragesimalis initij solemniter
immolamus, te Domine deprecantes, vt cum epularum restrictio-
ne carnalium, à noxijs quoquē voluptatibus temperemur. Per.

Post Communionem.

TVI nos Domine sacramenti libatio sancta restauret, & à ve-
tustate purgatos, in mysterij salutaris faciat transire consortium.
Per Dominum.

* Ad Ve-
speros.

* Super populum.

DA nobis, quæsumus, omnipotens Deus, & æternæ promif-
sionis gaudia quærere, & quæsitā, citiùs inuenire. Per.

Alia.

SVPER populum tuum Domine, quæsumus, benedictio co-
piofa descendat, indulgentia veniat, consolatio tribuatur, fides san-
cta succrescat, redemptio sempiterna firmetur. Per Dominum.

* Fontes.

Ad * Vesperos.

ADESTO, quæsumus, Domine supplicationibus nostris, & in
tua misericordia confidentes, ab omni nos aduersitate custodi.
Per Dominum nostrum.

E Alia.

OMNIPOTENS sempiternæ Deus, qui nobis in obseruatio-
ne ieiunij, & eleemosynarum semine posuisti nostrorum reme-
dia peccatorum, concede, nos opere mentis & corporis semper ti-
bi esse deuotos. Per Dominum.

Alia.

CONCEDE nobis omnipotens Deus, vt per annua Quadra-
gesimalis exercitia sacramenti, & ad intelligendum Christi pro-
ficiamus

ficiamus arcanum, & effectus eius digna conuersatione sectemur.
Per Dominum.

FERIA II. HEBDOM. I. QVADR.
AD S. PETRVM AD
VINCVLAM.

CONVERTE nos Deus salutaris noster, & vt nobis iei-
unium quadragesimale proficiat, mentes nostras cælestibus instrue
disciplinis. Per.

Super Oblata.

MVNERA Domine oblata sanctifica, nosq; à peccatorū no-
strorum maculis emunda. Per.

Alia.

ACCEPTA tibi sit Domine nostræ deuotionis oblatio, quæ
& ieiunium nostrum, te cooperante, sanctificet, & indulgentiam
nobis tuæ consolationis obtineat.

Post Communionem.

SALVTARIS tui Domine munere satiati, supplices exora-
mus, vt cuius lætamur gustu, renouemur effectū.

Super populum.

ABSOLVE, quæsumus, Domine nostrorum vincula peccato-
rum, & quicquid pro eis meremur, propitiatus auerte. Per.

E Alia.

ESTO Domine propitius plebi tuæ, & temporali consolatio-
ne non deseras, quam vis ad æterna contendere. Per Dominum.

Ad Vesperos.

ADESTO, quæsumus, Domine, vt suprā in Dominica.

FERIA III. HEBDOM. I. QVADR.
AD SANCTAM ANASTA-
SIAM.

RESPICE Domine familiam tuam, & præsta vt apud te mens nostra tuo desiderio fulgeat, quæ se carnis maceratione castigat. Per.

Super Oblata.

OBLATIS, quæsumus, Domine placare muneribus, & à cunctis nos defende periculis. Per.

Post Communionem.

QVAESVIMVS omnipotens Deus, vt illius salutaris capiamus effectum, cuius per hæc mysteria pignus accipimus. Per Dominum.

Super populum.

ASCENDANT ad te Domine preces nostræ, & ab Ecclesia tua cunctam repelle nequitiam. Per.

Ad Vesperos.

PACEM nobis tribue Domine, quæsumus, mentis & corporis, vt per ieiunium nostræ fragilitatis, & manifesti subijciantur hostes, & inuisibiles excludantur. Per Dominum.

FERIA III. HEBD. I. QVADR. AD S. MARIAM MAIOREM.

Nominatim citat Micrologus c. 24. officia huius & VI. feriarum ac Sabbathi, vt hinc probet debere celebrari hac hebdomada ieiunium primi mensis, non vero hebdomada Martij. vbi etiam hunc librum D. Gregorio attribuit.

PRECES nostras, quæsumus, Domine clementer exaudi, & contra cuncta nobis aduersantia, dexteram tuæ maiestatis extende. Per.

Alia.

DEVOTIONEM populi tui Domine, quæsumus, benignus intende, vt qui per abstinentiâ macerantur in corpore, per fructum boni operis reficiantur in mente. Per.

Secreta.

HOS TIAS tibi Domine placationis offerimus, vt & delicta nostra miseratus absoluas, & nutantia corda tu dirigas. Per.

Post

Post Communionem.

TVI Domine perceptione sacramenti, & à nostris mundemur occultis, & ab hostium liberemur insidijs. Per Dominum.

Super populum.

MENTES nostras, quæsumus, Domine lumine tuæ claritatis illustra, vt videre possimus, quæ agenda sunt: & quæ recta sunt, agere valeamus. Per.

Ad Vesperos.

RESPICE Domine propitius ad plebem tuam, & quam diuini tribuis proficere sacramentis, ab omnibus absolue peccatis. Per Dominum.

*FERIA V. HEBD. I. QVADR. AD S. LAURENTIUM *FORIS MVRVM.

DEVOTIONEM populi tui, vt suprâ.

Alia.

SUSCIPE, quæsumus, Domine preces nostras, & ad aures misericordiæ tuæ, postulationes sacratæ tibi plebis admitte. Per Dominum.

Secreta.

SACRIFICIA, quæsumus, Domine propitius ista nos saluent, quæ medicinalibus sunt instituta ieiunijs. Per.

Post Communionem.

TVORVM nos Domine largitate donorum, & temporalibus adtolle præsidijs, & renoua sempiternis. Per Dominum.

Super populum.

DA, quæsumus Domine, populis Christianis, & quæ profitentur agnoscere, & cæleste munus diligere quod frequentant. Per Dominum nostrum.

Ad Vesperos.

* In for-
monsum.
* Libellus
stationū
Rō. habet
IN PA-
LIS PER-
NA. ita
em̄ dicit
appellatā
hac Eccle-
siam, à lo-
co, in quo
sita est Ba-
silica.

PRECAMVR omnipotens Deus, vt à transitorijs operibus abstinentes, ea potiùs operemur, quibus ad æterna gaudia cõsequenda, & spes nobis suppetat, & facultas. Per Dominum.]

FERIA VI. HEBD. I. QVADR.
AD APOSTOLOS.

EST O Domine propitijs plebi tuæ, & quam tibi facis esse deuotam, benigno refoue miseratus auxilio. Per Dominum.

Secreta.

SUSCIPE, quæsumus, Domine nostris oblata seruitijs, & tua propitijs dona sanctifica. Per.

Ad Complendum.

PER huius Domine operatiõem mysterij, & vitia nostra purgentur, & iusta desideria impleantur. Per Dominum.

Super populum.

EXAUDI nos misericors Deus, & mentibus nostris gratiæ tuæ lumen ostende. Per.

[Alia.

CONSERVA, quæsumus, Domine populum tuum, & ab omni-
bus quas meretur, aduersitatibus redde securum, vt tranquillitate
percepta, deuota tibi mente deseruiat. Per Dominum.]

Ad Vesperos.

HVIVS nobis parsimoniæ, quæsumus, Domine præbe mensuram, vt quod licentiæ carnis auferimus, salutarem nobis fructum mentis acquirat. Per Dominum.

(Sabbatum XII. lectionum nuncupatur, quod aut 12. soleant legi lectiones diuersas, aut sex eadem lectiones semel Græcè, & semel Latinè. Vide Ord. Romanū, qui nominatim ad hanc feriam citat sacramentarium pag. 31. Item Alc. pag. 69 Amal. lib. 2. cap. 1. & Bern. lib. de Miss. cap. 7. & Microl. cap. 28. Idem esto iudiciū de reliq. trib. sabb. 12. lect.)

SABBATO IN XII. LECTI-
ONIB. AD SANC.
PETRVM.

Oratio I.

POPVLVM tuū Dñe, quæsumus, propitijs respice, atq; ab eo flagella tuę iracundiæ clementer auerte. Per.

Alia.

Alia.

DEVS, qui nos in tantis periculis constitutos, pro humana scis fragilitate non posse subsistere, da nobis salutem mentis & corporis, vt ea quæ pro peccatis nostris patimur, te adiuuante, vincamus. Per Dominum.

II.

PROTECTOR noster adspice Deus, vt qui malorum nostrorum pondere premimur, percepta misericordia, libera tibi mente famulemur. Per.

Alia.

DEVS qui delinquentes perire non pateris, sed expectas vt cõuertatur & viuant, debitam (quæsumus) peccatis nostris suspende vindictam, & præsta propitijs, nè dissimulatio cumulet vitiõem, sed potiùs per ieiunium emendatio proficit ad veniam. Per Dñm.

III.

ADESTO, quæsumus, Domine supplicationibus nostris, vt esse, te largiente, mereamur & inter prospera humiles, & inter aduersa securi. Per.

III.

PRECES populi tui Domine clementer exaudi, vt qui iustè pro peccatis nostris affligimur; pro tui nominis gloria misericorditer liberemur. Per Dominum nostrum.

Alia.

QVÆSUMVS, omnipotens Deus, vota humilium respice, atq; ad defensionem nostrã, dexterã tuę maiestatis extende. Per Dñm.

V.

ACTIONES nostras, quæsumus, Domine & adspirando præueni, & adiuuando prosequere, vt cuncta nostra operatio à te semper incipiat, & per te cõcepta finiatur. Per Dominum.

VI.

DEVS, qui tribus pueris mitigasti flammam ignium, concede pro-

propitius, vt nos famulos tuos non exurat flamma vitiorum. Per Dominum.

Super Oblata.

PRAESENTIBVS sacrificijs, Domine, ieiunia nostra sanctifica, vt quod obseruantia nostra proficitur extrinsecus, interius operetur. Per Dominum nostrum.

Post Communionem.

SANCTIFICATIONIBVS tuis, omnipotens Deus, & vitia nostra curentur, & remedia nobis aeterna proueniant. Per.

*Nō esse ex vetustioribus hoc die Orationē super populū, patet ex Ord. Rom. qui causam reddit, quōd circa noctem Dñicā finiretur officium, in qua genu nō flectitur. Quare & virgulis eam inclusimus, vt supra quoque & infra saepius omnes eas, quae non habebantur in Colon cod. Idem testatur Alc. pag. 69.

* [Super populum.]

AB omnibus nos, quæsumus, Domine peccatis propitius absolue, vt percepta venia peccatorum, liberis tibi mentibus seruiamus. Per Dominum.

Alia.

FIDELIS tuos benedictio desiderata confirmet, quæ eos & à tua voluntate nunquam faciat discrepare, & tuis semper indulgeat beneficijs gratulari. Per Dominum.]

Ad Vesperos.

DEVS, qui nos gloriosis remedijs in terris adhuc positos, cælestium rerum facis esse confortes, te quæsumus, in ista qua viuimus, nos vita gubernata, vt ad illam, in qua ipse es, lucem perducas. Per Dominum.

DOMINICA VACAT.

DEVS, qui conspicias omni nos virtute destitui, interius exteriusque custodi, vt & ab omnibus aduersitatibus muniamur in corpore, & à prauis cogitationibus mudemur in mente, Per.

Super Oblata.

Sacrificijs presentibus Dñe, quæsumus, intēde placatus, vt & deuotiōi nostræ proficiant, & salutem. Per Dñm nostrum.

[Alia.]

Etiam hoc officium Gregorianum non esse, constat ex Micrologo cap. 24. ac 29. tum ex ipsa inscriptione.

[Alia.]

ECCLESIAE tuæ, Domine, munera placatus adsume, quæ & misericors offerenda tribuisti, & nostræ salutis potenter efficis transire mysterium. Per Dominum.]

Post Communionem.

SUPPLICES terogamus omnipotens Deus, vt quos tuis reficis sacramentis, tibi etiam placatis moribus dignanter deseruire concedas. Per. * placitis

[Alia.]

REFECTI Domine pane cælesti, ad vitam, quæsumus, nutriamur aeternam. Per Dominum.]

Super populum.

FAMILIAM tuam, quæsumus, Domine propitius illustra, vt beneplacitis inhærendo, cuncta quæ bona sunt, mereatur accipere. Per Dominum.

Ad Vesperos.

REPARET nos, quæsumus, Domine semper & innouet tuæ prouidentia pietatis, quæ fragilitatem nostram inter mundi tempestates protegat & gubernet, & in portam perpetuæ salutis inducat. Per Dominum.

FERIA II. HEBDO. II. QVADRAG. AD S. CLEMENTEM.

PRAESTA, quæsumus, omnipotens Deus, vt familia tua quæ se affligendo, carne ab alimentis abstinet, sectando iustitiam, à culpa ieiunet. Per. Vnus cod. dex transf. ponit postremas has orationes & hic & die sequenti.

Super Oblata.

HÆC hostia Domine placationis & laudis, tua nos propitiatione dignos efficiat. Per.

Post Communionem.

HÆC nos Communio Domine purget à crimine, & cælestis remedij faciat esse confortes. Per.

ff Su

GRATIA tua nos, quæsumus, Domine non derelinquat, quæ nobis opem semper adquirat. Per.

Super populum.

ADESTO Domine famulis tuis, & perpetuam benignitatem largire poscentibus, vt his qui te authore & gubernatore gloriatur, & congregata restaures, & restaurata conserues. Per.

Ad Vesperos.

ECCLESIAM tuam, Domine, perpetua miseratione prosequere, vt inter sæculi turbines constituta, & præfenti iocunditate respiret, & æternam beatitudinem percipiat. Per Dominum.]

FERIA VI. HEBD. II. QVADR. AD
S. VITALEM.

DA, quæsumus, omnipotens Deus, vt sacro nos purificante ieiunio, sinceris mentibus ad sancta ventura facias peruenire. Per Dominum.

Super Oblata.

HÆC in nobis sacrificia Deus & actione permaneant, & operatione firmentur. Per.

Post Communionem.

FAC nos Domine, quæsumus, accepto pignore salutis æternæ, sic tendere congruenter, vt ad eam peruenire possimus. Per.

Super populum.

DA, quæsumus, Domine populo tuo salutem mentis & corporis, vt bonis operibus inhærendo, tuæ semper virtutis mereatur protectione defendi. Per Dominum.

Ad Vesperos.

AD hostes nostros Domine superandos præsta, quæsumus, vt
*placitis auxilium tuum ieiunijs tibi * placatis & bonis operibus impetremus. Per Dominum.

SAB-

SABBATO HEBD. II. QVADR. AD
SANCTOS MARCELLINVM
ET PETRVM.

DA, quæsumus, Domine nostris effectum ieiunijs salutarem, vt castigatio carnis adsumpta, ad nostrarum vegetationem transeat animarum, Per.

Super Oblata.

HIS sacrificijs Domine concede placatus, vt qui proprijs oramus absolui delictis, non grauemur externis. Per Dominum.

Post Communionem.

SACRAMENTI tui, Domine, diuina libatio penetralia nostri cordis infundat, & suus participes potenter efficiat. Per.

Super populum.

FAMILIAM tuam, quæsumus, Domine continua pietate custodi, vt quæ in sola spe gratiæ cælestis innititur, cælesti etiam protectione muniatur. Per.

Ad Vesperos.

SUBVENI Domine seruis tuis, pro sua iugiter iniquitate gementibus, mentesque nostras terrenis affectibus prægrauatas, medicinalibus tribue exonerari ieiunijs, & corporis afflictione corroborari. Per Dominum.

DOMINICA III IN QVADR. AD S.
LAVRENTIVM FORIS MV-
RVM.

QVÆSUMVS, omnipotens Deus, vota humilium respice, atque ad defensionem nostram, dexteram tuæ maiestatis extende. Per.

Secreta.

HÆC hostia Domine, quæsumus, mundet nostra delicta, & sacrificiū celebrandū, subditorū tibi, corpora mētesque sanctificet. Per.

ff 3

Alia.

[Alia.

SVSCIPĒ, quæsumus, Domine deuotorum munera famulorum, & tua diuinis purifica seruientes pietate mysterijs, quibus etiã iustificas ignorantēs. Per Dominum. 3

Post Communionem.

CVNCTIS nos, Domine, reatibus & periculis propitiatus absolue, quos tanti mysterij tribuis esse participes. Per Dominum.

[Super populum.

SVBIECTVM tibi populum, quæsumus, Domine propitiatione cælestis amplificet, & tuis faciat semper seruire mandatis. Per Dominum. 3

Ad Vesperos.

IMPLORANTES Domine misericordiam tuam fideles populos propitius intuere, & qui præter te alium non nouerunt, tuis semper beneficijs glorientur. Per Dominum.

* Formã denunciationis I. Scrutinij quæ hac feria fiebat, vide in Ord. Rom. pag. 34.

* **FERIA II. HEBD. III. QVADR. AD. S. MARCV M.**

CORDIBVS nostris, quæsumus, Domine benignus infunde, vt sicut ab escis corporalibus abstinemus, ita sensus quoquẽ nostros à noxijs retrahamus excessibus. Per.

Super Oblata.

MVNVS quod tibi Domine nostræ seruitutis offerimus, tu salutare nobis perfice sacramentum. Per Dominum.

Post Communionem.

PRÆSTA, quæsumus, omnipotens & misericors Deus, vt quæ ore contingimus, pura mente capiamus. Per Dominum.

Super populum.

SVBVENIAT nobis Domine misericordia tua, vt ab imminetibus peccatorum nostrorum periculis, te mereamur protegente saluari, Per.

Ad

Ad Vesperos.

CONSERVA Domine familiam tuam, bonis semper operibus eruditam, & sic præsentibus consolare subsidijs, vt ad superna perducas dona propitius. Per Dominum.

Vnus Codex transponit postremas has Orationes, & hic & die sequenti.

FERIA III. HEBDOM. III. QVADR. AD. S. POTENTIANAM.

EXAUDI nos omnipotens & misericors Deus, & continentie salutaris propitius nobis dona concede. Per.

Secreta.

PER hæc veniat, quæsumus, Domine sacramenta nostræ redemptionis effectus, qui nos & ab humanis retrahat semper excessibus, & ad salutaria cuncta perducatur. Per.

Post Communionem.

SA CRIS Domine mysterijs expiati, & veniam consequamur, & gratiam. Per.

Super populum.

TVA nos Domine protectione defende, & ab omni semper iniquitate custodi. Per Dominum.

Ad Vesperos.

CONCEDE misericors Deus, vt deuotus tibi populus semper existat, & de tua clementia, quod ei profit, indefinenter obtineat. Per Dominum.

* **FERIA III. HEBDOM. III. QVADR. AD. S. XYSTVM.**

PRÆSTA nobis (quæsumus) Domine, vt salutaribus ieiunijs eruditi, à noxijs quoque vitijs abstinentes, propitiationem tuam facilius impetremus. Per.

* Officiũ I. Scrutinij electorum siue Catechumenorũ, quod hac feria III. celebratur regre in Ordine Rom. pag. 34. & seq. vsq; ad 35.

Super Oblata.

SVSCIPĒ, quæsumus, Domine preces populi tui, cum oblationibus

tionibus hostiarum, & tua mysteria celebrantes, ab omnibus nos defende periculis. Per Dominum nostrum.

Post Communionem.

SANCTIFICET nos Domine, qua pasti sumus, mensa celestis, & à cunctis erroribus expiatis, supernis promissionibus reddat acceptos. Per.

Super populum.

CONCEDE, quæsumus, omnipotens Deus, vt qui protectionis tuæ gratiam quærimus, liberati à malis omnibus, secura tibi mente feruiamus. Per.

Ad Vesperos.

DEVS, qui nos formam humilitatis, ieiunando & orando, vni-
geniti tui Domini nostri imitatione docuisti: concede, quæsumus, vt quod ille iugi ieiuniorum continuatione compleuit, nos quoquè per partes dierum facias adimplere. Per Dominum.

FERIA V. HEBD. III. QVADR. AD SANCTOS COSMAM ET DAMIANVM.

DA, quæsumus, Domine rex æterne cunctorum, vt sacro nos purificatos ieiunio, sinceris quoquè mentibus, ad tua sancta ventura facias peruenire. Per Dominum nostrum.

E Alia.

MAGNIFICET te Domine sanctorum tuorum Cosmæ & Damiani veneranda solennitas, qua & illis gloriam sempiternam, & opem nobis ineffabili prouidentia contulisti. Per Dominum.

Alia.

CONCEDE, quæsumus, omnipotens Deus, vt ieiuniorum nobis sancta deuotio & purificationem tribuat, & maiestati tuæ nos reddat acceptos. Per Dominum.]

Super Oblata

DEVS, de cuius gratiæ rore descendit, vt ad mysteria tua purgatis

gatis sensibus accedamus: præsta, quæsumus, vt in eorum traditione solenniter honoranda, competens deferamus obsequium. Per.

[Alia.

IN tuorum Domine præciosa morte iustorum sacrificium illud offerimus, de quo martyrium sumpsit omne principium. Per Dominum.

Alia.

FAC nos Domine, quæsumus, ad sancta mysteria purificatis mentibus accedere, vt tibi semper competens deferamus obsequium. Per Dominum.

Post Communionem.

SACRAMENTI tui Domine veneranda perceptio, & mystico nos mundet effectu, & perpetua virtute defendat. Per.

Alia.

SIT nobis, Domine, sacramenti tui certa saluatio, quæ cum B. martyrum tuorum Cosmæ & Damiani meritis imploratur. Per Dominum.]

Super populum.

CONCEDE, quæsumus, omnipotens Deus, vt qui protectionis tuæ gratiam quærimus, liberati ab omnibus malis, secura tibi mente feruiamus. Per.

Alia.

SUBIECTVM tibi populum, etc. vt suprâ in Dominica.

E Alia.

DEFENDE Domine familiâ tuam, & toto tibi corde prostrata ab hostium tuere formidine: nec bona tua difficulter inueniat, pro quibus & sancti tui, & angelicę supplicant potestates.

Alia.

PURIFICA, quæsumus, Domine tuorum corda fidelium, vt à terrena cupiditate mundati, & præsentis vitæ periculis exuantur, & * perpetuæ donis firmentur. Per Dominum.]

g g Ad

* petuis

Ad Vesperos.

DEVS, qui peccatorum animas non vis perire, sed culpas: contine, quam meremur, iram: & quam precamur, super nos infunde clementiam, vt de mœrore gaudium misericordiae tuae consequi mereamur. Per Dominum.]

FERIA VI. HEBD. III. QVADR. AD
S. LAVRENTIVM IN *LV-
CINAE.

* Ità nun-
cupatur
hæc basi-
lica, quòd
olim D.
Lucinæ
domus
fuerit.

IEIUNIA nostra, quæsumus, Domine benigno favore prosequere, vt sicut ab alimentis in corpore, ità à vitijs ieiunemus in mente. Per.

Secreta.

RESPICE, quæsumus, Domine propitius ad munera quæ facramus, vt & tibi grata sint, & nobis salutaria semper existant. Per.

Post Communionem.

HVIUS nos Domine perceptio sacramenti mundet à crimine, & ad cœlestia regna perducatur. Per.

Super populum.

PRAESTA, quæsumus, omnipotens Deus, vt qui in tua protectione cõfidimus, cuncta nobis aduersantia, te adiuuante, vincamus. Per.

Ad Vesperos.

ADESTO, quæsumus, omnipotens Deus, & in ieiunio corporali mentem nostram operibus tuorum refice mandatorum. Per.

Officium II. Scrutini-
nij Electorum, quod
hic Sabbato celebra-
batur iuxta Amala-
rium, Rupertum &
Durantem, petat
Lector ex Ord. Ro.
à culpa ieiunent. Per.
man, pag. 35.

SABBATO HEBD. III. QVADR.
AD S. SVSANNAM.

PRAESTA, quæsumus, omnipotens Deus, vt qui se affligendo carne ab alimentis abstinent, sectando iustitiã

Secreta.

Secreta.

CONCEDE, quæsumus, omnipotens Deus, vt huius sacrificij munus oblatum, fragilitatem nostram ab omni malo purget semper & muniat. Per.

Ad Complendum.

QVÆSUMVS, omnipotens Deus, vt inter eius membra numeremur, cuius corpori communicamus & sanguini. Per Dominum nostrum.

Super populum.

PRAETENDE Domine fidelibus tuis dexteram cœlestis auxilij, vt & te toto corde perquirant, & quæ dignè postulant, consequi mereantur. Per.

Ad Vesperos.

AVGE fidem tuam, quæsumus, Domine operatus in nobis, quia pietatis tuæ subsidia non negabis, quibus integrè contuleris firmitatem. Per Dominum.

DOMINICA IIII. IN QVADR. AD
HIERVSALEM.

CONCEDE, quæsumus, omnipotens Deus, vt qui merito nostræ actionis affligimur, tuæ gratiæ consolatione respiremus. Per.

Secreta.

SACRIFICIIS præsentibus Domine, quæsumus, intende placatus, vt & deuotioni nostræ proficiant, & saluti. Per Dominum nostrum.

Post Communionem.

DA nobis misericors Deus, vt sancta tua quibus incessanter explemur, sinceris tractemus obsequijs, & fidei semper mente sumamus. Per.

Super populum.

DEVS, qui in deserti regione multitudinem populi tua vir-
g g 2 tute

tute satiasti, in huius quoque seculi transeuntis excursu, victum nobis spiritalem, ne deficiamus, impende. Per.

Ad Vesperos.

Tu semper, quaesumus, Domine tuam adtolle benignus familiam, tu dispone correctam, tu propitius tuere subiectam, tu gubernare perpetua benignitate saluandam. Per Dominum.

FERIA II. HEBD. IIII. QVADR. AD SANCTOS QVATVOR CORONATOS.

Hic etiam transponitur duplex postrema Oratio.

PRAESTA, quaesumus, omnipotens Deus, ut observationes sacras annua deuotione recolentes, & corpore tibi placeamus, & mente. Per Dominum.

Secreta.

OBLATVM tibi Domine sacrificium, viuificet nos semper & muniat. Per.

Ad Complendum.

SUMPTIS Domine salutaribus sacramentis, ad redemptionis aeternae, quaesumus, proficiamus augmentum. Per Dominum.

Super populum.

Deprecationem nostram, quaesumus, Domine benignus exaudi, & quibus supplicandi praestas affectum, tribue defensionis auxilium. Per Dominum.

Ad Vesperos.

TVEATVR, quaesumus, Domine dextera tua populum tuum deprecantem, & purificatum dignanter erudiat, ut consolatione praesenti ad futura bona proficiat. Per Dominum.

FERIA III. HEBD. IIII. QVADR. AD S. LAURENTIVM IN

*DAMASO.

SACRAE nobis, quaesumus, Domine observationis ieiunia, & pia

*DAMASO SV M. ita nuncupa.

piae conuersationis augmentum, & tuae propitiationis continuum praestent auxilium. Per.

Secreta.

HAEC hostia Domine, quaesumus, emundet nostra delicta, & sacrificium celebrandum, subditorum tibi corpora mentesque sanctificet. Per.

Ad Complendum.

HVIVS nos, Domine, perceptio sacramenti mundet a crimine, & ad caelestia regna perducatur. Per.

Super populum.

MISERERE Domine populo tuo, & continuis tribulationibus laborantem, propitius respirare concede. Per.

Ad Vesperos.

DA nostrae summe conditionis reparator omnipotens Deus, ut & semper declinemus a malis, & omne quod bonum est, prompta voluntate sectemur. Per Dominum.

FERIA III. HEBD. IIII. QVADRAG. AD SANCTVM PAVLVM.

DEVS, qui & iustis praemia meritorum, & peccatoribus per ieiunium veniam praebes, miserere supplicibus tuis, ut reatus nostri confessio, indulgentiam valeat percipere delictorum. Per Dominum nostrum.

Alia.

PRAESTA, quaesumus, omnipotens Deus, ut quos ieiunia votiuca castigant, ipsa quoque deuotio sancta laetificet, ut terrenis affectibus mitigatis, facilius caelestia capiamus. Per Dominum.

Secreta.

SVPPLICES Domine te rogamus, ut his sacrificijs

gg 3 pec-

tur, quod aedificata sit a D. Damaso Papa.

Officium III. & primarij Scrutinij Elektorū, quod in apertione aurium dicebat, olim hac IIII. feria celebratum, vide in Ord. Rom. pag. 35. Fit autem eiusdem mentio apud Amalariū de Eccl. off. lib. 1. cap. 8. Rupertum de diuinis offic. lib. 4. ca. 18. 19. 20. ac 21. ac Durantum lib. 6. Ration. Diuin. cap. 56.

peccata nostra mundentur, quia tunc veram nobis tribuis & mentis & corporis sanitatem. Per.

Post Communionem.

SACRAMENTA quæ sumpſimus, Domine Deus noſter, & ſpiritualibus nos repleant alimentis, & corporalibus tueantur auxilijs. Per.

Super populum.

*Hic quæ trans-
positæ
erant ora-
tiones.* PATEANT aures miſericordiæ tuæ, Domine, precibus ſuplicantium: & vt petentibus deſiderata concedas, fac eos quæ tibi placita ſunt, poſtulare. Per Dominum.

Ad Veſperos.

DA plebi tuæ, Domine, piæ ſemper deuotionis affectum, vt quæ praua ſunt reſpuens, ſancta conuerſatione firmetur: & à peccatis libera, nullis aduerſitatibus atteratur. Per Dominum.

[FERIA V. HEBD. III. QVADRAG.
AD S. SILVESTRVM.

PRAESTA, quæſumus, omnipotens Deus, vt quos votiua ieiunia caſtigant, ipſa quoquæ deuotio ſancta lætificet, vt terrenis affectibus mitigatis, faciliùs cæleſtia capiamus. Per Dominum.

Secreta.

PURIFICA nos miſericors Deus, vt Eccleſiæ tuæ preces, quæ tibi gratæ ſunt, pia munera deferentes, ſiant expiatis mentibus gratiores. Per.

Post Communionem.

CAELESTIA dona capiētibus, quæſumus, Dñe nō ad iudicium puenire patiaris, quod fidelib⁹ tuis ad remediū ſpuidiſti. Per.

Super populum.

POPULI tui Deus inſtitutor & rector, peccata quibus impugnatur, expelle, vt ſemper tibi placitus, & tuo munimine ſit ſecurus. Per.

Ad Veſperos.

PLE-

PLEBEM tuam, Domine, interiùs exteriùsque reſtaura, vt quam corporeis non vis delectationibus impediri, ſpirituali facias vigere propoſito: & ſic rebus foueas tranſitorijs, vt tribuas potiùs inherere perpetuis. Per Dominum.]

FERIA VI. HEBD. III. QVADRAG.
AD S. EVSEBIVM.

DEVS, qui ineffabilibus mundum renouas ſacramentis, preſta, quæſumus, vt Eccleſia tua æternis proficiat inſtitutis, & temporalibus non deſtituatur auxilijs. Per Dominum.

Secreta.

MVNERANOS Domine, quæſumus, oblata purificent, & te nobis iugiter faciant eſſe placatum. Per.

Ad Complendum.

HÆC nos, quæſumus, Domine participatio ſacramenti, & proprijs reatibus indefinenter expediat, & ab omnibus tueatur aduerſis. Per.

Super populum.

DA, quæſumus, omnipotens Deus, vt qui infirmitatis noſtræ conſcij, de tua virtute confidimus, ſub tua ſemper pietate gaudeamus. Per.

Ad Veſperos.

ADESTO Domine populis, qui ſacra myſteria contigerunt, vt nullis periculis affligantur, qui te protectore confidunt. Per Dominum.

SABBATO HEBD. III. QVADRAG. AD S. LAVRENTIVM FORIS MVRVM.

FIAT Domine, quæſumus, per gratiam tuam fructuoſus noſtræ deuotionis affectus, quia tunc nobis proderunt ſuſcepta ieiunia, ſi tuæ ſint placita pietati. Per Dominum.

Super

Libell. ſtat. Rom. AD S. NICOLAVM INCARCERE TVLLIANO. ſabbato hoc III. Scrutinium celebratum ceſſet Durant. loco citato Ord. Rom autem cōmemorato & explicato maximo Scrutinio, quod in aurium apertione dicitur, ſubindi.

cat, in sequenti septi-
mana hoc seruandū,
dum inquit: Iterūm
annūciat presbyter,
qualem diem volu-
erit in sequenti he-
bdomada qua reuer-
tantur ad scruti-
nium, pag. 41.

Super Oblata.

OBLATIONIBVS, quæsumus, Domine placare su-
ceptis, & ad te nostras, etiam rebelles, compelle propitius
voluntates. Per Dominum nostrum.

Post Communionem.

TVA nos, quæsumus, Domine sancta purificent, &
operatione sua perficiant esse placitos. Per.

Super Populum.

DEVS, qui sperantibus in te misereri potius eligis, quàm irasci:
da nobis dignè flere mala quæ fecimus, vt tuæ consolationis grati-
am inuenire valeamus. Per.

Ad Vesperos.

TVA nos, quæsumus, Domine gratia & sanctis exerceat vene-
randa ieiunij, & cælestibus mysterijs efficiat aptiores. Per Do-
minum.

* V. IN
QVAD.

**DOMINICA *DE PASSIONE,
AD S. PETRVM.**

QVÆSVMVVS, omnipotens Deus, familiam tuam propitius
respice, vt te largiente regatur in corpore, & te seruante custodia-
tur in mente. Per.

Super Oblata.

HÆC munera Domine, quæsumus, & vincula nostræ prau-
tatis absoluant, & tuæ nobis misericordiæ dona concilient. Per.

Post Communionem.

ADESTO nobis Domine Deus noster, & quos tuis mysterijs
recreasti, perpetuis defende subsidijs. Per.

Super populum.

BENEDICTIO Domine, quæsumus, in tuos fideles copiosa
descendat, vt quam subiectis cordibus expetunt, largiter conse-
quantur. Per Dominum.

Ad

Ad Vesperos.

LIBERA Domine, quæsumus, à peccatis & hostibus populum
tibi supplicantem, vt in sancta conuersatione viuentes, nullis affi-
ciantur aduersis. Per Dominum.

**FERIA II. HEBD. V. QVADRAG.
AD S. CHRYSOGONVM.**

SANCTIFICA, quæsumus, Domine nostra ieiunia, & cuncta-
rum nobis propitius indulgentiam largire culparum. Per.

Super Oblata.

CONCEDE nobis Domine **DEVS** noster, vt hæc hostia
salutaris, & nostrorum fiat purgatio delictorum, & tuæ propitiatio
maiestatis. Per.

Ad Complendum.

SACRAMENTI tui, quæsumus Domine, participatio saluta-
ris, & purificationem nobis præbeat, & medelam. Per.

Super populum.

DA, quæsumus, Domine populo tuo salutem mentis & cor-
poris, vt bonis operibus inhærendo, tua semper mereatur protecti-
one defendi. Per Dominum.

Ad Vesperos.

DEVS, qui homini ad imaginem tuam condito ideò das tem-
poralia, vt largiaris æterna, ecclesiam tuam spirituali fecunditate
multiplica, vt qui sunt generatiõe terreni, fiant regeneratione cèle-
stes. Per Dominum.


**FERIA III. HEBDO. V. QVADRAG.
AD S. CYRIACVM.**

NOSTRA tibi, quæsumus, Domine sint accepta ieiunia, quæ
nos & expiando gratiæ tuæ dignos efficiant, & ad remedia perdu-
cant æterna. Per.

h h

Super

In hebdo-
mada hæc
quinta
duo scrus-
tina, quar-
tū scilicet
& quintū,
seruata est
se diebus,
ex presby-
teri Cate-
chistę ar-
bitrio de-
nunciatis
& cõstitū-
tis, cõstat
ex Ord.
Rõ. pa 41.



Super Oblata.

HOSTIAS tibi Domine immolandas deferimus, quæ temporalem consolationem significant, vt promissa certius non desperemus æterna. Per.

Post Communionem.

DA, quæsumus, omnipotens Deus, vt quæ diuina sunt, iugiter exequentes, donis mereamur cælestibus propinquare. Per.

Super populum.

DA nobis Domine, quæsumus, perseverantem in tua voluntate famulatum, vt in diebus nostris & merito & numero populus tibi seruiens augeatur. Per.

Ad Vesperos.

AFFLICTIONEM familiæ tuæ, quæsumus, Domine intende placatus, vt indulta venia peccatorum, de tuis semper beneficijs gloriemur. Per Dominum.

FERIA III. HEBD. V. QVADRAG.
AD S. MARCELLVM.

Hæc III. feria V. Electorū scrutiniū celebratū cœsui Durant. loco superius citato. SANCTIFICATO hoc ieiunio, Deus, tuorum corda fidelium miserator illustra, & quibus deuotiōis præstas affectum, præbe supplicanti- bus pium benignus auditum. Per.

Secreta.

ANNVE misericors Deus, vt hostias placationis & laudis, sincero tibi deferamus obsequio. Per.

Post Communionem.

CÆLESTIS doni benedictione percepta, supplices te Deus omnipotens deprecamur, vt hoc idem nobis & sacramenti causa fit, & salutis. Per Dominum.

Super populum

ADESTO supplicationibus nostris omnipotens Deus, vt quibus fiduciam sperandæ pietatis indulges, consuetæ misericordiæ tribue benignus effectum. Per.

Ad

Ad Vesperos.

PRAESTA, quæsumus, omnipotens Deus, vt ieiuniorum placatus sacrificijs, remissionis tuæ nos venia prosequaris. Per Dominum.

FERIA V. HEBD. V. QVADRAG.
AD S. APOLLINAREM.

PRAESTA, quæsumus, omnipotens Deus, vt dignitas conditionis humanæ per immoderantiam sauciata, medicinalis parsimonie studio reformetur. Per.

Super Oblata.

DOMINE Deus noster, qui in his potius creaturis, quas ad fragilitatis nostræ subsidium condidisti, tuo quoque nomini munera iussisti dicanda constitui: tribue, quæsumus, vt & vitæ nobis præsentis auxilium, & æternitatis efficiant sacramentum. Per.

Post Communionem.

QVOD ore sumpsimus Domine, mente capiamus, & de munere temporali fiat nobis remedium sempiternum. Per.

Super populum.

ESTO, quæsumus, Domine propitius plebi tuæ, vt quæ tibi nõ placent, respuens, tuorum potius repleatur delectationibus mandatorum. Per.

Ad Vesperos.

SUCCESSU, quæsumus, Domine populo supplicanti, & opem tuam tribue benignus infirmis, vt sincera tibi mente deuoti, & præsentis vitæ remedijs gaudeat, & futuræ. Per Dominum.]

FERIA VI. HEBD. V. QVADRAG.
AD S. STEPHANVM.

CORDIBVS nostris Domine benignus infunde, vt peccata nostra castigatione voluntaria cohibentes, temporaliter potius maceremur, quàm supplicijs deputemur æternis. Per.

h h 2 Su-

Super Oblata.

PRAESTA nobis misericors Deus, vt dignè tuis seruire semper altaribus mereamur, & eorum perpetua participatione saluari. Per.

Post Communionem.

SUMPTI sacrificij Domine perpetua nos tuitio non relinquat, & noxia semper à nobis cuncta depellat. Per.

Super populum.

CONCEDE, quæsumus, omnipotens Deus, vt qui protectionis tuæ gratiam quærimus, liberati à malis omnibus, secura tibi mente seruiamus. Per Dominum.

Alia.

TRIBE nobis, quæsumus Domine, indulgentiam peccatorum, vt instituta ieiunia, tibi placitis sensibus operemur. Per Dominum.

Ad Vesperos.

OMNIPOTENS sempiternæ Deus, clementiam tuam suppliciter exoramus, vt qui mala nostra semper præuenis miserando, facias nos tibi placitos, & pijs actionibus & ieiunijs salubribus expiando. Per Dominum.

Hic esse verū titulū huius diei, atq; id eò sequens Officium nō esse Gregorianum, patet ex Ord. Romā. pag. 41. Alc. de diuini Officijs pag. 32. Amalar. de Eccl. offic. li. 1. ca. 9. & Microl. c. 30. Reddit autem rationem huius tituli Alcuin⁹, quod etsi à Pontifice omni tempore eleemosyna detur, specialius tamen id hoc die faciat, quia Euangelium pauperum mensionem facit, cuius historia hoc die ante sex dies Paschæ contigit.

SABBATVM VACAT. DOMINVS PAPA ELEEMOSYNAM DAT.

[AD S. PETRVM.]

PROFICIAT, quæsumus, Domine plebs tibi dicata piæ deuotionis affectu, vt sacris actionibus erudita, quanto maiestati tuæ fit gratior, tanto donis potioribus augeatur. Per.

Super Oblata.

CUNCTIS nos Domine, quæsumus, reatibus & periculis propitius absolue, quos tanti my-

ysterij tribuis esse consortes. Per Dominum.

E Alia.

QUÆSUMVS omnipotens Deus, vt ieiuniorum nostrorum tibi placeant sacrificia, quibus remissionis tuæ nos venia prosequatur. Per Dominum.]

Ad Complendum.

DIVINI satiati muneris largitate, quæsumus Domine Deus noster, vt huius semper participatione viuamus. Per.

Super populum.

TVEATUR, quæsumus, Domine dextera tua populum tuum deprecantem, & purificatum dignanter erudiat, vt consolatione præsentis ad futura bona proficiat. Per Dominum.

E Alia.

VISITA, quæsumus, Domine plebem tuam, & corde sacris dicata mysterijs, pietate tuere peruigili, vt remedia salutis æternæ. quæ te miserante percepit, te protegente custodiat. Per Dominum.]

Ad Vesperos.

DA nobis obseruantiam Domine legitima deuotione perfectam, vt cum refrenatione carnalis alimonix, sancta tibi conuersatione placeamus. Per Dominum.]

DOMINICA *IN PALMIS.

BENEDICTIONES ramorum, palmarum, siue florum, quæ in quibusdam MS. codicibus hinc habentur, petantur ex Ordine Romano.

AD BENEDICTIONEM RAMORVM.

DEVS, qui hodierna die ad insinuandum humilitatis exemplum, super asinum sedere, & à turbis Rex appellari & collaudari voluisti, respice ad deuotam populi tui humilitatem, vt qui cum

hh 3 palmis

scrutiniū VI. rejicit Durāt. in hoc Sabbatum, loco etiā citato superi⁹. At Rom. Ord. in sequentem hebdomadam.

*PALMARVM.

palmis & cæteris frondibus laudi tuæ dedicatis, in memoriam huius venerandæ solennitatis deuotus occurrit, tibi iudici uenienti, cum palma uictoriæ & fructu bonorum operum securus occurrat. Qui uiuis.

AD S. IOANNEM IN LATERANIS.

Ab hac Do-
minica us-
que in coe-
nam Do-
mini scri-
bit Micro-
log. dicē-
dam præ-
fat. de cru-
ce, quā ha-
bes infrā l.
sacr. 3. OMNIPOTENS sempiternæ DEVS, qui humano generi ad imitandum humilitatis exemplum, Saluatorem nostrum carnem sumere, & crucem subire fecisti: concede propitius, ut patientiæ ipsius habere documenta, & resurrectionis consortia mereamur. Per eundem.

Secreta.

CONCEDE, quæsumus Domine, ut oculis tuæ maiestatis munus oblatum, & gratiam nobis deuotionis obtineat, & effectum nobis perennitatis adquirat. Per Dominum nostrum.

[Alia

IPSA maiestati tuæ Domine fideles populos commendet oblatio, quæ per filium tuum conciliauit inimicos. Per Dominum.]
Ad Complendum.

PER huius Domine operationem mysterij, & vitia nostra purgentur, & iusta desideria compleantur. Per.

E Alia.

ADESTO Domine fidelibus tuis, & quos cælestibus reficis sacramentis, à terrenis conferua periculis. Per Dominum.

Alia.

PRÆSTA nobis omnipotens Deus, ut quia vitij subiacet nostra mortalitas, tua nos & medicina purificet, & potentia tueatur. Per Dominum.]

Super populum.

PURIFICA, quæsumus, Domine familiam tuam, & ab omnibus

bus contagijs prauitatis emunda, ut redempta uasa sui Domini passione, non spiritus immundus rursus inficiat, sed saluatio sempiterna possideat. Per eundem.

Ad Vesperos.

DEVS, quem diligere & amare, iustitia est, ineffabilis gratiæ tuæ in nobis dona multiplica: & qui fecisti nos morte filij tui sperare quod credimus, fac nos, eodem resurgente, peruenire quod tendimus. Per eundem.

FERIA II. HEBD. VI. QUADR. AD S. PRAEDEM.

DA, quæsumus, omnipotens Deus, ut qui in tot aduersis ex nostra infirmitate deficiamus, intercedente unigeniti filij tui passione respiremus. Per eundem.

Super Oblata.

HÆC sacrificia nos omnipotens Deus potenti uirtute mundatos, ad suum faciant puriores venire principium. Per.

Post Communionem.

PRAEBEANT nobis Domine diuinum tua sancta feruorem, quo eorum pariter & actu delectemur, & fructu. Per Dñm nostrum.
Super populum.

ADIVA nos Deus salutaris noster, & ad beneficia recolenda, quibus nos instaurare dignatus es, tribue venire gaudentes. Per Dominum nostrum.

E Alia.

POPVLVM tuum Domine, quæsumus, ad te toto corde conuertere, quia quos defendis etiam delinquentes, maiori pietate tueris sincera mente deuotos. Per Dominum.]

Ad Vesperos.

DA misericors Deus, ut quod in tui filij passione mundus excruciat, salutare nobis fideliter sentiamus. Per eundem.

FERIA

SACRAMENTORVM LIBER, AV-
FERIA III. HEBD. VI. QVADR. AD
S. PRISCAM.

OMNIPOTENS sempiternae Deus, da nobis ita Dominicae passionis sacramenta peragere, ut indulgentiam percipere mereamur. Per.

Secreta.

SACRIFICIA nos, quaesumus, Domine propensius ista restarent, quae medicinalibus sunt instituta ieiunij. Per Dominum nostrum.

[Alia.

GRATA tibi sint Domine munera, quibus mysteria celebrantur nostrae libertatis & vitae. Per Dominum.]

Post Communionem.

SANCTIFICATIONIBVS tuis omnipotens Deus, & vitia nostra curentur, & remedia nobis sempiterna proueniant. Per.

[Alia.

REPLETI Domine sacri muneris gratia, supplices exoramus, ut quae gustu corporeo dulci veneratione contingimus, dulciora mentibus sentiamus. Per Dominum.]

Super populum.

TVA nos misericordia Deus & ab omni subreptione vetustatis expurget, & capaces * nouae sanctitatis efficiat. Per Dominum.

* sanctae
nouitatis

Ad Vesperos.

Hic rursùm transposi-
tae erant Orationes
super populū & ad
Vesperos.
REMINISCERE miserationum tuarum Domine,
& famulos tuos aeterna protectione sanctifica, pro quibus
Iesus Christus filius tuus, per suum cruorem nobis instituit Paschale mysterium. Qui tecum.

Scrutiniū VII. Ele-
ctorū, hac feria fieri
confectum testatur
Durantius loco su.

FERIA III. HEBD. VI. QVADR. AD
S. MARIAM MAIOREM.

PRAESTA,

PRAESTA, quaesumus, omnipotens Deus, ut qui nostris excessibus incessanter affligimur, per vnigeniti tui passionem liberemur. Qui tecum viuit.

Alia.

DEVS, qui pro nobis filium tuum crucis patibulum subire fecisti, ut inimici a nobis expelleres potestatem, concede nobis famulis tuis, ut resurrectionis gratiam consequamur. Per eundem.

Secreta.

PURIFICA nos misericors Deus, ut Ecclesiae tuae preces, quae tibi gratae sunt, pia munera deferentes, fiant expiatis metibus gratiores. Per.

[Alia.

SUSCIPE, quaesumus, Domine munus oblatum, & dignanter operare, ut quod passionis filij tui Domini nostri mysterio gerimus, pijs affectibus consequamur. Per eundem.]

Post Communionem.

LARGIRE sensibus nostris omnipotens Deus, ut per temporalem filij tui mortem, quam mysteria veneranda testantur, vitam nobis dedisse perpetuam confidamus. Per eundem.

Super populum.

RESPICE Domine, quaesumus, super hanc familiam tuam, pro qua Dominus noster Iesus Christus non dubitauit manibus tradinocentium, & crucis subire tormentum. Qui tecum.

Ad Vesperos.

OMNIPOTENS sempiternae Deus, qui CHRISTI tui beata passione nos reparas, conserua in nobis opera misericordiae tuae, ut in huius celebritate mysterij perpetua deuotione viuamus.

Alia.

OMNIPOTENS sempiternae Deus, qui vitam humani generis, pro nobis filio tuo moriente, saluasti, praesta quaesumus, ut

ii in hac

praeitato. Atqui nominatum sit huius officij mētio i Ordī. Rom. pag. 49.

in hac populi tui deuotione fructus proueniat gaudiorum. Per eundem.

* QVAE
EST

FERIA *V. IN COENA DO-
MINI.

ORATIONES super Pœnitentes, quæ hîc in vno codice continentur, require infrâ lib. II. cap. XC VII.

AD S. IOANNEM IN LATE-
RANIS.

AD MISSAM.

DEVS, à quo & Iudas reatûs sui pœnam, & confessionis suæ latro præmium sumpsit, concede nobis tuæ propitiationis effectum, vt ficut in sua passione Iesus Christus Dominus noster diuersâ vtrisque intulit stipendia meritorum, itâ nobis ablato vetustatis errore, resurrectionis suæ gratiam largiatur. Qui tecum.

SECRETA.

IPSE tibi, quæsumus, DOMINE sancte pater, omnipotens Deus, sacrificium nostrum reddat acceptum, qui discipulis suis in sui commemoratione hoc fieri hodierna traditione monstrauit, Iesus Christus Dominus noster. Qui tecum.

INFRA ACTIONEM.

COMMUNICANTES, & diem sacratissimum celebrantes, quo Dominus noster Iesus Christus, pro nobis est traditus, sed & memoriam venerantes.

HANC igitur oblationem seruitutis nostræ, sed & cunctæ familiæ tuæ, quam tibi offerimus ob diem, in qua Dominus noster Iesus Christus tradidit discipulis suis corporis & sanguinis sui mysteria celebranda, quæsumus Domine, vt placatus &c.

QVI

QVI pridie quàm pro nostra omnium salute pateretur, hoc est, hodie accepit panem in sanctas &c.

* IN IPSO DIE ITA CONFICITVR
CHRISMA.

IN vltimo ad Missam, antequàm dicatur: Per quem hæc omnia Domine semper bona creas, leuantur de ampullis, quas offerunt populi, & benedicit tam Dominus Papa, quàm omnes Presbyteri.

BENEDICTIO OLEI.

EMITTE Domine spiritum sanctum paracletum de cælis in hanc pinguedinem oliuæ, quam de viridi ligno producere dignatus es ad refectiorem corporis, vt tua sancta benedictione sit omni vnguentum tangenti tutamentum mentis & corporis, ad euacuandos dolores, omnesque infirmitates, omnem ægritudinem corporis, vadè vnxiisti sacerdotes, reges, prophetas, & martyres, Chrisma tuum perfectum Domine, à te benedictum, permanens in visceribus nostris, in nomine Domini nostri IESV CHRISTI. Per quem hæc omnia Domine.

BENEDICTIO CHRISMATIS
PRINCIPALIS.

SURSVM corda. Resp. Habemus ad Dominum. Gratias agamus Domino Deo nostro. Resp. Dignum & iustum est.

VERE dignum & iustum est, vsq; æterne Deus. Qui in principio inter cætera bonitatis & pietatis tuæ munera, terram producere fructifera ligua iussisti, inter quæ huius pinguisissimi liquoris ministræ oleæ nascerentur, quarum fructus sacro Chrismati deferuiet. Nam & Dauid prophético spiritu gratiæ

ii 2 tuæ

* Hæc ipsa verba nō modò continentur in Ord. Rom. sed & citantur ex sacramentario ab Amalario l. 2. c. 12. Vbi etiam hoc oleum, pro infirmo nuncupatur: & additur, cur benedictio Chriſmatis principalis dicatur. Por-

terò tertium illud oleum, Catechumenorum appellat Ordo Romanus. Fit etiã mentione apud Alcuin. pag. 56.

turæ sacramenta prænoscent, vultus nostros in oleo exhilarandos esse cantauit. Et cum mundi crimina diluuiò quondam expiarentur effuso, similitudinem futuri muneris columba demonstrans, per oliuæ ramum pacem terris traditam nunciavit. Quod in nouissimis temporibus manifestis est effectibus declaratum, cum baptismatis aquis omnium criminum commissa delentibus, hæc olei vnctio vultus nostros iocundos efficit ac serenos. Indè etiam Moyfi famulo tuo mandatum dedisti, vt Aaron fratrem suum priùs aqua lotum, per infusionem huius vnguenti constitueret sacerdotem. Accessit ad hoc amplior honor, cum filius tuus Iesus CHRISTVS Dominus noster, lauari à Iohanne vndis Iordanicis exegisset, vt spiritu sancto in columbæ similitudine desupèr misso, vnigenitum tuum, in quo tibi optimè complacisset, testimonio subsequenti vocis ostenderes: & hoc illud esse manifestissimè comprobares, quod eum oleo lætitiæ præ confortibus suis vngendum Dauid Propheta cecinisset. Te igitur deprecamur sancte pater, omnipotens æternæ DEVS per eundem IESVM CHRISTVM filium tuum Dominum nostrum, vt huius creaturæ pinguedinem † sanctificare tua benedictione digneris, & spiritus sancti ei admiscere virtutem, cooperante potentia CHRISTI tui, à cuius sancto nomine Chrisma nomen accepit. Vndè vnixisti sacerdotes, reges, prophetas, & martyres, vt sit his qui renati fuerint ex aqua & spiritu sancto, Chrisma salutis, eosque vitæ æternæ participes, & cælestis gloriæ facias esse consortes. Per eundem,

EXORCISMVS OLEI.

DEVS, qui virtute sancti Spiritus tui imbecillarum mentium rudimenta confirmas, te oramus Domine, vt venturis ad beatæ regenerationis lauacrum tribuas per vnctionem istius creaturæ

creaturæ, purgationem mentis & corporis, vt si quæ illis aduersantium spirituum inhæserè reliquæ, ad tactum sanctificati olei huius abscedant, nullus spiritalibus nequitijs locus, nulla refugis virtutibus sit facultas, nulla insidiantibus malis latendi licentia relinquantur, sed venientibus ad fidem seruis tuis & sancti Spiritus tui operatione mundandis, sit vnctionis huius præparatio utilis ad salutem, quam etiam cælestis regenerationis natiuitate in sacramento sunt baptismatis adepturi. Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, qui venturus est iudicare.

Post Communionem.

REPECTI vitalibus alimentis, quæsumus, Domine Deus noster, vt quod tempore nostræ mortalitatis exequimur, immortalitatis tuæ munere consequamur. Per.

Super Populum.

PRAESTA, quæsumus Domine, vt sicut de præteritis ad noua transimus, ita vetustate deposita, sanctificatis mentibus innouemur. Per Dominum.

FERIA VI. [QVAE EST] IN PARASCEVE.

DEVS à quo & Iudas &c. vt supra.

Et Alia post Respons. Domine, audiui &c.

DEVS, qui peccati veteris hæreditariam mortem, in qua posteritatis genus omne successerat, Christi tui Domini nostri passione soluisti, da vt conformes eiusdem facti, sicut imaginem terrenæ creaturæ necessitate portauimus, ita & imaginem cælestis gratiæ sanctificatione portemus. Qui tecum.]

ORATIONES SOLEMNES, QVAE
DICENDAE SVNT VI. FERIA
MAIORE. IN HIERUSALEM.

In hoc titulo cõcordat Ord. Rom. Alc. de diuin. offic. q. explicat cur solennes dicant, & Amal. li. i. c. 13. præterq. q. legant, Ad Hierusalem.

OREMVS, dilectissimi nobis, pro Ecclesia sancta Dei, vt eam Deus & Dñs noster pacificare & custodire dignetur toto orbe terrarum, subiiciens ei principatus & potestates, detque nobis quietam & tranquillam vitam degentibus, glorificare Dominum patrem omnipotentem.

Oremus.

OMNIPOTENS sempiternae Deus, qui gloriam tuam omnibus in Christo gentibus reuelasti, custodi opera misericordiae tuae, vt Ecclesia toto orbe diffusa, stabili fide in confessione tui nominis perseueret. Per eundem Dominum nostrum.

OREMVS & pro beatissimo Papa nostro N. vt Deus & Dominus noster, qui elegit eum in ordinem Episcopatus, saluum atque incolumem custodiat Ecclesiae suae sanctae ad regendum populum sanctum Dei.

Oremus.

OMNIPOTENS sempiternae Deus, cuius iudicio vniuersa fundantur, respice propitius ad preces nostras, & electum nobis antistitem, tua pietate conserua, vt Christiana plebs, quae tali gubernatur auctore, sub tanto Pontifice, credulitatis suae meritis augeatur. Per Dominum.

OREMVS & pro omnibus Episcopis, presbyteris, diaconibus, subdiaconibus, acolytis, exorcistis, lectoribus, ostiarijs, Confessoribus, virginibus, viduis, & pro omni populo sancto Dei.

Oremus.

OMNIPOTENS sempiternae Deus, cuius spiritu totum corpus Ecclesiae sanctificatur & regitur, exaudi nos pro vniuersis ordinibus supplicantes, vt gratiae tuae munere ab omnibus tibi gradibus fideliter seruiatur. Per Dominum nostrum.

OREMVS & pro Christianissimo Imperatore nostro N. vt Deus & Dominus noster subditas illi faciat omnes barbaras nationes ad nostram perpetuam pacem.

Ore-

Oremus.

OMNIPOTENS sempiternae Deus, in cuius manu sunt omnium potestates, & omnia iura regnorum, respice ad Romanum benignus Imperium, vt gentes quae in sua feritate confidunt, potentiae tuae dextera comprimantur. Per.

OREMVS & pro catechumenis nostris, vt Deus & Dominus noster adaperiat aures precordiorum ipsorum, ianuamque misericordiae, vt per lauacrum regenerationis accepta remissione omnium peccatorum, & ipsi inueniantur in Christo IESU Domino nostro.

Oremus.

OMNIPOTENS sempiternae Deus, qui Ecclesiam tuam noua semper prole foecundas, auge fidem & intellectum catechumenis nostris, vt renati fonte baptismatis, ad optionis tuae filijs adgrementur. Per Dominum nostrum.

OREMVS, dilectissimi nobis, Deum patrem omnipotentem, vt cunctis mundum purget erroribus, morbos auferat, famem depellat, aperiat carceres, vincula dissoluat, peregrinantibus reditum, infirmantibus sanitatem, nauigantibus portum salutis indulgeat.

Oremus.

OMNIPOTENS sempiternae Deus, mcestorum consolatio, laborantium fortitudo, perueniant ad te preces de quacunque tribulatione clamantium, vt omnes sibi in necessitatibus suis misericordiam tuam gaudeant adfuisse. Per Dominum.

OREMVS & pro hereticis & schismaticis, vt Deus & Dominus noster eruat eos ab erroribus vniuersis, & ad sanctam matrem Ecclesiam Catholicam atque Apostolicam reuocare dignetur. Per.

Oremus.

OMNIPOTENS sempiternae Deus, qui saluas omnes, & neminem visperire, respice ad animas diabolica fraude deceptas,

vt

vt omni heretica prauitate deposita, errantium corda respiciant, & ad veritatis tuę redeant vnitatem. Per Dominum.

O R E M V S & pro perfidis Iudæis, vt Deus & Dominus noster auferat velamen de cordibus eorum, vt & ipsi agnoscant Christum Iesum Dominum nostrum.

Oremus.

O M N I P O T E N S sempiternæ Deus, qui etiam Iudaicam perfidiam à tua misericordia non repellis, exaudi preces nostras, quas pro illius populi obsecratione deferimus, vt agnita veritatis tuę luce, quę Christus est, à suis tenebris eruantur. Per eundem.

O R E M V S & pro paganis, vt Deus omnipotens auferat iniquitatem à cordibus eorum, & relictis idolis suis, conuertantur ad Deum viuum & verum, & vnicum filium eius Iesum Christum Deum & Dominum nostrum, cum quo viuunt & regnat cum spiritu sancto Deus. Per omnia.

Oremus.

O M N I P O T E N S sempiternæ Deus, qui non mortem peccatorum, sed vitam semper inquiris, suscipe propitius orationem nostram, & libera eos ab idolorum cultura, & adgrega Ecclesię tuę sanctę, ad laudem & gloriam nominis tui. Per eundem.

C A E T E R A E huius diei ceremonię, de adoratione crucis, & communionem quę in vnoquoque MS. codice, hęc adiectę erant, petantur partim ex Antiphonario Diui Gregorij, partim ex Ordine Romano, quibus per omnia correspondebat. Earundem verò explicationem petere est, tum ex Alcuino de diuin. offic. pag. 57. & sequēt. tum ex Amalario loco supra citato. Non potui tamen hæc sequentia prætermittere.

M O X autem vt Antiphona, **O** crux splendidior, inchoata fuerit, omnes ob veneratiōem sanctę crucis in terram adorantes procident. Quam vt adoratam habuerint, Diaconus cum Subdiacono

&

& Acolytis pergant in Sacrarium, vel ubi positum fuerat Corpus Domini, quod pridem remanserat, illudq; cum calice & patena, summo cum honore & reuerentia ad altare deferant. Quo supermissio, Sacerdos stans ante altare dicat: **P R A E C E P T I S** **S A L V T A R I B V S** **M O N I T I**: &, **P A T E R N O S T E R**. Sequitur: Libera nos, quesumus, Domine. Et cum dixerint, **A M E N**: sumet Sacerdos de sancta, & ponet in calicem, nihil dicens. Deindè cōmunicat ipse & ois Clerus. Et fiant Missæ.

Ex postrema hac clausula colligere est, cur Missa nūcupetur, nēpe à dimittendo populo.

ORDO AD CATECHVMENVM FACIENDVM.

P E R T I N E T hic Ordo magis ad quartā feriam quartę hebdomadę Quadragesimę, in qua solet fieri tertium & præcipuum serutinium Catechumenorum: hęc tamen in omnibus MS. cod. collocatur, eò quòd denuò idem seruaretur in catechizandis infantibus, qui antea obliti non erant, & in adultis alijs, quos Electos siue Competentes nuncupabant, pro maxima parte repeteretur. Quemadmodum latius videre est, tum in Ordine Romano pag. 32. & 73. tum in Alcuino de diuinis officijs pag. 61. & sequent. & Amalario lib. I. cap. 16. & sequ.

C V M **V E N E R I N T** **A D** **E C C L E S I A M**, **R E C I T A N T V R** eorum nomina, & stent masculi ad dexteram, femine verò ad sinistram. Interrogat autem presbyter nomina infantium, & dicit:

Interrog. Abrenuncias sathanæ? Respon. Abrenuncio.

Interrog. Et omnibus operibus eius? Respon. Abrenuncio.

Interrog. Et omnibus pompis eius? Respon. Abrenuncio.

D E I N D E **I N T E R R O G A T**
S Y M B O L V M.

kk In-

Interrog. Credis in Deum patrem omnipotentem, creatorem caeli & terrae? Respon. Credo.

Interrog. Credis & in Iesum Christum filium eius vnicum, Dominum nostrum, natum & passum? Respon. Credo.

Interrog. Credis & in spiritum sanctum, sanctam Ecclesiam Catholicam, sanctorum communionem, remissionem peccatorum, carnis resurrectionem, & vitam aeternam? Respon. Credo.

* Et sus-
flat in fa-
ciem eius
rèr, dicès.
* da.
* Fuge im-
munde spi-
ritus da-
lo-
cum spiri-
tui sancto.

ET * EXUFFLAT TER IN FACIEM, DICENS:

E XI ab eo Satana, * redde honorem Deo viuo & vero, redde honorem Iesu Christo filio eius, * & spiritui sancto paraclito.

ET IMPONIT MANVM IN FRONTIBVS EORVM, ITA DICENDO:

SIGNACVLVM Saluatoris Dñi nostri Iesu Christi, in frontem tuam pono.

ET IN PECTORE SIMILITER FACIT, DICENDO:

SIGNVM sanctae crucis Saluatoris Domini nostri Iesu Christi, in pectus tuum pono.

DEINDE SACERDOS PONIT MANVM SVPER CAPVT INFANTIS, DICENS HAS ORATIONES:

* miserere
famulo
tuo.

OMNIPOTENS sempiternae Deus, pater Domini nostri Iesu Christi, * respicere dignare super hunc famulum tuum N. quem ad rudimenta fidei vocare dignatus es: omnem caecitatem cordis ab eo expelle, disrumpe omnes laqueos satanae quibus fuerat colligatus: aperi ei Domine ianuam pietatis tuae, vt signo sapientiae tuae imbutus, omnium cupiditatum feoribus careat, & ad suauem odorem praecceptorum tuorum laetus tibi in ecclesia tua deseruiat, & proficiat de die in diem, vt idoneus efficiatur accedere ad

ad gratiam baptismi tui percepta medicina. Per eundem.

Alia.

PRECES nostras, quaesumus, Domine clementer exaudi, & hunc electum tuum N. crucis Dominicae, cuius impressione eum signamus, virtute custodi, vt magnitudinis gloriae rudimenta seruans, per custodiam mandatorum tuorum ad regenerationis peruenire * gloriam mereatur. Per Dominum nostrum Iesum * gratiam Christum.

DEVS, qui humani generis ita es conditor, vt sis etiam reformator: propitiare populis adoptiuis, & nouo testamento sobolem nouae prolis adscribe, vt filij promissionis, quod non potuerunt adsequi per naturam, gaudeant se recepisse per gratiam. Per Dominum nostrum, qui venturus.

ET E deprecor Domine sancte pater aeternae Deus, vt huic famulo tuo N. qui in * seculo huius noctis vagatur incertus & dubius, viam veritatis & agnitionis tuae iubeas demonstrari, quatenus referatis oculis cordis sui, te vnum Deum patrem in filio, & filium in patre cum Spiritu sancto recognoscat, atque istius confessionis fructum & hic & in futuro seculo percipere mereatur. Qui viuus & regnas.]

INDE VERO * BENEDICIT SAL HOC MODO: * BENE-
DICIS

EXORCIZO te creatura salis, in nomine Dei patris omnipotentis, & in charitate Domini nostri Iesu Christi, & in virtute spiritus sancti. Exorcizo te per Deum viuum, & per Deum verum, qui te ad tutelam humani generis procreauit, & populo venienti ad credulitatem per seruos suos consecrari praecipit, vt in nomine sanctae Trinitatis efficiare salutare Sacramentum, ad effugandum inimicum: quam sanctificando sanctifices, benedicendo benedicas, vt fiat omnibus accipientibus perfecta medicina, permanens in visceribus eorum, in nomine Dñi

kk 2 nostri

nostri Iesu Christi, qui venturus est iudicare viuos & mortuos & seculum per ignem.

Alia benedictio salis.

BENEDIC, omnipotens Deus, hanc creaturam salis tua benedictione celesti, in nomine Domini nostri Iesu Christi, & in virtute sancti spiritus tui, ad effugandum inimicum: quam sanctificando sanctifices, & benedicens benedicas, fiatque omnibus accipientibus perfecta medicina, permanens in visceribus sumentium, in nomine Domini nostri Iesu Christi. Qui venturus.

***INTER POSTEA *INTERROGAT NOMINA ROGET, EORVM, ET *PONIT DE IP SO SALE ponat, & dicat.**
IN OS IPSORVM, ET *DICIT:

ACCIPERE salem sapientiae, propitiatus in vitam aeternam. Amen.

ORATIO POST DATVM SALEM.

DEVS patrum nostrorum, Deus vniuersae conditor veritatis, te supplices exoramus, vt hunc famulum tuum N. respicere digneris propitius, vt hoc primum pabulum salis gustantem, non diutius esurire permittas, quod minus cibo expleatur caelesti, quatenus sit semper Domine spiritu feruens, spe gaudens, tuo semper nomi ni seruiens: perduc eum ad nouae regenerationis lauacrum, vt cum fidelibus tuis promissionum tuarum aeterna praemia consequi mereatur. Per Dominum nostrum.

ITERVM FACIAT CRUCEM IN FRONTE EIVS, ET DICAT SVPER MASCVLOS:

DEVS Abraham, Deus Isaac, Deus Iacob, Deus qui Moyse famulo tuo in monte Sinai apparuisti, & filios Israel de terra Aegypti eduxisti, deputans eis angelum pietatis tuae, qui custodiret eos die ac nocte. Te quaesumus, Domine, vt mitte.

mittere digneris sanctum angelum tuum, vt similiter custodiat & hunc famulum tuum, & perducatur eum ad gratiam baptismi tui.

ERGO maledicte diabole recognosce sententiam tuam, & da honorem Deo viuo & vero, da honorem Iesu Christo filio eius & spiritui sancto, & recede ab hoc famulo Dei: quia istum sibi Deus, & Dominus noster Iesus Christus, ad suam sanctam gratiam & benedictionem, fontem que baptismatis vocare dignatus est, & hoc signum sanctae crucis, quod nos fronti eius damus, tu maledicte diabole nunquam audeas violare.

ITEM SVPER FOEMINAS:

DEVS caeli, Deus terrae, Deus angelorum, Deus archangelorum, Deus prophetarum, Deus martyrum, Deus virginum, Deus omnium beneuolentium, Deus cui omnis lingua confitetur, & omne genu flectitur caelestium, terrestrium & infernorum: te inuoco Domine super hanc famulam tuam, vt perducere eam digneris ad gratiam baptismi tui. Ergo maled.

ITEM SVPER MASCVLOS:

DEVS immortale praesidium omnium postulantium, liberatio supplicum, pax rogantium, vita credentium, resurrectio mortuorum, te inuoco super hunc famulum tuum, qui baptismi tui donum petens, aeternam consequi gratiam spiritali regeneratione desiderat: accipe eum Domine, & quia dignatus es dicere, Petite, & accipietis: quaerite, & inuenietis: pulsate, & aperietur vobis: petenti itaque praemium porrigere, & ianuam pande pulsanti, vt aeternam caelestis lauacri benedictionem consequutus, promissa tui muneris regna percipiat. Ergo maled.

AUDI maledicte Sathana, adiuratus per nomen aeterni Dei, & Saluatoris nostri filij eius, cum tua victus inuidia, tremens gemensque, discede, nihil tibi sit commune cum seruo DEI, iam caelestia cogitati, *renunciatori tibi ac seculo tuo, & beatae immortalitatis *renunciaturus victori, da igitur honorem aduenienti spiritui sancto, qui ex sum-

ma cæli arce descendens, perturbatis fraudibus tuis, diuino fonte purgatum pectus, id est, sanctificatum Deo templum & habitum perficiat, & ab omnibus penitus noxis præteritorum criminum liberatus seruus Dei, gratias perenni Deo referat semper, & benedicat nomen eius sanctum in secula seculorum. Per eundem.

ITEM SVPER FOEMINAS:

DEVS Abraham, Deus Isaac, Deus Iacob, Deus qui tribus Israel de Aegypti seruitute liberasti per Moysem famulum tuum, & de custodia mandatorum tuorum in deserto monuisti, & Susannam de falso crimine liberasti: te supplex deprecor Domine, ut liberetis & hanc famulam tuam, & perducere eam digneris ad gratiam baptismi tui. Ergo maled.

ITEM FACIENS CRUCEM, DICIT ORATIONEM HANC SVPER MASCULOS:

EXORCIZO te immunde spiritus, in nomine patris & filij & Spiritus sancti, ut exeat & recedas ab hoc famulo Dei N. ipse enim tibi imperat, maledicte damnate, qui pedibus super mare ambulauit, & Petro mergenti dexteram porrexit. Ergo maled.

ITEM SVPER FOEMINAS:

EXORCIZO te immunde spiritus per patrem & filium & spiritum sanctum, ut exeat & recedas ab hac famula Dei. ipse enim tibi imperat maledicte damnate, qui cæco nato oculos aperuit, & quatruiduanum Lazarum de monumento suscitauit. Ergo maled.

* Vnus cod. habet hunc titulum: ORATIO SVPER INFANTES IN ET IMPONENS MANVM SVPER CAPUT. QVADRAG. AD TA IPSORVM, DICIT: III. EVANGELIA, ad cuius intellectum videas Ordine pater, omnipotens æterne Deus, luminis & veritatis super

super hunc famulum tuum, N. vel N. ut digneris eum illuminare lumine intelligentiæ tuæ, munda eum & sanctifica, da ei scientiam veram, ut dignus efficiatur accedere ad gratiam baptismi tui, teneat firmam spem, consilium rectum, doctrinam sanctam, ut aptus sit ad percipiendam gratiam baptismi tui. Per.

IN SABBATO SANCTO PASCHAE, AD REDDENTES DICIT DOMNVS PAPA, POST *ΠΙΣΤΕΥΕΙΣ, ITEM AD CATECHIZANDOS INFANTES.

QVID sibi velit hic titulus, explicat nominatim, quomodo etiam, sequentia penè omnia, Amalarius de Eccles. offic. l. i. c. 23. & sequent. facit etiam ad eius intellectum Ordo Rom. loco iam citato & titulus quorundam librorum iste:

nè Rom. ad dictam 4. feriam hebdom. Veriorē esse lectionem, πιστεύω, patet ex Ord. Romano ad dictam feriam.

IN SABBATO SANCTO ORATIO AD CATECHIZANDVM INFANTEM.

PRIMUM FACIAT SACERDOS CRUCEM IN FRONTIBVS SINGVLO- RVM, ET IMPOSITA MANV SVPER CAPITA IPSORVM, DICAT ORATIONEM DOMINICAM, ET SYMBOLVM, ET ORATIONEM HANC:

Nec te latet Satana, imminere tibi poenas, imminere tibi tormenta, diem iudicij, diem supplicij sempiterni, diem qui venturus est velut clibanus ardens, in quo tibi atque vniuersis angelis tuis æternus veniet interitus: proinde, damnate, da honorem Deo viuo & vero, da honorem

Erant ad marginem adiectæ vnius codicis hæ notæ: M. F. qua significatur, pertinere sequentia ad Masculos & Fœminas.

honorem Iesu Christo filio eius & spiritui sancto, in cuius nomine atque virtute precipio tibi, quicumque es, spiritus imunde, vt exeat & recedas ab hoc famulo Dei, quem hodiè Deus & Dominus noster Iesus Christus ad suam sanctam gratiam & benedictionem fontemque baptismatis dono vocare dignatus est, vt fiat eius templum per aquam regenerationis in remissionem omnium peccatorum, in nomine Domini nostri Iesu Christi. Qui vent.

DEINDE VERO TANGAT EI NARES ET AVRES, ICVM DIGITO DE SPVTO, ET DICAT AD AVREM DEXTERAM: Eppheta, quod est, Adaperire. AD NARES: In odorem suauitatis. AD AVREM SINISTRAM: Tu autem effugare diabole. adproquinquabit enim iudicium Dei.

Vñus codex habebat adiunctam hanc Orationem:

DOMINE sancte pater, omnipotens eterne Deus, qui es, & qui eras, & qui permanes vsque in finem, cuius origo nescitur, nec finis compræhendi potest: Te Domine supplices inuocamus super hunc famulum tuum N. quem liberasti de errore gentilium & conuersatione turpissima, dignare exaudire eum, qui tibi ceruicem suam humiliat: perueniat ad baptismatis fontem, vt renatus ex aqua & spiritu sancto, expoliatus veterem hominem, induatur nouum, qui secundum te creatus est: accipiat vestem incorruptam & immaculatam, ac tibi Domino seruire mereatur: In nomine Domini nostri Iesu Christi. Qui tecum.

POST HAEC TANGAT EI PECTVS, ET INTER SCAPVLAS DE OLEO * SANCTO, CRUCEM FACIENDO CVM POLLICE, DICENS:

VNGO te oleo sanctificato, in nomine patris & filij & spiritus sancti.

DE.

* exorcizato.

DEINDE VOCATO NOMINE EIUS, DICAT: Abrenuncias Sathanæ? Resp. Abrenuncio. etc. vt suprâ.

ORATIONES QVAE DICVNTVR IN SABBATO SANCTO AD LECTIONES.

Ad Lect. libri Genesis, In principio, sine cantico.

DEVS, qui mirabiliter creasti hominem, & mirabilius redemisti, da nobis, quæsumus, contra oblectamenta peccati mentis ratione persistere, vt mereamur ad gaudia æterna peruenire. Per.

Ad Lect. libri Exodi, Factum est autem, cum cantico, Cantemus Domino.

DEVS, cuius antiqua miracula, in præsentis quoque seculo coruscare sentimus: præsta, quæsumus, vt sicut priorem populum ab Aegyptijs liberasti, hoc ad salutem gentium per aquas baptismatis opereris. Per.

Ad Lect. Isaiaë prophetæ, Apprehendent, cum cantico, Vinea facta est.

DEVS, qui nos ad celebrandum paschale sacramentum vtriusque testamenti paginis instruis, da nobis intelligere misericordiam tuam, vt ex perceptione præsentium munerum, firma sit expectatio futurorum. Per Dominum.

* Ad Lect. Isaiaë prophetæ: Hæc est hereditas,

DEVS, qui Ecclesiam tuam per gentium vocationem multiplicas, concede propitius, vt quos aqua baptismatis abluis, continua protectione tuearis. Per Dominum.

II

De cælum.

Quod hæc interrogationes de nouo repetantur, hinc fit, quod hic describatur Ordo qui seruatur in Sabbato sancto. Citantur autem nominatim ab Amalario l. 1. c. 23.

Reperire est omnino huic conforme huius diei officium, quatuor nempe Lectionum duntaxat & Orationum sex in Ord. Rom. pag. 73. apud Alcuin. de diuin. off. pag. 63. vbi nominatim Gregorius ex hoc loco citatur. Amal. l. 1. c. 19. Microl. interim c. 51. facit mentionem lect. 12. iuxta quod suprâ reperiuntur in Lectionario.

* In exempl. vno legitur: Lectio Deuter. Scripsit Moyses Canticum. cum Cantico, Attende



In eodem
exempla.
Canticū,
sicut cer-
uus, sine
lectione.

De Psalmo XLI. Sicut ceruus.

CONCEDE, quæsumus, omnipotens Deus, vt qui festa pascha-
lia agimus, cælestibus desiderijs accensi, fontem vitæ sitiamus. Per

De eodem Psalmo.

OMNIPOTENS sempiternæ Deus, respice propitius ad deu-
tionem populi tui renascentis, qui sicut ceruus aquarum tuarum
expetit fontem: & concede propitius, vt fidei ipsius sitis, baptisma-
tis mysterio animam & corpus sanctificet. Per Dominum.

BENEDICTIO FONTIS IN EODEM
SABBATO SANCTO.

OMNIPOTENS sempiternæ Deus, adesto magnæ pietatis tuæ
mysterijs, adesto sacramentis, & ad creandos nouos populos, quos
tibi fons baptismatis parturit, spiritum adoptionis emitte, vt quod
nostræ humilitatis gerendum est ministerio, tuæ virtutis implea-
tur effectu. Per.

PER OMNIA SECVLA SECVLO-
RVM. Resp. AMEN.

DOMINVS VOBISCVM. Resp. ET CVM
SPIRITV TVO.

SVR SVM CORDA. Resp. HABEMVS
AD DOMINVM.

GRATIAS AGAMVS DOMINO DEO
NOSTRO. Resp. DIGNVM ET IYSTVM
EST.

VERE DIGNVM & iustum est, vsq; æternæ Deus, Qui inui-
sibili potentia, sacramentorum tuorum mirabiliter operaris effectū.
Et licet nos tantis mysterijs exequendis simus indigni, tu tamen
gratiæ tuæ dona non deserēs, etiam ad nostras preces aures tuę pie-
tatis inclinas. Deus, cuius spiritus super aquas inter ipsa mundi pri-
mordia ferebatur, vt iam tunc virtutem sanctificationis aquarum

natura

natura conciperet: Deus, qui nocentis mudi crimina per aquas ab-
luens, regenerationis speciem in ipsa diluuij effusione signasti: vt
vnius eiusdemq; elementi mysterio & finis esset vitijs, & origo vir-
tutibus. Respice Domine in faciem ecclesiæ tuæ, & multiplica in
ea regenerationes tuas, qui gratiæ tuæ affluentis impetu lætificas ci-
uitatem tuam, fontemq; baptismatis aperis toto orbe terrarū gen-
tibus innouandis, vt tuæ maiestatis imperio sumat vnigeniti tui
gratiam de spiritu sancto. HIC MANV SVA DI-
VIDAT AQVAM IN MODVM CRVCIS, †
Qui hanc aquam regenerandis hominibus præparatam, arcana sui
luminis admixtione fecundet: vt sanctificatione concepta, ab
immaculato diuini fontis vtero, in nouam renata creaturam,
progenies cælestis emergat. Et quos aut sexus in corpore, aut
ætas discernit in tempore, omnes in vnam pariat gratia tua ma-
ter infantiam. Procūl ergo hinc, iubente te, DOMINE omnis
spiritus immundus abscedat, procūl tota nequitia diabolicæ frau-
dis absit. Nihil hinc loci habeat contrariæ virtutis admi-
xtio, non insidiando circunuolet, non latendo subripiat, non
inficiendo corrumpat. Sit hæc sancta & innocens creatura, li-
bera ab omni impugnatoris incurfu, & totius nequitie purga-
ta discessu. Sit fons viuus, aqua regenerans, vnda purificans:
vt omnes hoc lauacro salutifero diluendi, operante in eis spi-
ritu sancto, perfecte purgationis indulgentiam consequantur.
†. Vnde benedico te creatura aquæ † per Deum viuum, † per
Deum sanctum, qui in te in principio separauit ab arida, cuius spi-
ritus super te ferebatur, qui te de paradiso manare, & in quatuor
fluminibus totam terram rigare præcepit. Qui te in deserto ama-
ram, suauitate indita, fecit esse potabilem, & sitienti populo de
petra produxit. †. Benedico te & per IESVM Christum filium
eius vnicum, Dominum nostrum, qui te in Chana Galilææ signo
admirabili sua potentia conuertit in vinum. Qui pedibus super

Hæc vero
ba nomi-
natim ex
sacramē-
tario citat
& explicat
Amal.
l. 1. c. 25.

11 2 teambu.

te ambulauit, & à Iohanne in Iordane in te baptizatus est. Qui te vnà cum sanguine de latere suo produxit, & discipulis suis iussit, vt credentes baptizarentur in te, dicens: Ite, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filij, & spiritus sancti.

**HIC MUTAT VOCEM, QVASI LECTI-
TIONEM LEGENS:**

HÆC nobis præcepta seruantibus, tu **DEVS** omnipotens clemens adesto, tu benignus adspira, tuas simplices aquas tuo ore benedicito, vt præter naturalem emundationem, quam laundis possunt adhibere corporibus, sint etiam purificandis mentibus efficaces. Per.

* Vnus
codex ad-
dit, Iuxta
hanc figu-
ram ☩,
quam quis-
dem repe-
rere est as-
scriptam
in margi-
ne præci-
pui codi-
cis, sed ni-
hil præterea.
* qui ven-
turus.

**HIC SVFFLAT IN AQVAM TRIBVS
VICIBVS, * ET CEREI DEPONVNTVR
IN AQVAM, ET ALTA VOCE DICIT:**

DESCENDAT in hanc plenitudinem fontis virtus spiritus tui, totamq; huius aquæ substantiam, regenerandi fecundet effectus: hinc omnium peccatorum maculæ deleantur; hinc natura ad imaginem tuam condita, & ad honorem sui reformata principij, cunctis vetustatis squaloribus emundetur: Vt omnis homo hoc sacramentum regenerationis ingressus, in veræ innocentiae nouam infantiam renascatur. Per eundem Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, * qui tecum.

HIC MITTES CHRISMA IN AQVAM.

SANCTIFICETVR & fecundetur fons iste in nomine patris, & filij, & spiritus sancti.

**COMMISCET'QUE CHRISMA CVM AQVA,
ADSPERGENS TAM PER FONTEM, QVAM SVPER
CIRCUNSTANTES. QVI AVTEM VOLVERIT, AC-
CIPIAT TVM DE IPSA AQVA AD SPARGENDVM
IN DOMO.**

ORDO

**ORDO BAPTISMI INFAN-
TVM IN EODEM DIE.
DEINDE EO TENENTE INFAN-
TEM, A QVO SVSCIPIENDVS EST,
INTERROGAT EVM SACERDOS
ITA:**

Interrog. Quis vocaris? Respon. N.

Interrog. Credis in Deum patrem &c. vt suprâ.

**DEINDE BAPTIZAT EVM SACER-
DOS SVB TRINA MERSIONE TAN-
TVM SANCTAM TRINITATEM
SEMEL INVOCANS, ITA DICENDO.**

Et ego te baptizo in nomine patris. **ET MERGAT
SEMEL, & filij, ET MERGAT ITERVM.
& spiritus sancti. ET MERGAT TERTIO:**

**VT AVTEM SVRREXERIT A FONTE
* FACIAT PRESBYTER SIGNVM
CRVCIS DE CHRISMATE CVM
POLLICE IN VERTICE EIVS, DI-
CENS ORATIONEM HANC:**

DEVS omnipotens pater Domini nostri Iesu Christi, qui te regenerauit ex aqua & spiritu sancto, qui que dedit tibi remissionem omnium peccatorum, ipse te linit Chrismate salutis in vitam æternam. Amen.

*** ET VESTITVR INFANS, DICEN-
TE PRESBYTERO:**

ACCIPE vestem candidam, sanctam & immaculatam, quam perferas sine macula ante tribunal Domini nostri Iesu Christi, vt habeas vitam æternam. Amen.

**SI VERO EPISCOPVS ADEST,
STATIM CONFIRMARI EVM**

II 3 OPOR-

Citat nomina-
tim hunc locum,
vti & pleraque
præcedentia &
sequentia Alcu.
de diuin. offic.
pag. 63. 64. & 65.
Consentit etiam
Ordo Romanus,
& Amalar. lib. 1.
cap. 23. & se-
quentibus.

* LINIT EVM
PRESBYTER
DE CHRIS-
MATE IN
CEREBRO,
ET DICIT.

* HIC VE-
STIT EVM,
DICENS:

OPORTET CHRISMATE, ET POST-
EA COMMVNICARE. ET SI EPISCO-
PVS DEEST, COMMVNICETVR A
PRESBYTERO DICENTE ITA:

CORPVS Domini nostri Iesu Christi custodiat te in vitam
æternam.

ORATIO AD CONSIGNANDOS
INFANTES.

OMNIPOTENS sempiternus Deus, qui regenerare dignatus
es hos famulos & famulas tuas ex aqua & Spiritu sancto, qui que de-
disti eis remissionem omnium peccatorum, emitte in eos septi-
formem spiritum tuum sanctum paracletum de cælis, spiritum sa-
pientiæ & intellectûs, spiritum consilij & fortitudinis, spiritum sci-
entiæ & pietatis: ad imple eos spiritu timoris tui, & consigna eos si-
gno crucis in vitam propitiatus æternam.

ORDO AD BAPTIZAN-
DVM INFANTEM.

PRAETER SVPRASCRIPTVM ORDI-
NEM VSQVE AD DATVM SALIS.
POST DATVM SALIS, DICAS ORA-
TIONEM HANC:

MEDELAM tuam deprecor Domine sancte pater, omnipo-
tens æterne Deus, qui subuenis in periculis, qui temperas flagella,
dum verberas: te ergò Domine supplices deprecamur, vt hunc
famulum tuum eruas ab hac valetudine, vt non præualeat inimi-
cus vsque ad animæ tentationem: sicut in Iob, terminum ei
pone, nè inimicus de anima ista sine redemptione baptismatis in-
cipiat triumphare: differ Domine exitum mortis, & spatium
vitæ

vitæ extende: reuela quem perducas ad gratiam baptismi tui. Per
Dominum.

ADDAS AVTEM SYMBOLVM ET
ORATIONEM DOMINICAM, ET DI-
CAS ORATIONEM HANC: Nec te latet & cat.
vt suprâ. ET POSTQVAM EVM CATE-
CHIZAVERIS, BENEDICAS AQVAM
HIS VERBIS:

EXORCIZO te creatura aque in nomine Domini nostri I E-
SV Christi filij Dei, & spiritûs sancti, si quod phantasma, si qua vir-
tus inimici, si qua incurfio diaboli, eradicare & effugare ab hac
creatura aque, vt fiat fons saliens in vitam æternam: & cùm bap-
tizatus fuerit hic famulus Domini, fiat templum Dei viui in remis-
sione omnium peccatorum, in nomine Domini nostri Iesu Chri-
sti, qui venturus est iudicare viuos & c.

BAPTIZAS ET LINIS EVM CHRIS-
MATE IN CEREBRO, ET DICIS
ILLI:

BAPTIZO te in nomine patris & filij & spiritus sancti.
POSTEA TANGIS EVM CHRISMATE
IN CAPITE, ET DICIS ORATIONEM
ISTAM:

DEVS omnipotens pater Domini nostri IESV Christi, qui
te regenerauit. vt suprâ.

COMMVNICAS ET CONFIRMAS EVM.

ORATIO IN SABBATO
SANCTO.

AD MISSAM. AD S. IOANNEM IN
LATERAN.

DEVS

* Propterea & hic & in Præf. infra quoq; in consecr. cerci, Paschalis noctis fit merito, quia sub noctem olim fiebat huius diei officium, vti testantur Ord. Rom.

pag. 67. Alcuinus pag. 61. Amal. lib. 1. c. 16. vbi & sermonem Augustini citat in vigil. Pasche, ac rursum c. 31. & Hrab. l. 2. de instit. cler. c. 38.

DEVS qui hanc sacratissimam * noctem gloria Dominicæ resurrectionis illustras, conserua in noua familiae tue progenie adoptionis spiritum quem dedisti, vt corpore & mente renouati, puram tibi exhibeant seruitutem.

Per.

Secreta.

SUSCIPE Domine, quæsumus, preces populi tui, cum oblationibus hostiarum, vt paschalibus initiatæ mysterijs, ad æternitatis nobis medelam, te operante, proficiant.

Per.

Præfatio.

VERE DIGNVM & iustum est, æquum & salutare: Te quidem Domine omni tempore, sed in hac potissimum nocte gloriosius prædicare, cum pascha nostrum immolatus est Christus. Ipse enim verus est agnus, qui abstulit peccata mundi: qui mortem nostram moriendo destruxit, & vitam resurgendo reparauit. Et ideo.

Infra actionem.

COMMUNICANTES, & noctem sacratissimam celebrantes resurrectionis Domini nostri Iesu Christi secundum carnem, sed & memoriam venerantes, in primis gloriose semper virginis Mariæ, genitricis eiusdem Dei & Domini nostri Iesu Christi.

HANC igitur oblationem seruitutis nostræ, sed & cunctæ familiæ tuæ, quam tibi offerimus pro his quoq; quos regenerare dignatus es ex aqua & spiritu sancto, tribuens eis remissionem omnium peccatorum, quæsumus Domine.

Ad Communionem.

SPIRITVM nobis Domine tuæ charitatis infunde, vt quos sacramentis paschalibus satiasti, tua facias pietate concordēs. Per Dominum nostrum.

DO

DOMINICA SANCTA PASCHAE.

* AD S. MARIAM AD PRÆESEPE.

DEVS, qui hodierna die per vnigenitum tuum æternitatis nobis aditum, deuicta morte, referasti: vota nostra, quæ præueniendo adspiras, etiam adiuuando prosequere. Per.

Secreta.

SUSCIPE Domine, quæsumus, &c. vt supra.

Præfatio.

VERE DIGNVM & iustum est, æquum & salutare: Te quidem omni tempore, sed in hac potissimum die gloriosius prædicare, &c. vt supra.

Infra actionem.

COMMUNICANTES, & diem sacratissimum celebrantes, &c. vt supra.

HANC igitur oblationem &c. vt supra.

Post Communionem.

SPIRITVM nobis Domine &c. etiam vt supra.

Ad sanctum Iohannem Ad Vesperos.

CONCEDE, quæsumus, omnipotens Deus, vt qui resurrectionis Dominicæ solennia colimus, innouatione tui spiritus à morte animæ resurgamus. Per eundem.

Ad fontes.

PRAESTA, quæsumus, omnipotens Deus, vt qui resurrectionis Dominicæ solennia colimus, ereptionis nostræ suscipere letitiam mereamur. Per eundem.

Ad sanctum Andream.

PRAESTA, quæsumus, omnipotens Deus, vt qui gratiam Dominicæ resurrectionis agnouimus, ipsi per amorem spiritus à morte animæ resurgamus.

m m

[Alia.

Ordo Rō. habet, * AD S. MARIAM MAIOREM. sic etiam libel. stat. Rom.

Celebratur enim vesperæ ad S. Iohannem, vti patet ex Amal.

[Alia.

DEVS, qui paschale nobis remedium contulisti, populum tuum, quæsumus, cælesti dono prosequere, vt indè post in perpetuum gaudeat, vndè nunc temporaliter exultat. Per Dominum.

Alia.

DEVS, qui nos fecisti hodierna die paschalia festa celebrare, fac nos, quæsumus, in cælesti regno gaudere. Per Dominum. 3

Benedictionem agni, quam vnus codex MS. hîc habet, petat Lector ex Ordine Romano, pag. 79.

FERIA II. IN ALBIS. AD S.

PETRVM.

DEVS, qui solennitate paschali mundo remedia contulisti, populum tuum, quæsumus, cælesti dono prosequere, vt & perfectam libertatem consequi mereatur, & ad vitam proficiat sempiternam. Per.

Secreta.

SVSCIPEDomine, vt suprâ.

Alia.

PASCHALES hostias recedentes, quæsumus Domine, vt quod frequentamus actu, consequamur affectu. Per Dominum.

Præfatio.

COMMUNICANTES, vt suprâ.

HANC igitur, vt suprâ, per totam hebdomadam.

Post Communionem.

SPIRITVM nobis, vt suprâ.

Alia.

IMPLEATUR in nobis, quæsumus Domine, Sacramenti Paschalis sancta libatio, nosq; de terrenis affectibus ad cæleste transferat institutum. Per Dominum.

Ad Vesperos.

Ad vesperum, & sic deinceps.

CONCEDE, quæsumus, omnipotens Deus, vt qui peccatorum

no-

nostrorum pondere premimur, à cunctis malis imminetibus, per hæc paschalia festa liberemur. Per.

Ad fontes.

CONCEDE, quæsumus, omnipotens Deus, vt festa paschalia quæ venerando colimus, etiam viuendo teneamus. Per.

Ad sanctum Andream.

DEVS, qui populum tuum de hostis callidi seruitute liberasti, preces eius misericorditer respice, & aduersantes ei tua virtute prosterne. Per.

FERIA III. IN ALBIS. AD S.

PAVLVM.

DEVS qui Ecclesiam tuam nouo semper fœtu multiplicas, concede famulis tuis, vt sacramentum viuendo teneant, quod fide perceperunt. Per Dominum.

Secreta.

SVSCIPEDomine fidelium preces cum oblationibus hostiarum, vt per piæ deuotionis officia, ad cælestem gloriam transeamus. Per.

Post Communionem.

CONCEDE, quæsumus, omnipotens Deus, vt paschalis perceptio sacramenti, continua in nostris mentibus perseveret. Per.

Ad Vesperos.

CONCEDE, quæsumus, omnipotens Deus, vt qui paschalis festiuitatis solennia colimus, in tua semper sanctificatione viuamus. Per.

Ad fontes.

PRAESTA, quæsumus, omnipotens Deus, vt per hæc paschalia festa quæ colimus, deuoti in tua semper laude viuamus. Per.

Ad sanctum Andream.

DEVS, qui conspicias familiam tuam omni humana virtu-

m m 2 te

te destitui, paschali interueniēte festiuitate, tui eam brachij protectione custodi. Per.

**FERIA III. IN ALBIS. AD SANCTVM
LAVRENTIVM FORIS
M V R V M.**

DEVS, qui nos resurrectionis Dominicæ annua solennitate lætificas, concede propitius, vt per temporalia festa, quæ agimus, ad gaudia æterna peruenire mereamur. Per.

Super Oblata.

SACRIFICIA Domine paschalibus gaudijs immolamus, quibus Ecclesia mirabiliter & pascitur, & nutritur. Per.

Post Communionem.

AB omni nos, quæsumus, Domine vetustate purgatos, sacramenti tui veneranda perceptio in nouam transferat creaturam. Per.

Ad Vesperos.

PRAESTA, quæsumus, omnipotens Deus, vt huius paschalis festiuitatis mirabile sacramentum, & temporalem nobis tranquillitatem tribuat, & vitam conferat sempiternam. Per.

Ad fontes.

DEVS, qui nos per paschalia festa lætificas, concede propitius, vt ea quæ deuotè agimus, te adiuuante fideliter teneamus. Per.

Ad sanctum Andream.

* vbi **TRIBVE**, quæsumus, omnipotens Deus, vt illuc tendat Christianæ deuotionis affectus, * quod tecum est nostra substantia, Iesus Christus filius tuus, Dominus noster. Qui tecum.

FERIA V. IN ALBIS. AD APOSTOLOS.

DEVS qui diuersitatem gentium in confessionem tui nominis adunasti, da, vt renatis fonte baptismatis vna sit fides mētium, & pietas actionum. Per Dominum.

Secreta.

Secreta.

SUSCIPE, quæsumus, Domine munera populorum tuorum propitius, vt confessione tui nominis & baptismate renouati, sempiternam beatitudinem consequantur. Per.

Post Communionem.

EXAUDI Domine preces nostras, vt redemptionis nostræ sacrosancta commercia, & vitæ nobis conferant præsentis auxilium, & gaudia sempiterna concilient. Per.

Ad Vesperos.

DEVS, qui nobis ad celebrandum paschale sacramentum liberiores animos præstitisti, doce nos & metuere ob quod irasceris, & amare quod præcipis. Per Dominum nostrum.

Ad Fontes.

DA, quæsumus, omnipotens Deus, vt Ecclesia tua & suorum firmitate membrorum, & noua semper fecunditate lætetur. Per Dominum.

Ad S. Andream.

MULTIPLICA, quæsumus, Domine fidem populi tui, vt cuius per te sumpsit initium, per te consequatur augmentum. Per.

**FERIA VI. IN ALBIS. AD S. MARIAM
AD MARTYRES.**

OMNIPOTENS sempiternus Deus, qui paschale sacramentum in reconciliationis humanæ fœdere contulisti, da mentibus nostris, vt quod professione celebramus, imitemur affectu. Per.

Super Oblata.

HOSTIAS, quæsumus, Domine placatus assume, quas & pro reatorum expiatione peccati deferimus, & pro acceleratione cælestis auxilij. Per.

Ad Complendum.

RESPICE, quæsumus, Domine populū tuum, & quem æter-

m m 3 nis

Eadem est hæc Ecclesia, quæ Sanctæ Mariæ roscata, olim παρθένων δικά.

nis dignatus es reuocare mysterijs, à temporalibus culpis dignanter absolue. Per.

Ad Vesperos.

DEVS, per quem nobis & redemptio venit, & præstatur adoptio, respice in opera misericordiæ tuæ, vt in Christo renatis, & æterna tribuatur hæreditas, & vera libertas. Per.

Ad Fontes.

AD ESTO, quæsumus, Domine familiæ tuæ, & dignanter impende, vt quibus fidei gratiam contulisti, & coronam largiaris æternam. Per Dominum.

Sabbatū
hoc itā
nuncupa-
bā, quod
eo die re-
cens bap-
tismi
vestibus,
quas octo
diebus ge-
stānt,
exueban-
tur. vt pas-
tet ex Or-
dine Ro-
mano, pa-
30.

SABBATVM IN ALBIS. AD S. IOAN- NEM IN LATERANIS.

CONCEDE, quæsumus, omnipotens Deus, vt qui festa paschalia venerando egimus, per hæc contingere ad gaudia æterna mereamur. Per.

Secreta.

CONCEDE, quæsumus, Domine semper nos per hæc mysteria paschalia gratulari, vt cōtinua nostræ reparationis operatio, perpetuè nobis fiat causa lætitiæ. Per Dominum.

Ad Complendum.

REDEMPTIONIS nostræ munere vegetati, quæsumus Domine, vt hoc perpetuè salutis auxilium fides semper vera perficiat. Per Dominum.

Ad Vesperos. Ad S. Mariam.

DEVS, totius conditor naturæ, famulos tuos quos fonte renouasti baptismatis, quosq; gratiæ tuæ plenitudine solidasti, in adoptionis forte facias dignanter adscribi. Per.

Ad Fontes.

DEVS, qui multiplicas ecclesiam tuam in sobole renascentiū, fac eam gaudere propitius de suorum profectibus filiorum, Per.

Alia.

Alia.

DEVS, qui renatis baptisate, mortem adimis, & vitam tribuis sempiternam: concede, quæsumus, vt quorum nunc regenerationis sacræ diem celebramus octauum, ita corpora eorum animasq; custodias, vt gratiam se catholicæ fidei percepisse, pietatis tuæ defensione cognoscant. Per Dominum.

DOMINICA POST ALBAS. AD S. PANCRATIVM.

PRAESTA, quæsumus, omnipotens Deus, vt qui paschalia festa peregrimus, hæc, te largiēte, moribus & vita teneamus. Per Dominum nostrum.

Super Oblata.

SUSCIPE mūnera, quæsumus, Domine exultantis Ecclesiæ, & cui causam tanti gaudij præstitisti, perpetuum fructum concede lætitiæ. Per.

Post Communionem.

QUAESVMVS Domine Deus noster, vt sacrosancta mysteria quæ pro reparationis nostræ munimine contulisti, & præsens nobis remedium esse facias, & futurum. Per Dominum.

Ad Vesperos.

LARGIRE, quæsumus, Domine fidelibus tuis indulgentiam placatus & pacem, vt pariter ab omnibus mundentur offensis, & securi tibi mente deseruiant. Per Dominum nostrum.

Alia.

DEVS, qui nos exultantibus animis Pascha tuum celebrare tribuisti, fac nos, quæsumus, & temporalibus gaudere subsidijs, & æternitatis effectibus gratulari. Per.

ALIAE ORATIONES PASCHALES.

DEVS, qui omnes in Christo renatos, genus regium & sacerdotale fecisti, da nobis & velle & posse quæ præcipis, vt populo ad æter-

æternitatem vocato, vna sit fides cordium, & pietas actionum. Per eundem.

DEVS, qui credentes in te fonte baptismatis innouâsti, hanc renatis in Christo cōcede custodiam, vt nullo erroris incurfu gratiam tuæ benedictionis amittant. Per eundem.

DEVS, qui pro salute mundi sacrificium paschale fecisti, propitiare supplicationibus nostris, vt interpellans pro nobis pontifex summus, nos per id quo nostrî est similis, reconciliet: & per id quo tibi est æqualis, absoluat Iesus Christus filius tuus, Dominus noster. **Qui tecum.**

DEVS, qui ad æternam vitam in Christi resurrectione nos reparas, erige nos ad confedentem in dextera tua nostræ salutis auctorem, vt qui propter nos iudicandus aduenit, pro nobis iudicaturus adueniat Iesus Christus filius tuus, Dominus noster. **Qui tecum viuit.**

DEVS & reparator innocentiae & amator, dirige ad te corda feruorum, vt de infidelitatis tenebris liberati, nunquam à tuæ virtutis luce discedant. Per Dominum.

DEVS, qui credentes in te populos, gratiæ tuæ largitate multiplicas: respice propitius ad electionem tuam, vt qui sacramento baptismatis sunt renati, regni cælestis mereantur introitum. Per Dominum.

OMNIPOTENS sempiternæ Deus, qui humanam naturam supra primæ originis reparas dignitatem, respice pietatis tuæ ineffabile sacramentum, & quos regenerationis mysterio innouare dignatus es, in his dona tuæ gratiæ perpetua protectione conserua. Per Dominum.

OMNIPOTENS sempiternæ Deus, deduc nos ad societatem cælestium gaudiorum, vt spiritu sancto renatos, regnum tuum facias introire: atq; eò perueniat humilitas gregis, quò processit celsitudo pastoris. **Qui tecum viuit & regnat. eiusdem.**

P R A E S T A

P R A E S T A nobis omnipotens & misericors Deus, vt in resurrectione Domini nostri Iesu Christi percipiamus veraciter portionem. Per eundem.

C O N C E D E, quæsumus, omnipotens Deus, vt veterem cum suis actibus hominem deponentes, in illius conuersione viuamus, ad cuius nos substantiam paschalibus remedijs transtulisti. Per eundem.

D E P E L L E, Domine, conscriptum peccati lege chirographû, quod in nobis paschali mysterio per resurrectionem filij tui vacuâsti. **Qui tecum viuit & regnat.**

DEVS, qui ad æternam vitam in Christi resurrectione nos reparas, imple pietatis tuæ ineffabile sacramentum, vt cùm in maiestate sua Saluator noster aduenerit, quos fecisti baptismo regenerari, facias beata immortalitate vestiri. Per eundem Dominum.

DEVS humani generis conditor & redemptor, da, quæsumus, vt reparationis nostræ collata subsidia, te iugiter inspirante, sectemur. Per.

G A V D E A T Domine plebs fidelis, vt cùm proprię recolit saluationis exordia, eius promoueatur augmentis. Per eundem.

DEVS, qui renatis aqua & spiritu sancto cælestis regni pandis introitum, auge super famulos tuos gratiam quam dedisti, vt qui ab omnibus sunt purgati peccatis, à nullis priuentur promissis. Per Dominum.

F A C omnipotens Deus, vt qui paschalibus remedijs innouati, similitudinem terreni parentis euasimus, ad formam cælestis transferamur authoris. **Qui tecum.**

DEVS, qui nos fecisti hodierna die paschalia festa celebrare, fac nos, quæsumus, in cælesti regno gaudere. Per Dominum nostrum.

F A M I L I A M tuam, quæsumus, Domine dextera tua perpetuo

n n circun-

circundet auxilio, vt Paschali interueniente solennitate, ab omni prauitate defensa, donis caelestibus prosequatur. Per.

PASCHALIA nobis Domine, quaesumus, remedia dignanter impende, vt terrena desideria respuentes, discamus amare caelestia. Per Dominum.

QUAESUMVS, omnipotens Deus, iam non teneamur obnoxij sententiae damnationis humanae, cuius nos vinculis haec redemptio Paschalis absoluit. Per Dominum.

CONCEDE, quaesumus, misericors Deus, vt quod Paschalibus exequimur institutis, fructiferum nobis omni tempore sentiamus. Per Dominum.

PRAESTA, quaesumus, omnipotens Deus, vt percipientes Paschali munere veniam peccatorum, deinceps peccata vitemus. Per Dominum.

CONSERVA in nobis, quaesumus, Domine misericordiam tuam, vt quos ab erroris liberaisti caligine, veritatis tuae firmiter inhaerere facias documento. Per Dominum.

SOLITA, quaesumus, Domine nos pietate custodi, vt qui vniuersi tui passione sumus redempti, eius resurrectione laetemur. Per Dominum.

OMNIPOTENS sempiternus Deus, propensius his diebus tuae misericordiae consequamur, quibus eam plenius, te largiente, cognouimus. Per Dominum.

CHRISTIANAM, quaesumus, Domine respice plebem, & quam aeternis renouare dignatus es mysterijs, a temporalibus culpis dignanter absolue. Per Dominum.

MAIESTATEM tuam, Domine, supplices exoramus, vt quos viam fecisti perpetuae salutis intrare, nullis permittas errorum laqueis implicari. Per Dominum. ¶

AD COMPLENDVM DIEBVS
FESTIUIS.

PRAESTA

PRAESTA, quaesumus, Domine Deus noster, vt quae solenni celebramus officio, purificatae mentis intelligentia consequamur. Per.

CAELESTI lumine, quaesumus, Domine semper & ubique nos preueni, vt mysterium, cuius nos participes esse voluisti, & puro cernamus intuitu, & digno percipiamus affectu. Per.

Pascha Annotinum.

De hoc vi
de Micros
log. de di.
uin off. c.

DEVS, per cuius prouidentiam nec praeteritorum momenta deficiunt, nec vlla est expectatio futurorum, tribue permanentem peractae, quam recolimus, solennitatis effectum, vt quod recordatione percurrimus, semper in opere teneamus. Per Dominum.

Alia.

DEVS, qui renatis fonte baptismatis, delictorum indulgentiam tribuisti, praesta misericors, vt recolentibus huius natiuitatis insignia, plenam adoptionem largiaris. Per Dominum.

Super Oblata.

CLEMENTIAM tuam, Domine, supplices exoramus, vt Paschalis muneris sacramentum, quod fide recolimus, & spe desideramus intenta, perpetua dilectione capiamus. Per Dominum.

Post Communionem.

TVA nos, quaesumus Domine, quae sumpsimus, sancta purificent, & operationis suae remedio nos perficiant esse purgatos. Per Dominum.

Super populum.

POPVLVS tuus, quaesumus, Domine renouata semper exultet animi iuuentute, vt qui antea peccatorum vetero in morbo venerat senium, nunc laetetur in pristinae gloriae restitutum. Per Dominum.

XVIII. KAL. MAII, ID EST, XIII. DIE
MEN. APRILIS, NATALE SANCTO-
RVM TIBVRTII, VALERIANI,
ET MAXIMI.

nn 2

PRAESTA,

PRÆSTA, quæsumus, omnipotens Deus, vt qui sanctorum tuorum, Tiburtij, & Valeriani, & Maximi, solennia colimus, eorū etiam virtutes imitemur. Per.

Secreta.

HÆC hostia, quæsumus Domine, quam in sanctorum tuorum natalitijs recensentes offerimus, & vincula nostrę prauitatis absoluat, & tuæ nobis misericordiæ dona conciliet. Per Dominum.

Post Communionem.

SACRO munere satiati, supplices te Domine deprecamur, vt quod debita seruitutis celebramus officio, saluationis tuæ sentiamus augmentum. Per.

VIII. KAL. MAII, ID EST, XXIII. DIE
MENS. APRILIS, NATALE S.
GEORGII MART.

DEVS, qui nos B. Georgij martyris tui meritis & intercessione lætificas, concede propitius, vt qui eius beneficia poscimus, dona tuæ gratiæ consequamur. Per.

Super Oblata.

MVNERA Domine oblata sanctifica, & intercedete B. Georgio martyre tuo, nos per hæc à peccatorum nostrorum maculis emunda. Per.

E Alia.

TANTO placabiles, quæsumus Domine, nostrę tibi sint hostię, quantò S. Martyris Georgij, pro cuius solennitate exhibentur, tibi grata sunt merita. Per Dominum.]

Post Communionem.

SUPPLICES te rogamus omnipotens Deus, vt quos tuis reficis sacramentis, intercedente B. Georgio martyre tuo, tibi etiam
pla-

placitis moribus dignanter tribuas deferuire. Per.

[Super populum.

T V V S Martyr Georgius, quæsumus Domine, nos vbiquè lætificet, vt dum eius merita in præsentī festiuitate recolimus, paternitiam in augmentum virtutum sentiamus. Per Dominum.]

VII. KALEND. MAII, ID EST, XXV. DIE MENSIS APRILIS, LITANIA MAIOR.

AD S. LAURENTIVM IN
LVCINAE.

MENTEM familiæ tuæ, quæsumus Domine, intercedente beato Laurentio martyre tuo, & munere communctionis aperi, & largitate pietatis exaudi. Per.

AD S. VALENTINVM.

DEVS, qui culpas delinquentium districtè feriendo percutis, fletus quoque lugentium nõ recuses, vt qui pondus tuæ animaduersionis cognouimus, etiam pietatis gratiam sentiamus. Per Dominum.

AD PONTEM * OEBI.

PARCE Domine, quæsumus, parce populo tuo, vt nullis iam patiaris aduersitatibus fatigari, quos precioso filij tui sanguine redemisti. Qui tecum.

AD CRUCEM.

DEVS, qui culpas nostras pijs verberibus percutis, vt nos à nostris iniquitatibus emundes, da nobis & de verberere tuo proficere, & de tua citiùs consolatione gaudere. Per.

IN ATRIO.

ADESTO Domine, supplicationibus nostris, & sperantes in tua misericordia, intercedente B. Petro Apostolo tuo, cęlesti protege benignus auxilio. Per.

nn 3 ALIA

Instituta refert hanc litaniam Ordo Rō. à D. Gregorio primo belli tempore. Officium aut huius dici explicatur ab Amalario lib. i. cap. 37. & lib. 4. cap. 25. Item ab Vualaf. cap. 28. Microlog. c. 57.

* MOLBI.

Eūdem esse pontem existimo, qui olim MOLVIVS dicebatur, è quo Maxentius Imperator cum toto exercitu præcipitatus, periit. In alijs exemplarib. Oratio, Deus q. cul. titulū habebat, Ad Pontem. & Parce, Ad crucem. sed in vno hæc ad crucem, ante illam habebatur.

ALIA IN ATRIO.

PRÆSTA, quæsumus, omnipotens Deus, vt ad te toto corde clamantes, intercedente B. Petro Apostolo tuo, tuę pietatis indulgentiam consequamur. Per.

AD MISSAM.

PRÆSTA, quæsumus, omnipotens Deus, vt qui in afflictione nostra de tua pietate confidimus, contra aduersa omnia, tua semper protectione muniamur. Per Dominum.

Super Oblata.

HÆC munera Domine, quæsumus, & vincula nostrę prauitatis absoluant, & tuę misericordię dona concilient. Per Dominum.

Ad Complendum.

VOTA nostra, quæsumus, Domine pio fauore prosequere, vt dum dona tua in tribulatione percepimus, de consolatione nostra in tuo amore crescamus. Per.

Super populum.

PRAETENDE nobis, Domine, misericordiam tuam, vt quę votis expetimus, conuersatione tibi placita consequamur. Per.

[EODEM DIE, NATALE S. MARCI
EVANGELISTAE.

*VI. KA
LEND.
MAII. DEVS, qui B. Marcum Euangelistam tuum Euangelicę præ-
dicationis gratia sublimasti, tribue quæsumus, eius nos semper &
Celebrari eruditione proficere, & oratione defendi. Per Dominum.

folitū hoc
officiū ad
tertiā Mis-
sa pecu-
liari, testa-
tur Mi-
crol. c. 38.

Alia.
DEVS, qui nobis per ministerium beati Marci Euangelistę
& martyris tui, veritatem Euangelij patefieri voluisti, concede,
quæsumus, vt quod ab illius ore didicimus, gratia tua adiuti, ope-
rari valeamus. Per Dominum.

Super Oblata.

BEATI Marci Euangelistę tui solennitate tibi munera defe-
rentes, quæsumus Domine, vt sicut illum prædicatio Euangelica
fecit

fecit gloriosum, ita nos eius intercessio verbo & opere reddat ac-
ceptos. Per Dominum.

Alia.

HANC Domine, quæsumus, oblationem pro commemorati-
one beati Marci tibi oblatam, benignè contuere, & præsta, vt & no-
mini tuo ad gloriam, & nobis proficiat ad medelam. Per Domi-
num.

Ad Complendum.

TRIBVANT nobis, quæsumus, Domine continuum tua
sancta præsidium, quod, B. Marci Euangelistę tui precibus, nos ab
omnibus semper tueatur aduersis. Per Dominum.

Alia.

PASTI cibo spiritalis alimonie, quæsumus Domine Deus no-
ster, vt quod mysterio frequentamus, intercedente beato Marco
Euangelista atque Pontifice, plena veritate capiamus. Per Do-
minum.]

III. KALEND. MAII, ID EST, XXVIII.
DIE MENSIS APRILIS. NATA-
LE S. VITALIS.

PRÆSTA, quæsumus, omnipotens Deus, vt intercedente B.
Vitale martyre tuo, à cunctis aduersitatibus liberemur in corpo-
re, & à prauis cogitationibus liberemur in mente. Per.

Secreta.

ACCEPTA sit in conspectu tuo Dñe nostra deuotio, & eius
nobis fiat supplicatiõe salutaris, pro cuius solennitate defertur. Per.

Post Communionem.

REFECTI participatione muneris sacri, quæsumus, Domine
Deus noster, vt cuius exequimur cultum, sentiamus effectum.
Per.

Super populum.

EXVLTET, quæsumus, dñe populus tuus in sancti tui cõmemo-
ra-

ratione Vitalis, & cuius votiuo lætatur officio, suffragio releuetur optato. Per Dominum.

Inscribatur olim hoc festum, teste Microl. cap. 55. IACOBI ET PHILIPPI ET OMNI- VM APOSTO- LORVM. Quare non mirum, si reli- quorum Apostolo- rum, præterquam Petri & Pauli, à D. Gregorio omissa sint. Huic autem fe- sto peculiariter ad- scribit ibidem Micr. præfat. de Apostolis.

KALEND. MAII, NATALE APO- STOLORVM PHILIPPI ET IACOBI.

DEVS, qui nos annua Apostolorum tuorum Philippi & Iacobi solennitate lætificas, præsta, quæsumus, vt quorum gaudemus meritis, instruamur exemplis. Per.

[Alia.

DEVS, qui es omnium sanctorum splendor mirabilis, qui que hunc diem beatorum Apostolorum Philippi & Iacobi martyrio consecrasti : da Ecclesiæ tuæ de natali- tio tantæ festiuitatis lætari, vt apud misericordiam tu- am exemplis eorum & meritis adiuuemur. Per Do- minum,]

Secreta.

MVNERA, Domine, quæ pro Apostolorum tuorum Philippi & Iacobi solennitate deferimus, propitius suscipe, & mala omnia, quæ meremur, auerte. Per Dominum.

Post Communionem.

QVÆSVMVVS Domine, salutaribus repleti mysterijs, vt quo- rum solennia celebramus, eorum orationibus adiuuemur. Per.

[Alia.

BEATORVM Apostolorum Philippi & Iacobi, quæsumus Domine, intercessione nos adiuua, pro quorum solennitate perce- pimus tua dona lætantes. Per Dominum.]

Super populum.

BEATORVM Apostolorum Philippi & Iacobi honore con- tinuo, Domine, plebs tua semper exultet, & his præsulibus gu- bernetur, quorum & doctrinis gaudet, & meritis. Per Domi- num.

EV. NO.

[V. NONAS MAII, IDEST, III. DIE MENSIS MAII, INVENTIO S. CRVCIS.

DEVS, qui in præclara salutiferæ crucis inuentione passionis tuæ miracula suscitasti, concede vt vitalis ligni precio, æternæ vitæ suffragia consequamur. Qui viuus & regnas.

Super Oblata.

SACRIFICIUM Domine quod immolamus, placatus inten- de, vt ab omni nos exuat bellorum nequitia, & per vexillum S. Crucis filij tui, ad conterendas potestatis aduersæ insidias, nos in- tuę protectionis securitate constituat. Per eundem.

Alia.

SANCTIFICET nos, rector omnium Deus, hodiernæ festi- uitatis oblatio, quam tibi offerimus pro reuerentia Crucis, vt mu- niat nos ad æterna gaudia. Per Dominum.

Ad Complendum.

REFLETI alimonia cælesti, & spiritali poculo recreati, quæ- sumus, omnipotens Deus, vt ab hoste maligno defendas, quos per lignum S. Crucis filij tui arma iustitię, pro salute mundi triumpha- re iussisti. Qui tecum.

Alia.

TVAE Crucis sanctitas nos Domine, quæsumus, in inuentione illius à peccatis absoluat. Qui viuus.

Super Populum.

DEVS, qui præclara salutiferę Crucis inuentione, hodiernę no- bis festiuitatis gaudia dedicasti, tribue, vt vitalis ligni tuitione ab omnibus muniamur aduersis.

Alia.

DEVS, [cui cunctæ obediunt creaturæ, &] qui omnia verbo * tuo fecisti [in sapientia,] supplices quæsumus ineffabilem cle- * tuę feci- sti sapi- entia,

oo men.

Esti in co- dice Cos- loniensi hoc officio um deside- retur, au- thenticū! tamē esse constat ex Qrd. Rō. pag. 82. & Micr. c. 55.

* æruat

*paradi-
si que re-
parator

mentiam tuam, vt quos per lignum S. Crucis filij tui pio cruore quæ
dignatus redimere, [tu qui es lignum vite * paradisi, quo reparatur
vita] omnibus in te credentibus, dira serpentis venena extingue, &
per gratiam Spiritus sancti poculum salutis semper infunde. Per
eundem.]

EODEM DIE NATALE SANCTO-
RVM ALEXANDRI, EVENTII,
ET *THEODOLI.

*Theor-
duli

PRÆSTA, quæsumus, omnipotēs Deus, vt qui sanctorum tu-
orum Alexandri, Euentij & * Theodoli natalitia colimus, à cunctis
malis imminentibus, eorum intercessionibus liberemur. Per.

Secreta.

SVPER has, quæsumus, hostias Domine benedictio copiosa
descendat, quæ & sanctificationem nobis clementer operetur, &
de martyrum nos solennitate lætificet. Per.

Post Communionem.

REFLECTI participatione muneris sacri, quæsumus, Domine
Deus noster, vt quorum exequimur cultum, sentiamus effectum.
Per.

[Alia.

PASCE nos Domine tuorum gaudijs vbiq; sanctorum, quia
nostræ salutis augmēta sunt, quotiēs illis honor impenditur, in qui-
bus tu mirabilis prædicaris. Per Dominum.]

[II. NONAS MAII, ID EST, VI. DIE MEN-
SIS MAII, NATALE S. IOANNIS
APOSTOLI, * ANTE PORTAM
LATINAM.

*In qui-
busdā ex-
emplariis
hoc
non adij-
citur.

DEVS, qui conspicis, quia nos vndiquē mala nostra pertur-
bant, præsta quæsumus, vt B. Ioannis Apostoli tui intercessio glo-
riosa nos protegat. Per Dominum.

Super Oblata.

MVNER-

MVNERIBVS nostris, quæsumus, Domine, precibusque su-
ceptis, & cælestibus nos munda mysterijs, & clementer exaudi.
Per Dominum.

Alia.

SACRIFICIUM nostrum tibi Domine, quæsumus, B. Ioannis
Apostoli precatio sancta conciliet, vt cuius honore solenniter ex-
hibetur, meritis efficiatur acceptum. Per Dominum.

Ad Complendum.

REFLECTI Domine pane cælesti, ad vitam, quæsumus, nutri-
mur æternam. Per.

Alia.

SVMPSIMVS Domine diuina mysteria, B. Ioannis Apostoli
festiuitate lætantes, quæ sicut tuis sanctis ad gloriam, ita nobis, quæ-
sumus, ad veniam prodesse perficias. Per Dominum.]

VI. IDVS MAII, ID EST, X. DIE MEN-
SIS MAII, NATALE SANCTORVM
GORDIANI, ET EPIMACHI.

DA, quæsumus, omnipotens Deus, vt qui beatorum martyrum
Gordiani atq; Epimachi solennia colimus, eorum apud te inter-
cessionibus adiuuemur. Per Dominum nostrum.

[Alia.

OMNIPOTENS sempiternæ Deus, qui nos sanctorum mar-
tyrum tuorum Gordiani & Epimachi festiuitate lætificas, præsta
quæsumus, vt quorum commemoratione gaudemus, præsidio mu-
niamur. Per Dominum.]

Secreta.

HOSTIAS tibi Domine beatorum martyrum Gordiani at-
que Epimachi dicatas meritis, benignus assume, & ad perpetuum
nobis tribue prouenire subsidium. Per.

[Alia.

GRATA tibi sint Domine munera nostra, quæ & tuis sunt instituta præceptis, & beatorum martyrum Gordiani & Epimachi festiuitas gloriosa commendat. Per Dominum.]

Post Communionem.

QUÆSUMUS, omnipotens Deus, vt qui cælestia alimenta percepimus, intercedentibus sanctis tuis Gordiano atq; Epimacho, per hæc contra omnia aduersa muniamur. Per Dominum.

[Alia.

QUÆSUMUS, omnipotens Deus, cælestibus repleti mysterijs, vt quorum solennia celebramus, eorum orationibus adiue- mur. Per Dominum.]

III. IDVS MAIL, ID EST, XII. DIE MEN-
SIS MAIL, NATALE SANCTORVM
NEREI ET ACHILLEI ET
PANCRAII.

SEMPER nos Domine Martyrum tuorum Nerei & Achillei atq; Pancratij foueat, quæsumus, beata solennitas, & tuo dignos red- dat obsequio. Per Dominum.

Super Oblata.

SANCTORVM tuorum, Domine, Nerei & Achillei atq; Pan- cratij tibi grata confessio, & munera nostra commendat, & tuam nobis indulgentiam semper imploret. Per Dominum.

Ad Complendum.

QUÆSUMUS, Domine, vt beatorum martyrum tuorum Ne- rei & Achillei atq; Pancratij deprecationibus, Sacramenta sancta quæ sumpsimus, ad tuæ nobis proficiant placationis augmentum. Per Dominum.

Alia Oratio de sancto Pancratio.

PRÆSTA, quæsumus, omnipotens Deus, vt qui B. Pancratij martyris tui natalitia colimus, à cunctis malis imminentibus, eius intercessionibus liberemur. Per Dominum.

Secreta.

Secreta.

MUNERA, quæsumus DOMINE, tibi dicata, sanctifica, & in- tercedente B. Pancratio martyre tuo, per eadem nos placatus in- tende. Per.

Post Communionem.

BEATI Pancratij Martyris tui Domine intercessione placa- tus, præsta quæsumus, vt quæ temporali celebramus actione, perpe- tua saluatione capiamus. Per Dominum.

III. IDVS MAIL, ID EST, XIII. * NATALE S.
DIE MEN. MAIL. * DEDICATIO MARIÆ, &c. Vi-
BASILICAE S. MARIAE AD de de hoc festo Rati-
MARTYRES. onale diuin. offi. Io-
annis Belet h. c. 127.
vnde constat, nō esse

CONCEDE, quæsumus, omnipotens Deus, ad eorum hoc officium Grego-
nos gaudia æterna pertingere, de quorum nos virtute tri- rianum, quum festū
buis annua solennitate gaudere Per. hoc à Bonifacio 4.
primū sit institū-
tum. Duo etiam ex

Super Oblata.

SUPER has, quæsumus, Domine hostias benedictio- vetustissimis codici-
copiosa descendat, quæ & sanctificationem nobis clemen- bus, hoc officium nō
ter operetur, & de martyrum nos solennitate lætificet. Per. habebant.

Post Communionem.

SUPPLICES te rogamus omnipotens Deus, vt quos tuis re- ficis sacramentis, tibi etiam placitis moribus dignanter deserui- re concede. Per Dominum.

* ASCCENSA DOMINI, AD
S. PETRVM.

* Ascensio.

CONCEDE, quæsumus, omnipotens Deus, vt qui hodierna die vnigenitum tuum redemptorem nostrum ad cælos ascendisse credimus, ipsi quoque mente in cælestibus habitemus. Per eun- dem.

oo 3

Secre-

Secreta.

SYSCIP E Domine munera, quæ pro filij tui gloriosa ascensione deferimus, & concede propitius, vt à præsentibus periculis liberemur, & ad vitam perueniamus æternam. Per eundem.

Præfatio.

VERE dignum & iustum est, vsq; per Christum Dominum nostrum. Qui post resurrectionem suam, omnibus discipulis suis manifestus apparuit, & ipsis cernentibus est eleuatus in cælum, vt nos diuinitatis suæ tribueret esse participes. Et ideo.

COMMUNICANTES, & diem sacratissimum celebrâtes, quo Dominus noster vnigenitus filius tuus, vitam sibi fragilitatis nostræ substantiam in gloriæ tuæ dextera collocauit, * sedet.

Post Communionem.

PRÆSTA nobis, quæsumus, omnipotens & misericors Deus, vt quæ visibilibus mysterijs sumenda percepimus, inuisibili consequamur effectu. Per.

ALIAE ORATIONES.

AD ESTO Domine supplicationibus nostris, vt sicut humani generis saluatorem confedere tecum in tua maiestate confidimus, ita vsq; ad consummationem seculi manere nobiscum, quemadmodum est pollicitus, sentiamus. Qui tecum.

DEVS, cuius filius in alta cælorum potenter ascendens, captiuitatem nostram sua duxit virtute captiuam, tribue quæsumus, vt dona quæ suis participibus contulit, largiatur & nobis Iesus Christus Dominus noster. Qui tecum.

Hanc Orat. citat Microl. c. 6.

EDVS, qui ad declaranda tuæ miracula maiestatis post resurrectionem à mortuis, in cælos Apostolis adstantibus ascendisti, concede nobis tuæ pietatis auxilium, vt secundum tuam promissionem, & tu nobiscum semper in terris, & nos tecum in cælo viuere mereamur. Qui cum patre & Spiritu sancto viuis & regnas Deus.

TRI-

TRIBVE, quæsumus, omnipotens Deus, vt munere festiuitatis hodiernæ illuc filiorum tuorum dirigatur intentio, * quod in tuo vnigenito tecum est nostra substantia. Qui tecum viuit.]

DOMINICA POST * ASCCENSA DOMINI.

DEVS, qui nos resurrectionis Dominicæ & ascensionis eius lætabunda solennia celebrare fecisti, da famulis tuis, vt aduentantis sancti spiritus gratiam purificatis mentibus suscipere mereamur. Per eundem.

Quidam hanc Orationem Octauæ Ascensionis ascribunt.

[XIII. KAL. IVNI, ID EST, XIX. DIE MEN. MAIL. NATALE S. POTENTIANÆ VIRGINIS.

DEVS, qui nos annua B. Potentianæ virginis &c. vt supra in Natali Agnetis, secundò.

Super Oblata.

HOSTIAS quas tibi offerimus &c. vt supra in Nat. B. Agnetis.

Post Communionem.

PRÆSTA, quæsumus, omnipotens Deus, vt intercessione B. Potentianæ virginis, sacramenta quæ sumpimus, ad præsentem nobis perpetuamq; proficiant salutem. Per Dominum.]

VIII. KAL. IVNI, ID EST, XXV. DIE MEN. MAIL. NATALE S. VRBANI PAPAE.

DA, quæsumus, omnipotens Deus, vt qui B. Urbani martyris atque Pontificis solennia colimus, eius apud te intercessionibus adiuuemur. Per.

Secreta.

HÆC

HÆC hostia Domine, quæsumus, emundet nostra delicta, vt sacrificium celebrandum, subditorum tibi corpora mentesq; sanctificet. Per.

Post Communionem.

REFLECTI, vt supra in festo S. Vitalis.

¶ Alia.

BEATI Vrbani Martyris tui atque Pontificis Domine intercessione placatus, præsta quæsumus, vt quæ temporali celebramus actione, perpetua saluatione capiamus. Per Dominum.]

Quatuor
etiã dun-
taxat le-
ctionũ fit
mentio in
Ord. Ro-
mano, pa-
g. 2. (vbi
& nomi-
natim Sa-
cramenta-
rium ci-
tat) apud
Aluinũ
pag. 68.
Amal. l. 1.
cap. 38.

IN SABBATO PENTECOSTES. ORATIONES ANTE DESCENSVM FONTIS.

Ad Lect. libri Genesis, Tentauit Deus Abraham.

DEVS, qui in Abrahæ famuli tui opere, humano generi obedientiæ exempla præbuiſti, cõcede nobis & nostrę voluntatis puritatem frangere & tuorum præceptorum rectitudinem in omnibus adimplere. Per.

Ad Lect. libri Deuteronomij, Scripsit Moyses.

DEVS, qui nobis per prophetarum ora præcepisti temporalia relinquere, atque ad æterna festinare, da famulis tuis, vt quæ à te iussa cognouimus, implere cælesti inspiratione valeamus. Per.

Ad Lect. Isaiæ proph. Apprehendent VII.

DEVS, qui nos ad celebrandum festiuitatem vtriusque testamenti paginis instruis, da nobis intelligere misericordiam tuam, vt ex perceptione præsentium munerum, firma sit expectatio futurorum. Per Dominum.

Ad Lect. libri Hieremię proph. Audi Israel mandata.

DEVS incommutabilis virtus & lumen æternum, respice propitius ad totius Ecclesiæ mirabile sacramentum, & da famulis tuis, vt hoc

vt hoc quod deuotè agimus, etiam rectitudine vitæ teneamus. Per Dominum.

Ad Tractum, Sicut ceruus.

CONCEDE, quæsumus, omnipotens Deus, vt qui solennitatem * dono Spiritus sancti colimus, cælestibus desiderijs accensi, fontem vitæ sitiamus. Per. * aduentu sancti spiritus consecrasti,

Alia Orationes.

OMNIPOTENS sempiternus Deus, qui Paschale sacramentum quinquaginta dierum voluisti mysterio contineri, præsta, vt gentium facta dispersio diuisione linguarum, ad vnã confessionem tui nominis cælesti munere congregetur. Per.

ANNVE misericors Deus, vt qui diuina præcepta violando à paradisi felicitate decidimus, ad æternę beatitudinis redeamus accessum per tuorum custodiam mandatorum. Per.

DA nobis, quæsumus, Domine per gratiam spiritus sancti, nouam tui paraleti spiritualis obseruantię disciplinam, vt mentes nostræ, sacro purificante ieiunio, cunctis reddantur eius muneribus aptiores. In vnitae eiusdem.

POST *DESCENSVM FONTIS.

Oratio ad Missam. ad S. Iohannem.

PRAESERTA, quæsumus, omnipotens Deus, vt claritatis tuæ super nos splendor effulgeat, & lux tuę lucis, corda eorum qui per gratiam tuam renati sunt, sancti spiritus illustratione confirmet. In vnitae.

Secreta.

MVNERA Domine, quæsumus, oblata sanctifica, & corda nostra sancti spiritus illustratione emunda. Per.

¶ Alia.

HOSTIAS populi tui, quæsumus, Domine miseratus intende, & vt tibi reddantur acceptæ, conscientias nostras sancti spiritus sa-

pp lutaris

lutaris emundet aduentus. Per Dominum. in vnitae eiusdem.]
Præfatio.

VERE dignum & iustum est, vsq; per Christum Dominum nostrum. Qui ascendens super omnes cælos, sedensq; ad dexteram tuam, promissum spiritum sanctum hodierna die in filios adoptionis effudit. Quapropter profusis gaudijs totus in orbe terrarum mundus exultat. Sed & supernæ virtutes atq; angelicæ potestates, hymnum gloriæ tuæ concinunt, sine fine dicentes.

COMMUNICANTES, & diem sacratissimum Pentecosten præuenientes, quo spiritus sanctus Apostolis innumeris linguis apparuit, sed & memoriam.

HANC igitur oblationem seruitutis nostræ, sed & cunctæ familiæ tuæ, quam tibi offerimus pro his quoque quos regenerare dignatus es ex aqua & spiritu sancto, tribuens eis remissionem omnium peccatorum, quæsumus Domine vt.

Post Communionem.

Sancti spiritus Domine corda nostra mundet infusio, & sui ro-
ris intima adspersione fecundet. per D. in vnitae.

[Alia.

PRAESTA, quæsumus, omnipotens Deus, vt sanctus spiritus adueniens, maiestatem filij tui manifestando clarificet. Per Dominum. in vnitae eiusdem.]

Ad Vesperos.

DEVS, cuius spiritu totum corpus Ecclesiæ multiplicatur & regitur, conserua in noua familiæ tuæ progenie sanctificationis gratiam quam dedisti, vt mentem renouati, in vnitae fidei feruentis tibi Domino seruire mereamur. Per Dominum.

[Alia Orationes.

OMNIPOTENS sempiternae Deus, indeficiens lumen, qui Spiritum tuum sanctum, quum super aquas in mundanæ creationis exordio ferretur, humanæ declarasti salutis authorem: præsta, quæsumus,

sumus, vt idem spiritus veritatis Ecclesiæ tuæ dona multiplicet. Per Dominum. in vnitae eiusdem.

DEVS, qui primis temporibus impleta miracula noui testamenti luce referasti, quod mare rubrum forma sacri fontis existeret, & liberata plebs ab Aegyptia seruitute, Christiani populi sacramenta præferret: da vt omnes gentes Israël priuilegium merito fidei consecutæ, spiritus tui participatione regenerentur. Per Dominum. in vnitae eiusdem.

DEVS glorificatio fidelium, & vita iustorum, qui per Moysen famulum tuum nos quoque modulatione sacri carminis erudisti: in vniuersis gentibus misericordiæ tuæ munus operare, tribuendo beatitudinem, auferendo terrorem, vt quod prænunciatum est ad supplicium, in remedium transferatur æternum. Per Dominum.

OMNIPOTENS sempiternae Deus, qui per vnicum filium tuum ecclesiæ tuæ demonstrasti te esse cultorem: vt omnem palmitem, fructum in eodem Christo tuo, qui vera vitis est, afferentem, clementer excolens, fructus conferens ampliores fidelibus tuis, quos velut vineam ex Aegypto per fontem baptismi transfulisti, nullæ peccatorum spinæ præualeant: vt Spiritus tui sanctificatione muniti, perpetua fruge ditentur. Per eundem. in vnitae eiusdem.

DOMINE Deus virtutum, qui collapsa reparas, & reparata conseruas, auge populos in tui nominis sanctificatione renouandos, vt omnes qui diluuntur sacro baptisate, in tua semper inspiratione dirigantur. Per Dominum.]

[PRAESTA, quæsumus, omnipotens Deus, vt Spiritus sanctus adueniens, maiestatem nobis filij tui manifestando clarificet. Per Dominum. in vnitae eiusdem.]

SACRAMENTORVM LIBER, AV-
DOMINICA PENTECOST. AD
S. PETRVM.

DEVS, qui hodierna die corda fidelium sanctispiritus illustra-
tione docuisti, da nobis in eodem spiritu recta sapere, & de eius
semper consolatione gaudere. Per Dominum. in vnitare.

Secreta.

MVNERA, vt suprâ.

Præfatio, vt suprâ.

Infra Actionem.

COMMVNICANTES, & diem sacratis. &c. vt suprâ. Hanc
igitur, vt suprâ.

Post Communionem.

SANCTI spiritus Domine &c. vt suprâ.

Ad Vesperos.

DEVS, qui sacramento festiuitatis hodiernæ vniuersam eccle-
siam tuam in omni gēte & natione sanctificas, in totâ mundi lati-
tudinem Spiritus tui dona diffunde, * I Et quod inter ipsa Euan-
gelicæ prædicationis exordia operata est diuina dignatio, nunc
quoquē per credentium corda diffunde. ¶ Per Dominum. in vni-
tate eiusdem.

* Hæc se-
quentia
vnicus co-
dex habe-
bat.

[Aliæ Orationes.

DEVS, qui discipulis tuis Spiritum sanctum paraclitum in ignis
feruore tuâ amore mittere dignatus es, da populis tuis in vnitare fi-
dei esse feruentes, vt permanentes, & in fide inueniantur stabiles, &
in opere efficaces. Per Dominum. in vnitare.

CONCEDE nobis misericors Deus, vt sicut in nomine Patris
& filij, diuini generis intelligimus veritatem, sic in spiritus sancto
totius cognoscamus substantiam Trinitatis. Per eundem. in vni-
tate eiusdem. ¶

Alij po-
nunt hanc
feria ter-
tia.

FERIA III. PENTECOST.
AD VINCVLA.

DEVS,

DEVS, qui Apostolis tuis sanctum dedisti spiritum, concede
plebi tuæ pię petitionis effectum, vt quibus dedisti fidem, largiaris
& pacem. Per Dominum. in vnitare eiusdem.

Secreta.

PROPTIVS Domine, quæsumus, hæc dona sanctifica, &
hostiæ spiritalis oblatione suscepta, nosmetipsos tibi perface mu-
nus æternum. Per.

Post Communionem.

ADESTO Domine, quæsumus, populo tuo, & quem myste-
rijs cælestibus imbuisi, ab hostium furore defende. Per.

FERIA III. PENTECOST. AD
S. ANASTASIAM.

Libell.
stat. Rō.
AD S.
ANAS-
TASIA
VM, est
cū & hui-
us tituli
Ecclesia.

ADSIT nobis Domine, quæsumus, virtus spiritus sancti, quæ
& corda nostra clementer expurget, & ab omnibus tueatur aduer-
sis. Per Dominum. in vnitare.

Secreta.

PVRIFICET nos Domine, quæsumus, muneris præsentis ob-
latio, & dignos sacra participatione perficiat. Per.

Post Communionem.

MENTES nostras, quæsumus, Domine spiritus sanctus diui-
nis reparet sacramētis, quia ipse est remissio omnium peccatorum.
Per Dominum. in vnitare eiusdem.

FERIA III. PENTECOST. AD S.
MARIAM MAIOREM, ET AD
S. PETRVM.

Ieiunium quarti
mēsis hac hebdo-
mada Penteco-
stes, à D. Grēgorij
ætate celebratum
fuisse, satis indi-
cat Beda hom. ci-
tata ab Amalar.
lib. 1. cap. 39. & li.
2. ca. 1. & Micro-
ca. 25. & 28. ac 38.

MENTES nostras, quæsumus Domine, paraclitus qui à
te procedit, illuminet, & inducat in omnem, sicut tuus pro-
misit filius, veritatem. Qui tecum.

Alia.

PRAESTA, quæsumus, omnipotens & misericors Deus,

PP 3 vt

vt spiritus sanctus adueniēs, templum nos glorię suę dignanter habitando perficiat. Per Dominum. in vnitāte eiusdem.

Secreta.

ACCIPERE, quęsumus Domine, munus oblatum, & dignanter operare, vt quod mysterijs agimus, pijs effectibus celebremus. Per.

Post Communionem.

SUMENTES Domine cęlestia sacramenta, quęsumus clementiam tuam, vt quod temporaliter gerimus, æternis gaudijs consequamur. Per Dominum.

Istud Gregorij primi non esse, patet ex Ord. Rō. pa 83. & Alcuin. pag. 69. Item Michrol. cap. 50. neq; sanē in vno Codicem lonienē habebatur.

[FERIA V. PENTECOST. AD S. LAURENT. FORIS MVRVM.

ILLO nos igne, quęsumus Domine Spiritus sanctus inflammet, quem dominus noster Iesus Christus misit in terram, & voluit vehementer accendi. Qui tecum.

Super Oblata.

VIRTUTE sancti Spiritus Domine munera nostra contingit, vt quod solennitate presenti tuo nomini dedicauit, & intelligibile nobis faciat, & æternū; Per Dominum. in vnitāte eiusdem.

Ad Complendum.

* Sacrificijs

* SACRIS cęlestibus Domine, operante sancto Spiritu, vitia nostra purgantur, vt muneribus tuis possimus semper aptari. Per Dominum. in vnitāte eiusdem.

Ad Vesperos.

PRAESTA, quęsumus Domine, vt à nostris mentibus carnales amoueat Spiritus sanctus affectus, & spiritualia nobis dona potentem infundat. Per Dominum. in vnitāte eiusdem.]

FERIA VI. PENTECOST. AD SS. APOSTOLOS.

DA,

DA, quęsumus, Ecclesię tuę misericors Deus, vt sancto Spiritu congregata, hostili nullatenus incurfione turbetur. Per Dominum. in vnitāte eiusdem.

Secreta.

SACRIFICIA Domine tuis oblata conspectibus, ignis ille diuinus adsumat, qui discipulorum Christi tui per sanctum spiritum corda succendit. Per eundem. in vnitāte eiusdem.

Post Communionem.

SUMPSIMVS Domine sacri dona mysterij, humiliter deprecantes, vt quę in tuā commemoratiōe nos facere præcepisti, in nostrę proficiant infirmitatis auxilium. Per Dominum.

SABBATO IN XII. *LECTIONIBVS. *LECTI
AD S. PETRVM. ONES.

MENTIBVS nostris Domine spiritum sanctum benignus infunde, cuius & sapientia conditi sumus, & prouidentia gubernamur. Per Dominum, in vnitāte eiusdem.

Alia.

ILLO nos igne, quęsumus Domine, Spiritus sanctus inflammet quem Dominus noster Iesus Christus misit in terram, & voluit vehementer accendi. Qui tecum.

Alia.

DEVS, qui ad animarum medelam ieiunij deuotione castigari corpora præcepisti, concede nobis propitius, & mente & corpore semper tibi esse deuotos. Per.

Alia.

PRAESTA, quęsumus, omnipotens Deus, vt salutaribus ieiunij eruditi, ab omnibus etiam vitijs abstinentes, propitiationem tuam facilius impetremus. Per.

Alia.

PRAESTA, quęsumus, omnipotēs Deus, sic nos ab epulis carnalibus * DA
libus

libus abstinere, vt à vitijs irruentibus pariter ieiunemus. Per.

Alia.

DEVS, qui tribus pueris mitigasti flammam ignium, concede propitius, vt nos famulos tuos non exurat flamma vitiorum.

Secreta.

VT accepta tibi sint nostra ieiunia, presta nobis, quæsumus, huius munere Sacramenti purificatum tibi pectus offerre. Per Dominum.

[Alia.

HAEC oblatio, Domine, cordis nostri maculas emundet, vt sancti spiritus digna efficiatur habitatio. Per Dominum. in unitate eiusdem.]

Post Communionem.

PRÆBEANT nobis, Domine, diuinum tua sancta feruorem, quod eorum pariter & actu delectemur, & fructu. Per Dominum.

*DOMINICA
VACAT.

Officij quoque huius titulus satis indicat Gregorianum non esse. De Octaua interim Pentecost. celebranda, latè tractat Beruo de Missa ca. 3. & officium hoc authenticum esse idem probat cap. 5. ex concordia huius Orationis cum Antiph. et lect. in hac Dñica præscriptis. Facit eiusdem mentionē Micr. c. 59. qui etiā præfat. in præscriptam, omnibus diebus Dñicis frequenter fessione veræ sempiternæ que Deitatis, & in personis proprietas,

[OCTAVA PENTECOST.

DEPRECATIONEM nostram, quæsumus Domine, benignus exaudi, & quibus supplicandi præstas affectum, tribue defensionis auxilium. Per.

Secreta.

MVNERA Domine oblata sanctifica, vt tui nobis vnigeniti corpus & sanguis fiat. Per eundem.]

Præfatio.

VERE DIGNVM & iustum est, vsque, æternæ Deus, vnus es Dominus, non in vnus singularitate personis, Qui cum vnigenito filio tuo & spiritu sancto vnus es Deus, vnus es Dominus, non in vnus singularitate personis, sed in vnus Trinitate substantiæ: quod enim de tua gloria, reuelante te, credimus, hoc de filio tuo, hoc de spiritu sancto, sine differentia discretionis sentimus, vt in cōfessione veræ sempiternæ que Deitatis, & in personis proprietas,

prietas, & in essentia vnitas, & in maiestate adoretur æqualitas. Quem laudant.

Post Communionem.

HAEC nos communitio Domine purget à crimine, & cælestis remedij faciat esse consortes. Per.]

[ITEM OCTAVA PENTECOST.

TIMENTIVM te Domine saluator & custos, auerte ab Ecclesia tua mundanæ sapientiæ delectamenta fallacia, vt Spiritus tui eruditione formandos, Prophetica & Apostolica potius instituta, quàm Philosophiæ verba delectent, nè vanitas mendaciorum decipiat, quos eruditio veritatis illuminat. Per Dominum.

Alia.

OMNIPOTENS sempiternæ Deus, ad cuius beatitudinē sempiternam non fragilitate carnis, sed alacritate mētis ascenditur: fac nos atria supernæ ciuitatis & te inspirate semper ambire, & tua indulgentia fideliter introire. Per Dominum.

Super Oblata.

REMOTIS obumbrationibus carnalium victimarum, spirituales tibi summe Pater hostiam supplice seruitute deferim: que miro ineffabili que mysterio & immolatur semper, & eadem semper offertur, pariterque & deuorum munus, & remunerantis est præmium. Per Dominum.

Ad Complendum.

LÆTIFICET nos, quæsumus, Domine sacramenti tui veneranda solennitas, pariterque mentes nostras & corpora sanctificatione fecundet, & castis gaudijs semper exercent. Per Dominum.

Super populum.

ECCLESIA tua Domine cælesti gratia repleatur & crescat, atque ab omnibus vitijs expiata, percipiat sempiternæ redemptionis augmentum, & quod in membris suis copiosè temporum pro-

rogatione veneratur, spirituali capiat largitate bonorum. Per Dominum.]

**KALENDIS IVNII, DEDICATIO
NICOMEDIS MARTYRIS.**

DEVS, qui nos beati Nicomedis martyris tui meritis & intercessione lætificas, concede propitius, vt qui eius beneficia poscimus, dona tuæ gratiæ consequamur. Per.

Secreta.

MVNERA Domine oblata sanctifica, & intercedente B. Nicomede martyre tuo, nos per hæc à peccatorum nostrorum maculis emunda. Per.

Post Communionem.

SVPPLICES te rogamus omnipotens Deus, vt quos tuis reficis sacramentis, intercedente B. Nicomede martyre tuo, tibi etiam placitis moribus dignanter tribuas deferuire. Per Dominum nostrum.

**III. NONAS IVNII, ID EST, II. DIE
MENSIS IVNII, NATALE SAN-
CTORVM MARCELLINI ET
PETRI.**

DEVS, qui nos annua beatorum Marcellini & Petri Martyrum tuorum solennitate lætificas, præsta, quæsumus, vt quorum gaudemus meritis, prouocemur exemplis. Per.

Secreta.

HOSTIA hæc, quæsumus Domine, quam in sanctorum tuorum natalitijs recensentes offerimus, & vincula nostræ prauitatis absoluat, & tuæ nobis misericordiæ dona conciliet. Per.

[Alia.

VOTIVA Domine munera deferentes, in tuorum Petri & Marcellini martyrum passione, tuam magnificentiam veneramus, & per eam nobis imploramus tuæ pietatis auxilium. Per Dñm.]

Post

Post Communionem.

SACRO munere satiati, supplices te Domine deprecamur, vt quod debiti seruitutis celebramus officio, saluatiõis tuæ sentiamus augmentum. Per.

[Alia.

INTERCEDENTIEVS sanctis tuis, Domine, plebi tuæ præsta subsidium, vt ab omnibus noxijs expedita, cuncta sibi profutura percipiat. Per Dominum.]

**[V. IDVS IVNII, ID EST, IX. DIE MEN-
SIS IVNII, NATALE SANCTORVM
PRIMI ET FELICIANI.**

FAC nos Domine, quæsumus, Sanctorum tuorum Primi & Feliciani semper festa sectari, quorum suffragijs protectionis tuæ dona sentimus. Per Dominum.

Super Oblata.

FIAT Domine, quæsumus, hostia sacra tibi placabilis preciosi celebritate martyrij, quæ & peccata nostra purificet, & tuorum tibi vota conciliet famulorum. Per Dominum.

Ad Complendum.

QUAESVIMVS, omnipotens Deus, vt sanctorum tuorum Primi & Feliciani celestibus mysterijs celebrata solennitas, indulgentiam tuæ propitiacionis adquirat. Per Dominum.]

**II. IDVS IVNII, ID EST, XII. DIE MEN-
SIS IVNII, NATALE SANCTORVM
BASILIDIS, CYRINI, NABORIS
ET NAZARII MARTYRVVM.**

SANCTORVM Basilidis, Cyrini, Naboris & Nazarij, quæsumus Domine, natalitia nobis votiua resplendeant, vt quod illis contulit excellentia sempiterna, fructibus nostræ deuotionis ad crescat. Per.

¶¶ 2 [Alia.

[Alia.]

AD ESTO Domine populo tuo, vt B. Martyrum tuorum Basilidis, Cyrini, Naboris, Nazarij merita præclara suscipiens, ad impetrandam misericordiam tuam semper eorum patrocinij adiuuetur. Per Dominum.]

Secreta.

PRO sanctorum Basilidis, Cyrini, Naboris & Nazarij sanguine venerando hostias tibi solenniter immolamus, tua mirabilia pertractantes, per quem talis est perfecta victoria. Per.

Alia.

SUSCIPE Domine munera propitijs oblata, quæ maiestati tuæ B. Martyrum tuorum Basilidis, Cyrini, Naboris, Nazarij commendet oratio. Per Dominum.

Post Communionem.

SEMPER Domine sanctorum Martyrum Basilidis, Cyrini, Naboris, & Nazarij solennia celebremus, & eorum patrocinia iugiter sentiamus. Per.

Alia.

PVRIFICENT nos, Domine, sacramenta quæ sumpsimus, & intercedentibus beatis Martyribus tuis, à cunctis efficiant vitij absolutos. Per Dominum.

XIII. KAL. IULII, ID EST, XVIII. DIE
MENSIS IUNII, NATALE SAN-
CTORVM MARCI ET MAR-
CELLIANI.

PRAESTA, quæsumus, omnipotens Deus, vt qui sanctorum tuorum Marci & Marcelliani natalitia colimus, à cunctis malis imminentibus, eorum intercessione liberemur. Per Dominum nostrum.

[Alia.]

SAN-

SANCTORVM tuorum nos Domine Marci & Marcelliani natalitia tueantur, quia tanto fiducialius tuo nomini supplicamus, quanto frequentius martyrum benedictionibus confouemur. Per Dominum.]

Secreta.

MVNERA Domine tibi dicata sanctifica, & intercedentibus sanctis tuis beato Marco & Marcelliano, per eadem nos placatus intende. Per.

[Alia.]

SUSCIPE Domine munera tuorum populorum votiua, & sanctorum Marci & Marcelliani tibi precibus grata esse concede. Per Dominum.]

Post Communionem.

SALVTARIS tui Domine munere satiati, supplices exoramus, vt quorum lætamur gustu, renouemur effectu. Per Dñm.

[Alia.]

LIBANTES Domine mensæ tuæ beata mysteria, quæsumus, vt beatorum interuentione sanctorum Marci & Marcelliani, & corporalem nobis misericordiam conferant, & æternam. Per Dominum.]

XIII. KAL. IUL. ID EST, XVIII. DIE
MEN. IUNII, NATALE SANCTORVM
GERVASII ET PROTASII.

DEVS, qui nos annua sanctorum tuorum Protasij & Geruasij solennitate lætificas, concede propitijs, vt quorum gaudemus meritis, accendamus exemplis. Per.

[Alia.]

SANCTORVM Martyrum nos Domine Geruasij & Protasij confessio beata communiat, & fragilitati nostræ subsidiū dignanter exoret. Per Dominum.

qq 3

Secreta.

Secreta.

OBLATIS, quæsumus, Domine placare muneribus, & intercedentibus sanctis tuis, à cunctis nos defende periculis. Per Dominum nostrum.

[Alia.

CONCEDE nobis misericors Deus, vt his muneribus, quæ pro sanctorum martyrum Geruasij & Protasij honore deferimus, & te placemus exhibitis, & nos viuificemur acceptis. Per Dominum.]

Post Communionem.

HÆC nos communio Domine purget à crimine, & intercedentibus sanctis tuis, cælestis remedij faciat esse confortes. Per Dominum.

[Alia.

DA, quæsumus, omnipotens Deus, vt mysteriorum virtute sanctorum, & beatorum martyrum Geruasij & Protasij orationibus, vita nostra firmetur. Per Dominum.]

Super populum.

MARTYRVM tuorum Domine Geruasij & Protasij natalitia celebrantes, supplices te rogamus, vt quos cælesti gloria sublimasti, tuis adesse concedas fidelibus. Per Dominum.

Ad Vesperos.

SANCTORVM Geruasij & Protasij suffragijs imploramus, vt à cunctis Domine liberemur offensis. Per Dominum.

**IX. KAL. IVL. ID EST, XXIII. DIE
MEN. IUNII, VIGILIA S. IOAN-
NIS BAPTISTAE.**

PRAESTA, quæsumus, omnipotens Deus, vt familia tua per viam salutis incedat, & B. Ioannis præcursoris hortamenta sectando, ad eum quem prædixit, secura perueniat Dominum nostrum.

Secreta.

M v-

MVNERA Domine oblata sanctifica, & intercedente beato Ioanne Baptista, nos per hæc à peccatorum nostrorum maculis emunda. Per.

Post Communionem.

BEATI Ioannis Baptistæ nos Domine præclara comitetur oratio, & quem venturum esse prædixit, poscat nobis fieri placatû Dominum nostrum.

Super populum.

PRAESTA, quæsumus Domine, vt populus tuus ad plenę deuotionis effectum B. Ioannis Baptistæ natalijs præparetur, quem * promissisti filio tuo præparare plebem perfectam, Iesû Christo * pmissisti Domino nostro.

**VIII. KAL. IULII, ID EST, XXV.
DIE MEN. IUN. NATALE S. IO-
ANNIS BAPTISTAE.**

Cur plures Missæ
hoc die celebrentur,
explicat Ord. Rom.
pag. 84. & Alcuin. p.
69. Amal. l. 3. c. 38.
& l. 4. c. 40. & Rad.
Tangr. c. 23.

IN * MANE PRIMA.

CONCEDE, quæsumus, omnipotens Deus, vt qui B. Ioannis Baptistæ solennia colimus, eius apud te intercessionem muniamur. Per.

* IN PRIMA AV-
RORA. seu IN
PRIMA MISSA,
DE NOCTE.

Secreta.

MVNERA Domine oblata. vt supra.

Alia.

DEVS, cuius misericordia præcurrente saluamur, respice propitius ad tanti solennia præcursoris, vt sacrificium quod natalitio eius munere gratulantes offerimus, & indulgentiam nobis obtineat, & fauorem. Per Dominum.

Post Communionem.

PRAESTA, quæsumus, omnipotens Deus, vt qui cælestia alimenta percepiimus, intercedente beato Ioanne Baptista, per hæc contra omnia aduersa muniamur. Per.

IN

IN DIE AD MISSAM.

DEVS, qui præsentem diem honorabilem nobis in beati Ioannis natiuitate fecisti, da populis tuis spiritualium gratiam gaudiorum, & omnium fidelium mentes dirige in viam salutis æternæ. Per Dominum.

Secreta.

TVA Domine muneribus altaria cumulamus, illius natiuitatem honore debito celebrantes, qui saluatorem mundi & cecinit adfuturum, & adesse monstrauit, Dominum.

Post Communionem.

SVMAT Ecclesia tua, Deus, beati Ioannis Baptistæ generatione lætitiâ, per quem suæ regenerationis cognouit authoré, Dominum nostrum.

*Vesperû.

Ad *Vesperos.

DEVS, qui nos beati Ioannis Baptistæ concedis natalitia perfrui, eius nos tribue meritis adiuuari. Per Dominum.

Ad Fontes.

OMNIPOTENS sempiternæ Deus, da cordibus nostris illam tuarum rectitudinem semitarum, quâ beatus Ioannes Baptista in deserto vox clamantis edocuit. Per Dominum nostrum.

Aliæ orationes.

DEVS, qui conspicis, quia nos vndiquè mala nostra contristant, per præcursores gaudij corda nostra lætifica. Per Dominum nostrum.

DA, quæsumus, omnipotens Deus, intrâ sanctæ Ecclesiæ veterum constitutos, eo nos spiritu ab iniquitate nostra iustificari, quo beatum Ioannem intrâ viscera materna docuisti. Per Dominum.

DEVS, qui nos annua beati Ioannis Baptistæ solennia frequentare concedis, præsta quæsumus, vt & deuotis eadem mentibus celebremus, & eius patrocinio promerente, plenæ capiamus securitatis augmentum. Per.

OMNI-

OMNIPOTENS & misericors Deus, qui beatum Ioannem Baptistam tua prouidentia destinasti, vt perfectam plebem Christo Domino præpararet: da, quæsumus, vt familia tua huius intercessionem præconis, & à peccatis omnibus exuatur, & ad eum quem prophetauit, peruenire mereatur, Iesum Christum filium tuum, Dominum nostrum.

VI. KAL. IULII, ID EST, XXVI. DIE
MEN. IUNII, NATALE SANCTO-
RVM IOANNIS ET PAULI.

QVÆSUMVS, omnipotens Deus, vt nos geminata lætitiâ hodiernæ festiuitatis excipiat, quæ de beatorum Ioannis & Pauli glorificatione procedit, quos eadem fides & passio verè fecit esse germanos. Per Dominum nostrum.

Secreta.

HOSTIAS tibi Domine sanctorum Martyrum tuorum Ioannis & Pauli dicatas meritis, benignus adsume, & ad perpetuum nobis tribue prouenire subsidium, Per Dominum.

Post Communionem.

SVMPSIMVS Domine, sanctorum tuorum solennia celebrantes, cælestia sacramenta: præsta, quæsumus, vt quod temporaliter gerimus, æternis gaudijs consequamur. Per Dominum nostrum.

[Alia.

CÆLESTI munere satiati, quæsumus Domine Deus noster, vt nos hæc dona Martyrum tuorum Ioannis & Pauli deprecatione sanctificent. Per Dominum. ¶

Super populum.

BEATORVM Martyrum tuorum Ioannis & Pauli nos Domine merita prosequantur, & tuam nobis indulgentiam semper implorent. Per Dominum.

rr IIII. KAL.

III. KAL. IUL. ID EST, XXVIII. DIE
MEN. IUNII, NATALE S. LEO-
NIS PAPAЕ.

DEVS, qui beatum Leonem Pontificem sanctorum tuorum
meritis coæquasti, concede propitius, vt qui commemorationis
eius festa percolimus, vitæ quoque imitemur exempla. Per.

Secreta.

Erat hoc
loco in
scriptis
Exempla
rib. talis
quoq; ora-
tio, qualē
suprà in
festo S.
Gregorij
ad mar-
ginem an-
notauim⁹
pag. 209.
& 210.

ANNVE nobis Domine, vt intercessione famuli tui Leonis
hæc nobis profit oblatio, quam immolando totius mundi tribui-
sti relaxari delicta. Per Dominum nostrum.

Post Communionem.

DEVS, qui animæ famuli tui Leonis æternę beatitudinis præ-
mia contulisti, concede propitius, vt qui peccatorum nostrorum
pondere premimur, eius apud te precibus subleuemur. Per.

[Alia Orationes.

EXAUDI Domine preces nostras, quas in sancti confessoris
tui Leonis solennitate deferimus, vt qui tibi dignè meruit famu-
lari, eius intercedentibus meritis, ab omnibus nos absolue pecca-
tis. Per Dominum.

DEVS fidelium remunerator animarum, præsta vt B. Leonis
Confessoris tui atq; Pontificis, cuius venerandam celebramus fe-
stiuitatem, precibus indulgentiam consequamur. Per Dominum.

PRAESTA quæsumus, vt B. Leo, qui tibi placita fulsit forte
Pontificatus, pietati tuæ nos pia supplicatione commendet. Per
Dominum.]

* Vigilia
s. Petri.
Vigilia
huius mē-
tio fit
apud A.
malar, de
Ord. An-
tiph. c. 60.

EODEM DIE * VIGILIA APOSTO-
LORVM PETRI ET PAVLI.

PRAESTA, quæsumus, omnipotens Deus, vt nullis nos per-
mittas perturbationibus concuti, quos in Apostolicæ confessionis
petra solidasti. Per.

[Alia.

DEVS,

DEVS, qui nobis beatorū Petri & Pauli natalitiā gloriosā præ-
ire concedis, tribue, quæsumus, eorum nos semper beneficijs præ-
ueniri, & orationibus adiuuari. Per Dominum.]

Secreta.

MVNVS populi tui Domine, quæsumus, apostolica interces-
sione sanctifica, nosque à peccatorum nostrorum maculis emun-
da. Per.

Præfatio.

VERE dignum & iustum est, æquum & salutare: Te Domine
suppliciter exorare, vt gregem tuum pastor æternæ non deferas,
sed per beatos Apostolos tuos continua protectione custodias: Vt
eisdem rectoribus gubernetur, quos operis tui Vicarios eidem cō-
tulisti præesse pastores. Et ideo.

Post Communionem.

QVOS caelesti Domine alimento satiasti, apostolicis interces-
sionibus ab omni aduersitate custodi. Per Dominum nostrum.

[Alia.

SYMPTIS Domine remedijs sempiternis, tuorum mundetur
corda fidelium, vt Apostolorum Petri & Pauli natalis insignia,
quæ corporalibus officijs exequentur, pia cordis intelligentia
comprehendant. Per Dominum.]

Super populum.

DEVS, qui ligandi soluendiq; licentiam tuis Apostolis contu-
listi, da, quæsumus, vt per ipsos à terrenis vitijs expediti, liberi pos-
simus caelestibus interesse mysterijs. Per Dominum.

Alia.

APOSTOLICIS nos Domine, quæsumus, beatorum Petri &
Pauli attolle præsidijs, vt quanto fragiliores sumus, tanto validio-
ribus auxilijs foueamur. Per Dominum.

Ad * Vesperos.

DEVS, qui Ecclesiam tuam Apostoli tui Petri fide & no-

rr 2

* Ad Ma-
tutinos,
seu ad Vi-
gilia in
mine nocte.

mine consecrasti, quiq̄ue beatum illi Paulum ad prædicandum gentibus gloriam tuam sociare dignatus es, concede, vt omnes qui ad Apostolorum tuorum solennia conuenerunt, spiritali remuneratione ditentur. Per.

* Aposto-
lorū Petri
& Pauli.
* hodiernum

III. KAL. IULII, ID EST, XXVIII. DIE
MEN. IUNII, NATALE * S. PETRI
APOSTOLI.

DEVS, qui * hodiernam diem, Apostolorum tuorum Petri & Pauli martyrio consecrasti, da Ecclesię tuę eorum in omnibus se-
qui præceptum, per quos religionis sumpsit exordium. Per.

Secreta.

HOSTIAS Domine quas nomini tuo sacrandas offerimus, Apostolica prosequatur oratio, per quam nos expiari tribuis & defendi. Per.

Præfatio, vt in Vigilia.

Post Communionem.

QVOS cælesti etc. etiam vt in Vigilia.

Super populum.

PROTEGE Domine populum tuum, & Apostolorum tuorū patrociniō confidentem, perpetua defensione conserua. Per Dominum nostrum.

* Vesperum.

Ad * Vesperos.

DEVS, qui Apostolo tuo Petro collatis clauibus regni cælestis, ligandi atq; soluendi Pontificium tradidisti, concede, vt intercessionis eius auxilio, a peccatorum nostrorū nexibus liberemur. Per.

Alia.

OMNIPOTENS sempiternæ Deus, qui Ecclesiam tuam in Apostolica solennitate fundatam, ab inferorū terrore portarum, præsta, vt in tua veritate persistens, nulla recipiat consortia perfidorum. Per Dominum nostrum.

Alia Orationes.

FAMI-

FAMILIAM tuam Domine propitius intueri, & Apostolicis defende præsidij, vt eorum precib; gubernetur, quibus nititur, te constituyente, principibus. Per Dominum.

EXAUDI nos Domine salutaris noster, & Apostolorum tuorum nos tuere præsidij, quorum donasti fideles esse doctrinis. Per Dominum nostrum Iesum.

ESTO Domine plebi tuę sanctificator & custos, vt Apostolicis munita præsidij, & conuersatione tibi placeat, & secura deferuiat. Per Dominum nostrum.

EDEVS, qui Ecclesiam tuam Apostolorum tuorum Petri & Pauli prædicatione docuisti, da nobis, quæsumus, in omnibus eorum sequi præceptum, per quos religionis sumpsit exordium.]

* II. KALEND. IULII, ID EST, XXX. DIE * Pridè
MENSIS IUNII, * NATALE S. PA-
LI APOSTOLI.

* COM-
MEMO-
RATIO.

DEVS, qui multitudinem gentium beati Pauli Apostoli prædicatione docuisti, da nobis, quæsumus, vt cuius natalitia colimus, eius apud te patrociniā sentiamus. Per Dominum.

Secreta.

ECCLESIAE tuę, quæsumus Domine, preces & hostias Apostolica commendet oratio, vt quod pro illorum gloria celebramus, nobis profit ad veniam. Per.

Post Communionem.

PERCEPTIS Domine sacramentis, beatis Apostolis interuentibus deprecamur, vt quæ pro illorum celebrata sunt gloria, nobis proficiant ad medelam. Per.

V. NONAS IULII, ID EST, II. DIE MEN-
SIS IULII, NATALE SANCTORVM
PROCESSI ET MARTINIANI.

DEVS,



DEVS, qui nos sanctorum tuorum Procesi & Martiniani cōfessionibus gloriosis circundas & protegis, da nobis & eorum imitatione proficere, & intercessione gaudere.

Secreta.

SVSCIPRE Domine preces & munera, quę vt tuo sint digna conspectu, sanctorum tuorum precibus adiuuemur. Per Dominum nostrum.

Post Communionem.

CORPORIS sacri & preciosi sanguinis repleti libamine, quęsumus, Domine Deus noster, vt quod pia deuotione gerimus, certa redemptione capiamus. Per.

*OCTAVA.
VAE.

II. NONAS IVLII, ID EST, VI. DIE MENSIS IVLII, *OCTAVA APOSTOLORVM AD S. PETRVM.

MEMINIT huius officij nominatim Amal. li. 4. cap. 34. DEVS, cuius dextera beatum Petrum ambulanti in fluctibus, nē mergeretur, erexit, & coapostolum eius Paulum tertio naufragantem, de profundo pelagi liberauit: exaudi nos propitius, & concede, vt amborum meritis æternitatis gloriam cōsequamur. Per.

Secreta.

OFFERIMVS tibi Dñe preces & munera, quę vt tuo sint digna cōspectui, Apostolorum tuorum, quęsumus, precibus adiuuemur. Per.

Post Communionem.

PROTEGE Domine populum tuum, & Apostolorum tuorum patrocinio confidentem, perpetua defensione conserua. Per.

[Alia.]

BEATORVM Apostolorum Domine Petri & Pauli desiderata solennia recensentes, presta, quęsumus, vt eorum supplicationibus muniamur, quorum regimur principatu. Per Dominum.]

VI. IDVS IVLII ID EST, VI. DIE MENSIS IVLII, NATALE VII. FRATRVM [FILIORVM S. FELICITATIS.]

PRAE-

PRAESTA, quęsumus, omnipotens Deus, vt qui gloriosos Martyres [Felicem, Philippum, Vitalem, Martialem, Alexandrum, * Syluanum, * Sylanum atq; Ianuarium] fortes in sua cōfessione cognouimus, numquid apud te in nostra intercessione sentiamus. Per.

Secreta.

SACRIFICIIS presentibus Domine, quęsumus, intende placatus, & intercedentibus sanctis tuis, deuotioni nostrę proficiant & saluti. Per.

Post Communionem.

QUAESVMVS, omnipotens Deus, vt illius salutaris capiamus effectum, cuius per hęc mysteria pignus accepimus. Per.

[XI. KAL. AVGVSTI, ID EST, XXII. DIE MENSIS IVLII, NATALE S. MARIAE MAGDALENÆ.]

DEVS, qui B. Marię Magdalenę pœnitentiam ita tibi placitam gratamque fecisti, vt non solum ei peccata dimitteres, verum etiam singulari tui amoris gratia eius intima perlustrares: da nobis tuę propitiationis abundantiam, vt cuius commemoratione lætatur, eius apud tuam misericordiam precibus adiuuemur. Per Dominum.

Super Oblata.

ACCEPTA Domine maiestati tuę fidelis populi reddatur oblatio, obtentu B. Marię Magdalenę, quę se tibi hostiam viuam, sanctam, & beneplacentem semper exhibuit. Per Dominum.

Ad Complendum.

AUXILIENTVR nobis Domine sacrosancta mysteria, B. Marię Magdalenę commemoratione celebrata: quę, spretis mūdane vanitatis illecebris, te solum diligere, tibi que Deo viuo & vero elegit iugiter inherere. Qui viuis & regnas]

VIII. KAL. AVG. ID EST, XXV. DIE MENSIS IVL. NATAL. S. IACOBI APOST.

ESTO

ESTO Domine plebi tuæ sanctificator & custos: vt Apostoli tui Iacobi munita præsidijs, & conuersatione tibi placeat, & secura deferuiat. Per Dominum.

Super Oblata.

OBLATIONES populi tui Domine, quæsumus, B. Apostoli tui Iacobi passio beata conciliet: & quæ nostris non apta sunt meritis, fiant tibi placita eius deprecatione. Per Dominum.

Ad Complendum.

BEATI Apostoli tui Iacobi, quæsumus, Domine intercessio. ne nos adiua, pro cuius solennitate percepimus tua dona lætantes. Per Dominum.

III. KALEND. AVGVST. ID EST, XXIX.
DIE MENSIS IVLII, NATALE S.
FELICIS [EPISCOPI ET]
MARTYRIS.

INFIRMITATEM nostram respice omnipotens Deus, & quia pondus propriæ actionis grauat, B. Felicis martyris tui atque Pontificis intercessio gloriosa nos protegat. Per.

E Alia.

SANCTI Felicis, Domine, confessio recensita conferat nobis piæ deuotionis augmentum, qui in tuo nomine perseuerans, meruit honorari. Per Dominum.]

Secreta.

ACCEPTA sit in conspectu tuo, Domine, nostra deuotio, & eius nobis fiat supplicatione salutaris, pro cuius solennitate deferatur. Per.

Post Communionem.

SPIRITVM nobis Domine tuæ charitatis infunde, vt quos vno pane cælesti satiasti, intercedente B. Felice martyre tuo, tua facias pietate concordés, Per Dominum nostrum.

EODEM

EODEM DIE NATALE SANCTORVM
SIMPLICII, FAUSTINI, ET
BEATRICIS.

PRAESTA Domine, quæsumus, vt sicut populus Christianus martyrum tuorum, Simplicij, Faustini & Beatricis, temporali solennitate congaudet, ita perfruatur æterna; & quod votis celebrat, comprehendat effectu. Per Dominum.

Super Oblata.

HOSTIAS tibi Domine pro sanctorum tuorum, Simplicij, Faustini & Beatricis, commemoratione deferimus, suppliciter obsecrantes, vt & indulgentiam nobis pariter conferant, & salutem. Per Dominum.

Ad Complendum.

PRAESTA, quæsumus, omnipotens Deus, vt sanctorum tuorum, Simplicij, Faustini & Beatricis, cælestibus mysterijs celebrata solennitas, indulgentiam nobis tuæ propitiationis adquirat. Per Dominum.

III. KALEND. AVGVSTI, ID EST, XXX.
DIE MENSIS IVLII, NATALE SAN-
CTORVM ABDON ET
* SENNEN.

DEVS, qui sanctis tuis Abdon & Sennen ad hanc gloriam veniendi copiosum munus gratiæ contulisti, da famulis tuis suorum veniam peccatorum, vt sanctorum tuorum intercedentibus meritis, ab omnibus mereamur aduersitatibus liberari. Per Dominum.

Secreta.

HÆC hostia, quæsumus Domine, quam in sanctorum tuorum natalitijs recensentes offerimus, & vincula nostræ prauitatis absoluat, & tuæ nobis misericordiæ dona conciliet, Per.

ff

Post

Post Communionem.

PER huius Domine operationem mysterij, & vitia nostra purgentur, & intercedentibus sanctis tuis, iusta desideria compleantur. Per Dominum nostrum.

KALEND. AVGVST. AD S. PETRVM AD VINCVLAM.

DEVS, qui B. Petrum à vinculis absolutum, illæsum abire fecisti, nostrorum, quæsumus, absolue vincula peccatorum, & omnia mala à nobis propitiatus exclude. Per.

Secreta.

OBLATVM tibi Domine sacrificium, viuificet nos semper & muniat. Per Dominum.

[Alia.

SUSCIPE Domine hostiam redemptionis humanæ, interueniente B. Petro Apostolo tuo, & salutem nobis mentis & corporis operare placatus. Per Dominum.]

EODEM DIE SANCTORVM MACHABAEORVM.

FRATERNAM nos, Domine, sanctorum martyrum tuorum corona lætificet, quæ & fidei nostræ præbeat incitamenta virtutum, & multiplici nos suffragio consoletur. Per Dominum.

[Alia.

DEVS, qui es sanctorum tuorum firmitate mirabilis, ostende nobis misericordiam tuam, & quia humilitas seruitium tibi semper tentationibus est obiecta, tribue dimicantibus fortitudinem, vt coronam vincuntibus largiaris. Per Dominum.]

Secreta.

*honore ITERATA mysteria, Domine, pro sanctorum martyrum deuota mente tractamus, quibus nobis & præsidium crescat, & gaudium.

Alia.

VOTI-

VOTIVA mysteria Domine, sanctorum tuorum solennia celebrantes, deuota mente tractamus, quibus nobis, quæsumus, Domine & præsidium crescat, & gaudium.

[Alia.

SUSCIPE, quæsumus, Domine tuorum munera seruorum; quæ intercedentibus sanctis tuis, profint nobis ad piæ deuotionis officium, & ad tuæ sanctificationis effectum. Per Dominum.]

Ad Complendum.

PRAESTA, quæsumus, omnipotens Deus, vt quorum memoriam sacramenti participatione recolimus, fidem quoque proficiendo sectemur. Per Dominum.

[Alia.

PRAESTA, quæsumus, Domine, vt sicut nobis *indiscreta pietas horum martyrum beatorum, indiuiduæ charitatis præbet exemplum: sic spiritum gratiæ tuæ, quo iugiter muniamur, semper iuncta impleret. Per Dominum.

Alia.

CAELESTI munere satiati, quæsumus Domine Deus noster, vt hæc nos dona martyrum tuorum deprecatione sanctificent, Per Dominum.

Alia.

FAMILIOS tuos, Dñe, sanctorum martyrum tuorum beata merita, psequatur, & tua semper faciât charitate feruentes. Per dñm.]
III. NONAS AVGVSTI, ID EST, II. DIE
MENSIS AVGVST. NATALE S.
STEPHANI PAPAE.

DEVS, qui nos B. Stephani martyris tui atq; Pontificis annua solennitate lætificas, concede propitiatus, vt cuius natalitia colimus, de eiusdem etiam protectione gaudeamus. Per.

Secreta.

MVNERA tibi Domine dicata sanctifica, & intercedente B.

ff 2 Ste.

Stephano martyre tuo atque Pontifice, per eadem nos placatus intende. Per.

Post Communionem.

HÆC nos communitio Domine purget à crimine, & intercedente B. Stephano martyre tuo atque Pontifice, cœlestis remedij faciat esse consortes. Per.

VIII. IDVS AVGVSTI, ID EST, VI. DIE
MENSIS AVGVSTI, NATALE S.
XYSTI PAPAE.

DEVS, qui conspicias, quia ex nulla nostra virtute subsistimus, concede propitius, ut intercessione B. Xysti martyris tui atque Pontificis, contra oia aduersa muniamur. Per.

Secreta.

SACRIFICIIS præsentibus Domine, quæsumus, placatus intende, ut & deuotioni nostræ proficiant, & salutem. Per.

[Alia.

SUSCIPE Domine munera propitiatus oblata, quæ maiestati tuæ B. Xystus sacerdos commendet & martyr. Per Dominum.]

PRÆFATIO VVAE.

INTRA quorum nos consortium, non æstimator meriti, sed veniæ, quæsumus, largitor admitte. Per Christum Dñm nostrum.

BENEDICTIO VVAE.

Habes eãdem infra Tomo secundo cap. 122. BENEDIC Domine & hos fructus novos vva, quos tu Domine rore cœli, & inundantia pluuiarum, & temporum serenitate atque tranquillitate ad maturitatem perducere dignatus es, & dedisti ea ad vsus nostros cum gratiarum actione percipere in nomine Dñi nostri Iesu Christi, Per quem hæc omnia.

Post Communionem.

PRAESTA, quæsumus, Domine Deus noster, ut cuius nobis festiuitate votiua sunt sacramenta, eius salutaria nobis intercessione reddantur. Per Dominum.

[Alia.

[Alia.

PER huius Domine operationem mysterij, & vitia nostra purgantur, & intercedentibus sanctis tuis Felicissimo & Agapito, iusta desideria compleantur. Per Dominum.]

EODEM DIE, NATALE SANCTORVM
FELICISSIMI ET AGAPITI.

DEVS, qui nos concedis sanctorum martyrum tuorum Felicissimi & Agapiti natalitia colere, da nobis in æterna lætitia de eorum societate gaudere. Per Dominum nostrum.

Secreta.

Munera tibi Domine nostræ deuotionis offerimus, quæ & pro tuorum grata sint honore iustorum, & nobis salutaria, te miserante, reddantur. Per.

Post Communionem.

Præsta nobis Domine, quæsumus, intercedentibus sanctis tuis, Felicissimo & Agapito, ut quæ ore contingimus, pura mente capiamus. Per.

VI. IDVS AVG. ID EST, VIII. DIE
MEN. AVG. NATALE S. *CY-
RIACI MARTYRIS.

*Kyriaci

DEVS, qui nos annua B. Cyriaci martyris tui solennitate lætificas, concede propitius, ut cuius natalitia colimus, virtutem quoque passionis imitemur. Per.

Secreta.

ACCEPTA sit in conspectu tuo Domine nostra deuotio, & eius nobis fiat supplicatione salutaris, pro cuius solennitate differatur. Per.

[Alia.

SUSCIPE, Domine, sacrificium placationis & laudis, quod nos,

ff 3 inter-

interueniente sancto tuo Cyriaco, & perducatur ad veniam, & in perpetuam gratiarum constituatur actionem. Per Dominum. ¶

Post Communionem.

REFLECTI participatione muneris sacri, quæsumus Domine Deus noster, ut cuius exequimur cultum, sentiamus effectum. Per.

[Alia.

QUÆSUMUS Domine Deus noster, ut interueniente S. Cyriaco martyre tuo, sacrosancta mysteria quæ sumpsimus, actu subsequamur & sensu. Per Dominum. ¶

Memoria huius
Vigilie fit
memento de
Ord. An-
tiph. c. 61.

V. IDVS AVG. ID EST, IX. DIE MEN.
AVG. VIGILIA S. LAU-
RENTII.

ADESTO Domine supplicationibus nostris, & intercessione B. Laurentij martyris tui, perpetuam nobis misericordiam benignus impende. Per.

Secreta.

HOSTIAS Domine quas tibi offerimus, propitius suscipe, & intercedente B. Laurentio martyre tuo, vincula peccatorum nostrorum absolue. Per Dominum.

Post Communionem.

DA, quæsumus, Domine Deus noster, ut sicut B. Laurentij martyris tui commemoratione, temporali gratulamur officio, ita perpetuo lætemur adspectu. Per Dominum nostrum.

Ad Vesperos.

DA, quæsumus, omnipotens Deus, ut triumphum B. Laurentij martyris tui, quæ despectis ignibus consummauit in terris, perpetua cælorum luce conspicuum, digno feruore fidei veneremur.

III. IDVS AVG. ID EST, X. DIE MEN.
AVG. NATALE S. LAURENTII.

IN

IN PRIMO MANE.

EXCITA Domine in Ecclesia tua spiritum, cui beatus Laurentius Leuita seruiuit, ut eodem nos replente, studeamus amare quod amauit, & opere exercere quod docuit. Per.

Secreta.

SACRIFICIUM nostrum tibi Domine, quæsumus, B. Laurentij precatio sancta conciliet, ut cuius honore sollemniter exhibetur, meritis efficiatur acceptum. Per.

Ad Complendum.

SUPPLICES te rogamus omnipotens Deus, ut quos donis cælestibus satiasti, intercedente B. Laurentio Martyre tuo, perpetua protectione custodias. Per.

IN DIE AD MISSAM.

DA nobis, quæsumus, omnipotens Deus, vitiorum nostrorum flammam extinguere, qui B. Laurentio tribuisti tormentorum suorum incendia superare. Per Dominum nostrum.

Super Oblata.

ACCIPE, quæsumus, Domine munera dignanter oblata, & B. Laurentij suffragantibus meritis, ad nostræ salutis auxilium provenire concede. Per.

Ad Complendum.

SACRO munere satiati, supplices te Domine deprecamur, ut quod debite seruitutis celebramus officio, intercedente B. Laurentio martyre tuo, saluationis tuæ sentiamus augmentum. Per.

Alia Orationes.

DEVS, cuius charitatis ardore beatus Laurentius edaces incendij flammam, cõtempso persecutore, deuicit: concede, ut omnes qui martyrij eius merita veneramus, protectionis tuæ muniamur auxilio. Per.

[DEVS, mundi creator & rector, qui hunc diem in Leuitæ tui

Lau-

Huius
Missæ fit
memento
apud Ra-
dul. Tigr.
c. 23.

Laurentij martyrio consecrasti, concede propitius, vt omnes qui martyrij eius merita veneramus, intercessionibus eius ab æternis gehennæ incendijs liberemur, Per Dominum.

SANCTI Laurentij nos, Domine, sancta precatio tueatur, vt quod nostra conscientia non meretur, eius nobis qui tibi placuit, oratione donetur. Per Dominum.

AD SIT Domine, quæsumus, S. Laurentij Martyris tui in sua glorificatione benedictio, cuius nobis est hodiè facta suffragium in tua virtute confessio, Per Dominum.]

III. IDVS AVG. ID EST, XI. DIE MEN.
AVG. NATALE S. TIBVRTII.

BEATI Tiburtij nos Domine foueant continuata præsidia, quia non desinis propitijs intueri, quos talibus auxilijs concesseris adiuuari. Per Dominum nostrum.

Secreta.

ADESTO Domine precibus populi tui, adesto muneribus, vt quæ sacris sunt oblata mysterijs, tuorum tibi placeant intercessio. ne sanctorum. Per Dominum nostrum Iesum Christum.

Post Communionem.

SUMPSIMVS Domine pignus redemptionis æternæ: sit nobis, quæsumus, interueniente B. Tiburtio martyre tuo, vitæ præsentis auxilium pariter & futuræ. Per Dominum nostrum.

IDIBVS AVG. ID EST, XIII. DIE
MEN. AVG. NATALE S.
HIPPOLYTI.

DA nobis omnipotens Deus, vt B. Hippolyti martyris tui veneranda solennitas, & deuotionem nobis augeat, & salutem. Per.

Secreta.

RESPICE Domine munera populi tui sanctorum festiuitate vo-

te votiua, & tuæ testificatione veritatis, nobis proficiat ad salutem. Per.

Post Communionem.

SACRAMENTORVM tuorum Domine communio sumpta nos saluet, & in tuæ veritatis luce confirmet. Per Dominum nostrum.

XVIII. KAL. SEPT. ID EST, XIII. DIE
MEN. AVG. NATALE S. EVSEBII
PRESBYTERI.

DEVS, qui nos B. Eusebij Confessoris tui annua solennitate lætificas, concede propitius, vt cuius natalitia colimus, per eius ad te exempla gradiamur. Per.

Secreta.

LAVDIS tuæ Domine hostias immolamus in tuorum commemoratione sanctorum, quibus nos & præsentibus exui malis confidimus, & futuris. Per Dominum nostrum.

Post Communionem.

REFECTI etc. vt supra sepius.

[Alia.

SANCTI Eusebij Domine natalitia celebrantes, supplices te Domine deprecamur, vt huius mysterij perceptio, nobis semper indulgentiæ causâ sit & salutis. Per Dominum.]

EODEM DIE VIGILIA ASSUMPTIONIS S. MARIAE.

DEVS, qui virginali aulam B. Mariæ, in qua habitares, eligere dignatus es: da, quæsumus, vt sua nos defensione munis, iocundos faciat suæ interesse festiuitati. Qui viuus.

Secreta.

* MAGNA est Domine apud clementiam tuam Dei genitricis oratio, quam idcirco de præsentis seculo transiisti, commendet oratio.

Hoc officium & scilicet quens ex præfatione lib. 2. constat non esse D. Gregorij. est autem verisimile esse vetustiora, quæ iam ætate DD. Augustini & Hieronymi celebrata fuerit hoc festum.

tulisti vt pro peccatis nostris apud te fiducialiter intercedat. Per eundem.

Post Communionem.

CONCEDE misericors Deus fragilitati nostræ præsidium, vt qui sanctæ Dei genitricis requiem celebramus, intercessionis eius auxilio, à nostris iniquitatibus refurgamus. Per.

Ad Vesperos.

CONCEDE, quæsumus, omnipotens Deus, ad B. Mariæ semper virginis gaudia æterna pertingere, de cuius nos veneranda assumptione tribuis, annua solennitate gaudere. Per Dominum.

**XVIII. KAL. SEPT. ID EST, XV. DIE
MEN. AVG. ASSUMPTIO
S. MARIAE.**

Legebat
hec oratio
in statioe,
quæcum
imagine
Christi p
cedebatur
à S. Maria
minore ad
S. Adrian.
vbi fiebat
statio, Mis
sa verò ad
S. Mariam
maiozem.

VENERANDA nobis Domine huius est diei festiuitas, in qua sancta Dei genitrix mortem subiit temporalem, nec tamen mortis nexibus deprimi potuit, quæ filium tuum, Dominum nostrum de se genuit incarnatum. Qui tecum.

Ad Missam.

FAMVLORVM tuorum Domine delictis ignosce, vt qui placentere de actibus nostris non valeamus, genitricis filij tui Domini Dei nostri intercessione saluemur. Per eundem.

Secreta.

SUBVENIAT Domine plebi tuæ Dei genitricis oratio, quam Fir eiusdè & si pro conditione carnis migrasse cognoscimus, in cælesti gloria orationis apud te pro nobis orare sentiamus. Per eundem.

E Alia.

INTERCESSIO, quæsumus Domine, B. Mariæ semper Virginis munera nostra tibi commendet, nosq; tuæ maiestati reddat acceptos. Per Dominum.]

Post Communionem.

MENSÆ

MENSÆ cælestis participes effecti, imploramus clementiam tuam Dñe Deus noster, vt qui festa Dei genitricis colimus, à malis imminuentibus, eius intercessionibus liberemur. Per eundem.

Super populum.

SUBVENIAT. vt suprâ.

[Alia Orationes.

QUÆSUMVS omnipotens Deus, vt plebs tua tibi toto corde deseruiens, interueniente B. semper Virgine Maria, & beneficia tua iugiter mereatur, & pacem. Per Dominum.

BEATÆ & gloriosæ semperque virginis Dei genitricis Mariæ nos Domine, quæsumus, merita prosequantur, & tuam nobis indulgentiam semper implorent. Per Dominum.

PORRIGE nobis Domine dexteram tuam, & per intercessionem B. & gloriosæ semperq; Virginis Dei genitricis Mariæ, auxilium nobis supernæ virtutis impende. Per Dominum.]

**EXVI. KAL. SEPT. ID EST, XVII. DIE
MEN. AVG. OCTAVA S.
LAVRENTII.**

BEATI Laurentij nos faciat Domine passio veneranda lætantes: & vt eam sufficienter recolamus, efficiat promptiores. Per Dominum.

Super Oblata.

BEATI Laurentij martyris honorabilem passionem muneribus Domino geminatis exequimur: quæ licet proprijs sit memoranda principijs, indefinenter tamen permanet gloriosa. Per Dominum.

Ad Complendum.

Solennis nobis intercessio B. Laurētij martyris, quæsumus Domine, præstet auxilium, vt cælestis mensæ participatio quam sumpsimus, tribuat Ecclesiæ tuæ recensita lætitiā. Per Dominum.]

tt 2 XV.

XV. KAL. SEPT. ID EST, XVIII. DIE
MEN. AVG. NATALE S. AGAPI-
TI MARTYRIS.

LAETETVR Ecclesia tua, Deus, B. Agapiti martyris tui cōfīsa
suffragijs, vt quæ eius precibus gloriosis & deuota permaneat, & se-
cura consistat. Per Dominum.

Secreta.

SUSCIPE Domine munera, quæ in eius tibi solennitate defe-
rimus, cuius nos confidimus patrocinio liberari. Per Dominum.

Post Communionem.

SATIASTI Domine familiam tuam muneribus sacris: eius,
quæ sumus, semper interuentione nos refoue, cuius solennia cele-
bramus. Per Dominum.

[Alia.

SANCTI martyris Agapiti merita nos Domine preciosa tue-
antur: in quibus tuæ maiestatis opera prædicantes, & præsens ca-
piamus adiutorium, & futurum. Per Dominum.]

EXI. KAL. SEPT. ID EST, XXII. DIE
MEN. AVG. NATALE S. TIMO-
THEI MARTYRIS.

AUXILIUM tuum nobis Domine, quæsumus, placatus impê-
de, & intercedente B. Timotheo martyre tuo, dexteram super nos
tuæ propitiationis extende. Per Dominum.

Secreta.

ACCEPTA sit tibi Domine sacratę plebis oblatio pro tuorum
honore sanctorum, quorum se meritis percepisse de tribulatione
cognoscit auxilium. Per Dominum nostrum.

[Alia.

OFFERIMVS tibi Domine preces & munera, quę vt tuo sint
digna

digna conspectui, B. Martyris tui Timothei precibus adiutemur,
Per Dominum.

Post Communionem.

DIVINI muneris largitate satiati, quæsumus Domine Deus
noster, vt intercedente B. Timotheo martyre tuo, eitis semper
participatione viuamus. Per.]

EVIII. KALEND. SEPTEMBR. ID EST,
XXIII. DIE MENSIS AVGVSTI,
NATALE S. BARTHOLO-
MAEI APOSTOLI.

OMNIPOTENS sempiternæ Deus, qui huius diei veneran-
dam sanctamq; lætitiã, B. Apostoli tui Bartholomæi festiuitate
tribuisti, da Ecclesię tuę, quæsumus, & amare quod credidit, & præ-
dicare quod docuit. Per Dominum.

Super Oblata.

BEATI Apostoli tui Bartholomæi, cuius solennia recensemus,
quæsumus, vt eius auxilio tua beneficia capiamus, pro quo tibi ho-
stias laudis offerimus. Per Dominum.

[Alia.

SACRANDVM tibi Domine munus offerimus, quo B. Apo-
stoli tui Bartholomæi solennia recolentes, purificationem quoq;
nostris mentibus imploramus. Per Dominum.

Ad Complendum.

SUMPSIMVS Domine pignus salutis æternæ, celebrantes B.
Bartholomæi Apostoli tui votiua solennia, & perpetua merita ve-
nerantes. Per Dominum.]

[V. KALEN. SEPTEMB. ID EST, XXVIII.
DIE MENSIS AVGVSTI, NATALE
S. HERMETIS.

tt 3 DEVS,

DEVS, qui B. Hermetis martyrem tuum, virtute constantiæ in passione roborasti, ex eius nobis imitatione tribue, pro amore tuo prospera mundi despiciere, & nulla eius aduersa formidare. Per.

E Alia.

INTERCESSIO Domine B. Hermetis martyris tui, tuam nobis non desinat placare iustitiam, & nostrum tibi deuotum efficere famulatum. Per Dominum.

Secreta.

SACRIFICIUM tibi Domine laudis offerimus, in tuorum commemoratione sanctorum: da, quesumus, vt quod illis contulit gloriam, nobis profit ad salutem. Per Dominum nostrum.

Alia.

MVNERA nostra, quesumus Domine, propitiatus assume, & vt dignè tuis famulemur altaribus, sancti tui Hermetis intercessione custodi.]

III. KALEN. SEPTEMB. ID EST, XXIX.
DIE MENSIS AVGVSTI, NATALE
S. SABINAE.

DEVS, qui inter cætera, vt supra in festo S. Agathæ.

Secreta.

HOSTIAS tibi Domine B. Sabinæ martyris tuæ dicatas meritis, benignus adsume, & ad perpetuum nobis tribue puenire subsidium. Per Dominum.

Post Communionem.

DIVIINI muneris. &c. vt supra in festo S. Timothei.

Alia.

PVRIFICET nos Domine, quesumus, & diuini participatio sacramenti, & gloriosa S. Sabine deprecatio. Per Dominum.

*PASSIO EODEM DIE *DECOLLATIO S.
IOANNIS BAPTISTAE.

SAN-

SANCTI Ioannis Baptistæ & martyris tui Domine, quesumus, veneranda festiuitas, salutaris auxiliij nobis præstet effectum. Per Dominum.]

Alia.

PERPETVIS nos Domine sancti Ioannis Baptistæ tuere præfidijs, & quanto fragiliores sumus, tanto magis necessarijs attolle præfidijs. Per Dominum.

E Alia.

SYMAT Ecclesia tua Domine B. Ioannis Baptistæ passionis letitiam, per quem suæ regenerationis cognouit authorem. Per Dominum.]

Super Oblata.

MVNERA quæ tibi Domine pro sancti martyris tui Ioannis Baptistæ passione deferimus, quesumus, vt eius obtentu nobis proficiant ad salutem. Per Dominum.

Ad Complendum.

CONFERAT nobis Domine S. Ioannis Baptistæ beata solennitas, vt magnifica sacramenta quæ sumpsimus, significata veneremur, & in nobis potiùs edita gaudeamus. Per Dominum.

Super populum.

PLEBEM tuam, Domine, B. Ioannes Baptista interuentor attollat, & quam de suo fecit martyrio sapiùs gratulantem, dignam semper imploret tuæ pietatis existere sacramentis.

III. KALEND. SEPTEMB. ID EST, XXX.
DIE MENSIS AVGVST. NATALE
SS. FELICIS ET ADAVCTI.

MAIESTATEM tuam, Domine, supplices deprecamur, vt sicut nos iugiter sanctorum tuorum commemoratione letificas, ita semper supplicatione defendas. Per Dominum.

Secreta.

Ho-

HOSTIAS Domine tuæ plebis intende, & quas in honore sanctorum tuorum deuotamente celebrat, proficere tibi sentiat ad salutem, Per.

Post Communionem.

REPLETI Domine muneribus sacris, quæsumus, intercedentibus sanctis tuis, in gratiarum tuarum semper actione maneamus, Per Dominum.

Idem sentit infra Grimoldus Abbas de hoc, quod supra de officio Assumptionis Mariæ adnotauimus: Vetus tñ effipatet ex Ord. Rō. pag. 84. vbi etiā statiois ad S. Adrianū, fit mētio, ad quā prima hæc collecta pertinet. Missæ aut, ad S. Mariam. Facit huius Orat. & coll. mētionē Radulph. Tung. c. 13. & 23. vbi institutam fuisse hoc die à D. Greg. Letaniam scribit à sancto Adriano ad sanctam Mariam Maiorem. * eius intercessionibus à te

**VI. IDVS SEPTEMB. ID EST,
VIII. DIE MENSIS SEPT.
NATIVITAS S.
MARIAE.**

SUPPLICATIONEM seruorum tuorum Deus miserator exaudi, vt qui in natiuitate DEI genitricis & virginis congregamur, eius * intercessionibus complacatus, à te de instantibus periculis eruamur.

Ad Missam.

FAMVLIS tuis Domine cælestis gratiæ munus impartire, vt quibus B. virginis partus exitit salutis exordium, natiuitatis eius votiua solennitas pacis tribuat incrementum. Per.

Secreta.

VNIGENITI tui, Domine, nobis succurrat humanitas, vt qui natus de virgine, matris integritatem non minuit, sed sacrauit, in natiuitatis eius solennijs, à nostris nos piaculis exuens, oblationem nostram sibi faciat acceptam. Qui tecum viuit & regnat.

Post Communionem.

SUMPSIMVS, Domine, celebritatis annuæ votiua sacramenta præsta, quæsumus, vt & temporalis nobis vitæ remedia præbeant, & æternæ. Per Dominum.

[Alia

[Alia Orationes.

ADIVVET nos, quæsumus Domine, S. Mariæ gloriosa intercessio, cuius etiam diem quo felix eius est inchoata natiuitas, celebramus. Per Dominum.

ADESTO nobis omnipotens Deus, B. Mariæ festa repetentibus, quam hodiernæ festiuitatis prolatam exortu, ineffabili munere subleuasti. Per Dominum.]

**III. IDVS SEPTEMB. ID EST, XI. DIE
MENSIS SEPTEMB. NATALE SS.
PROTI ET HYACINTHI.**

BEATI Proti nos Domine & Hyacinthi foueat preciosa confessio, & pia iugiter intercessio tueatur. Per Dominum nostrum.

Secreta.

PRO sanctorum Proti & Hyacinthi munera tibi Domine commemoratione, quæ debemus, exoluimus: præsta, quæsumus, vt remedium nobis perpetuæ salutis operentur. Per.

Post Communionem.

VT percepta nos Domine tua sancta purificet, B. Proti & Hyacinthi, quæsumus, imploret oratio. Per.

**XVIII. KALEND. OCTOB. ID EST, XIII.
DIE MENSIS SEPTEMB. NATALE
SANCTORVM CORNELII ET
CYPRIANI.**

INFIRMITATEM nostram, quæsumus, Domine propitius respice, & mala omnia quæ iuste meremur, sanctorum tuorum intercessione auerte. Per.

Alia.

ADESTO Domine supplicationibus nostris, quas in sanctorum tuorum commemoratione deferimus, vt qui nostræ iustitiæ fiduciam non habemus, eorum qui tibi placuerunt, meritis adiuuemur. Per Dominum nostrum.

v v

[Alia.

[Alia.]

BEATORVM martyrum pariterque Pontificum Cornelij & Cypriani nos Domine, quæsumus, festa tueantur, & eorum commendet oratio veneranda. Per Dominum.]

Super Oblata.

PLEBIS tuæ munera benignus intende, quæ maiestati tuæ profanctorum martyrum Cornelij & Cypriani solennitatē tibi sunt dicata. Per Dominum.

Post Communionem.

QVÆSUMVS Domine salutaribus repleti mysterijs, ut quorum solennia celebramus, orationibus adiuemur. Per.

EODEM DIE EXALTATIO
S. CRVCIS.

Citat & hæc Oratio nem ex D. Gregorij sacramentorum libro, Ionas Aurelian. lib. 1. de cultu imag. & Amalar. de Eccle. offic. lib. 1. cap. 14. Nominatim etiam huius festi fit mentio in Ord. Roman. pa. 84. ubi dicit, hoc die salutari solitam sanctam crucem in palatio Lateraneis.

DEVS, qui vnigeniti tui Domini nostri Iesu Christi precioso sanguine humanum genus redimere dignatus es, concede propitius, ut qui ad adorandam viuificam crucem adueniunt, à peccatorum suorum nexibus liberentur. Per eundem.

[Alia.]

DEVS, qui nos hodierna die exaltatione S. Crucis annua solennitate lætificas, præsta, ut cuius mysterium in terra cognouimus, eius redemptionis præmia consequi mereamur. Per Dominum.]

Secreta.

HÆC oblatio Domine ab omnibus nos purget offensis, quæ in ara Crucis etiam totius mundi tulit offensam. Per dñm.

[Alia.]

DEVOTAS Domine humilitatis nostræ preces & hostias misericordiæ tuæ comitetur auxilium, & salutem quam per [protoplastum] Adam in paradiso ligno clauserat temerata præsumptio, ligni rursùm fides aperiat. Per Dominum.]

Ad

Ad Complendum.

IESV Christi Domini nostri corpore * faginati, per quem crucis est sanctificatum vexillum, quæsumus, Domine Deus noster, ut sicut adorare meruimus, ita perennitatis eius * gloriæ salutaris potiamur effectu. Per eundem.

Super populum.

ADESTO familiæ tuæ, quæsumus, clemens & misericors Deus, ut in aduersis & in prosperis eius preces exaudias, & nefas aduersariorum per auxilium sanctæ crucis digneris coterere, ut portum salutis tuæ valeat ad præhendere. Per Dominum.

[Alia Oraciones.]

QVÆSUMVS, Domine Deus noster, ut per vexillum sanctæ Crucis filij tui, ad conterendas aduersariorum insidias, nos in tuæ protectionis securitate custodias. Per eundem.

SUPPLICES clementiam tuam quæsumus, omnipotens Deus, ut ab hoste maligno defendas, quos per lignum sanctæ Crucis filij tui arma iustitiæ pro salute mundi, triumphare iussisti. Per eundem.

DEVS, qui pro nobis filium tuum Crucis patibulum subire voluisti, ut inimici à nobis expelleres potestatem: concede nobis famulis tuis, ut antiqui hostis insidias tanti virtute mysterij superantes, sincerissima tibi perpetuò mente famulemur. Per eundem.

DEVS, cuius filius per trophæum Crucis mundum redimere dignatus est: concede propitius, ut qui de redemptione lætamur, æternis gaudijs perfrui mereamur. Per eundem.

DEVS, qui per sanguinem Crucis Domini nostri Iesu Christi filij tui, dedisti pacem hominibus, & cæleste collegium angelorum, da nobis & tuæ pacis vbertate repleti, & angelicæ societatis vnitatem lætari. Per eundem.

VV 2 DEVS,

DEVS, qui vnigeniti tui Domini nostri Iesu Christi precio-
so sanguine viuificę Crucis vexillum sanctificare voluisti, nos qui
eiusdem Crucis gaudemus honore, tua quoq; vbiq; facias protecti-
one gaudere. Per eundem.]

XVII. KALEND. OCTOB. ID EST, XV.
DIE MENSIS SEPTEM. NATAL. S.
NICOMEDIS MARTYRIS.

ADESTO Domine populo tuo, vt B. Nicomedis martyris
tui merita præclara suscipiens, ad impetrandam misericordiam tu-
am semper eius patrocinij adiuuetur. Per.

Secreta.

SUSCIPE Domine munera propitius oblata, quæ maiestati
tuæ B. Nicomedis martyris commendet oratio. Per Dominum
nostrum.

Post Communionem.

PURIFICENT nos, Domine sacramenta quæ sumpsimus, &
intercedente B. Nicomede martyre tuo, à cunctis efficiant vincu-
lis absolutos. Per.

XVI. KALEND. OCTOBR. ID EST, XVI.
DIE MENSIS SEPTEMB. NATALE
S. EUPHEMIAE VIRGINIS.

OMNIPOTENS sempiternus Deus, vt supra in Nat. S. Agnetis.

Secreta.

PRAESTA, quæsumus, Domine Deus noster, vt sicut in tuo
conspectu mors est preciosa sanctorum, ita eorum merita veneran-
tium, accepta tibi reddatur oblatio. Per Dominum.

Post Communionem.

SANCTIFICET nos Domine, quæsumus, tui perceptio sa-
cramenti, & intercessio B. Euphemiae martyris tuæ tibi reddat ac-
ceptos. Per Dominum.

EODEM

EODEM DIE SANCTORVM LVICIAE
ET GEMINIANI.

PRAESTA Domine precibus nostris cum exultatione pro-
uectum, vt quorum diem passionis annua deuotione recolimus,
etiam fie i constantiam subsequamur. Per.

Secreta.

*VOTA populi tui Domine propitiatus intende, & quorum * Munera
nos tribuis solennia celebrare, fac gaudere suffragijs. Per Domi-
num nostrum.

Post Communionem.

EXAUDI Domine preces nostras, & sanctorum tuorum, quo-
rum festa solenniter celebramus, continuis foueamur auxilijs. Per
Dominum.

MENSIS VII. DOMINICA.
AD S. PETRVM.

ABSOLVE, quæsumus, Domine tuorum delicta populorum,
& à peccatorum nostrorum nexibus, quæ pro fragilitate nostra cõ-
traximus, tua benignitate liberemur. Per Dominum nostrum.

Super Oblata.

PRO nostræ seruitutis augmento sacrificium tibi Domine
laudis offerimus, vt quod immeritis contulisti, propitius exequa-
ris.

Post Communionem.

QUAESVMVS, omnipotens Deus, vt quos diuina tribuis par-
ticipatione gaudere, humanis non finas subiaceat periculis. Per.

FERIA QVARTA.
AD S. MARIAM MAIOREM.

MISERICORDIAE tuæ remedijs, quæsumus Domine, fra-
gilitas nostra subsistat, vt quæ sua conditione atteritur, tua cle-

v v 3 mentia

mentia reparetur. Per Dominum.

Alia.

PRÆSTA, quæsumus, Domine familię supplicanti, vt dum à cibis corporalibus se abstinēt, à vitijs mente ieiunēt. Per Dñm.

Secreta.

HÆC hostia Domine, quæsumus, emundet nostra delicta, & sacrificium celebrandum, subditorum tibi corpora mentesq; sanctificet. Per.

Post Communionem.

SUMENTES Domine dona cęlestia, suppliciter deprecamur, vt quę sedula seruitute, donante te, gerimus dignis sensibus tuo munere capiamus. Per.

FERIA VI. AD APOSTOLOS.

PRÆSTA, quæsumus, omnipotens Deus, vt obseruationes sacras annua deuotione recolentes, & corpore tibi placeamus, & mente. Per.

Secreta.

ACCEPTA tibi sint Domine, quæsumus, nostri dona ieiunij, quę & expiando nos tua gratia dignos efficiant, & ad sempiterna promissa perducant. Per Dominum.

Post Communionem.

Quæsumus, omnipotens Deus, vt de perceptis muneribus gratias exhibentes, beneficia potiora sumamus. Per.

SABBATVM IN XII. LECTIIONIB. AD S. PETRVM.

- I. Omnipotens sempiternę Deus, qui per continentiam salutarem corporibus mederis & mentibus: maiestatem tuam supplices exoramus, vt pia ieiunantium deprecatione placatus, & præsentia nobis subsidia præbeas, & futura. Per.

DA

DA nobis, quæsumus, omnipotens Deus, vt ieiunando, tua gratia satiemur: & abstinendo, cunctis efficiamur hostibus fortiores. Per. II.

TVERE Domine, quæsumus, familiam tuam, vt salutis eternę remedia, quę te adspirante requirimus, te largiente consequamur. Per. III.

PRÆSTA, quæsumus, Domine sic nos ab epulis abstinere carnalibus, vt à vitijs irruentibus pariter ieiunemus. Per Dominum nostrum. IIII.

VT * nos Domine tribuis solenne tibi deferre ieiuniũ, sic nobis, quæsumus, indulgentiæ præsta subsidium. Per. V.
* nobis

DEVS qui tribus pueris. vt suprã hebd. i. Quadrag. VI.
Secreta.

CONCEDE, quæsumus, omnipotens Deus, vt oculis tuę maiestatis munus oblatũ, & gratiam nobis deuotionis obtineat, & effectum beatę perennitatis adquirat. Per Dominum.

Post Communionem.

PERFICIANT in nobis Domine, quæsumus, tua sacramenta quod continent, vt quę nunc specie gerimus, rerum veritate capiamus. Per.

DOMINICA VACAT.

OMNIPOTENS sempiternę Deus, misericordiam tuam ostēde de supplicibus, vt qui de meritorum qualitate diffidimus, non iudicium tuum, sed indulgentiam sentiamus. Per. Esse & hoc officium vnum ex illis, quorũ meminit infra Grimoldus Abbas, vel ipse titulus indicat.

Super Oblata.

SACRIFICIIS præsentibus Dominę, quæsumus, intende placatus, vt & deuotioni nostrę proficiat, & salutem. Per Dominum.

Post Communionem.

Quæsumus omnipotens Deus, vt illius salutaris capiamus effectum, cuius per hæc mysteria pignus deuotionis accepimus. Per.

[XI. KAL.

[XI. KAL. OCT. ID EST, XXI. DIE
MEN. SEPT. NATALE S. MAT-
THAEI EVANGELISTAE.

BEATI Euangelistæ Matthæi Domine quæsumus, precibus adiuuemur, vt quod possibilitas nostra non obtinet, eius nobis intercessione donetur. Per Dominum.

Super Oblata.

SVPPPLICATIONIBVS Apostolicis B. Matthæi Euangelistæ, quæsumus, ecclesiæ tuæ Domine commendetur oblatio, cuius magnificis prædicationibus eruditur. Per Dominum.

Ad Complendum.

PERCEPTIS Domine sacramentis, beato Matthæo Apostolo tuo & Euangelista interueniente, deprecamur: vt quæ pro eius celebrata sunt gloria, nobis proficiat ad medelam. Per Dominum

Alia orationes.

SIT Domine B. Mattheus Euangelista nostræ fragilitatis adiutor, & pro nobis tibi supplicans, copiosius audiatur. Per Dominum.

PRÆSTA, quæsumus, omnipotens Deus, vt qui iugiter Apostolica defensione munimur, nec succumbamus vitij, nec opprimamur aduersis. Per Dominum.]

V. KAL. OCT. ID EST, XXVII. DIE
MEN. SEPT. NATALE SANCTO-
RVM COSMAE ET DAMIANI.

PRÆSTA, quæsumus, omnipotens Deus, vt qui sanctorum tuorum Cosmæ & Damiani natalitia colimus, à cunctis malis imminuentibus, eorum intercessionibus liberemur. Per Dominum.

Alia.

MAGNI-

MAGNIFICET te Domine sanctorum tuorum Cosmæ & Damiani beata solennitas, qua & illis gloriam sempiternam, & opè nobis ineffabili prouidentia contulisti. Per Dominum.

Secreta.

SANCTORVM tuorum nobis Domine pia non desit oratio, quæ & munera nostra conciliet, & tuam nobis indulgentiam semper obtineat. Per.

Alia.

IN tuorum Domine preciosa morte sanctorum, sacrificium illud offerimus, de quo martyriū fumpsit omne principium: quod, quæsumus, propitiationis tuæ nobis munus obtineat. Per Dominum.

Post Communionem.

PROTEGAT Domine, quæsumus, populum tuum, & participatio cælestis indulta conuiuij, & deprecatio collata sanctorum. Per.

Alia.

SIT nobis Domine Sacramenti tui certa saluatio, quæ cum beatorum tuorum Cosmæ & Damiani meritis imploratur. Per Dominum.

III. KAL. OCT. ID EST, XXIX. DIE
MEN. SEPT. DEDICATIO BASILL-
CAE S. MICHAELIS.

DEVS, qui miro ordine angelorum ministeria hominumque dispensas, cõcede propitius, * vt quibus tibi ministrantibus in cælo * vt à semper assistitur, ab his in terra nostra vita muniatur. Per Dominum.

Secreta.

HOSTIAS tibi Domine laudis offerimus, suppliciter deprecâtes, vt easdem angelico pro nobis interueniente suffragio, & placatus accipias, & ad salutem nostram prouenire concedas. Per.

E Alia.

MVNVS populi tui Domine, quæsumus, dignanter assume:
xx quod

quod non nostris meritis, sed sancti archangeli tui Michaelis deprecatione sit gratum. Per Dominum.]

Post Communionem.

*quod BEATI archangeli tui Michaelis intercessione suffulti, supplices te Domine deprecamur, ut * quos honore prosequimur, contingamus. & mente. Per Dominum nostrum.

[Alia Orationes.

DA nobis omnipotens Deus, beati archangeli Michaelis eam honoris proficere: ut cuius in terris gloriam predicamus, eius precibus adiuuemur in caelis. Per Dominum.

ADESTO plebi tuae, misericors Deus: & ut gratiae tuae beneficia potiora percipiat, B. Michaelis archangeli fac supplicem deprecationibus adiuuari. Per Dominum.]

NON. OCTOBR. ID EST, VII. DIE
MEN. OCT. NATALE S. MAR-
CI * PAPAE.

*CONFES-
SORIS.

EXAUDI Domine, quaesumus, preces nostras, & interueniente B. Marco confessore tuo atque Pontifice, supplicationes nostras placatus intende. Per.

Secreta.

ACCEPTA tibi sit Domine sacrae plebis oblatio pro tuorum honore sanctorum, quorum se meritis percepisse de tribulatione cognoscit auxilium. Per.

E Alia.

BENEDICTIO tua Domine larga descendat, quae munera nostra, deprecante S. Marco Confessore tuo atque Pontifice, tibi reddat accepta, & nobis Sacramentum redemptionis efficiat. Per Dñm.]

Post Communionem.

DA, quaesumus, Domine fidelibus populis sanctorum tuorum semper veneratione laetari, & eorum perpetua supplicatione muniri. Per Dominum.

PRI-

PRIDIE IDVS OCT. ID EST, XIII. DIE
MEN. OCT. NATALE S. CA-
LISTI PAPAE.

DEVS, qui nos conspicias ex nostra infirmitate deficere, ad amorem tui nominis, nos misericorditer per sanctorum tuorum exempla restaura. Per.

Secreta.

MYSTICA nobis Domine profit oblatio, quae nos & à reatibus nostris expediat, & perpetua saluatione confirmet. Per.

Post Communionem.

QVAESVMVS, omnipotens Deus, ut & reatum nostrum munera sacra purificent, & recte viuendi nobis operentur effectum. Per.

[XV. KAL. NOVEMB. ID EST, XVIII.
DIE MEN. OCT. NATALE S. LV-
CAE EVANGELISTAE.

INTERVENIAT pro nobis Domine, quaesumus, sanctus Lucas Euangelista, qui crucis mortificationem iugiter in suo corpore pro tui nominis honore portauit. Per Dominum.

*Super Oblata.

DONIS caelestibus da, quaesumus Domine, libera tibi mente deferuire: ut munera quae deferimus, interueniente Euangelista tuo Luca, & medelam nobis operentur, & gloriam. Per Dominum.

Ad Complendum.

PRAESTA, quaesumus, omnipotens aeternae Deus, ut id quod de sancto altari tuo accepimus, precibus B. Euangelistae tui Lucae sanctificet animas nostras, per quod tuti esse possimus. Per Dominum,]

xx 2

V. KAL.

V. KAL. NOV. ID EST, XXVIII. DIE
MEN. OCT. NATALE SANCTORVM
APOSTOLORVM SIMONIS
ET IVDÆ.

DEVS, qui nos per beatos Apostolos tuos Simonem & Iudam, ad cognitionem tui nominis venire tribuisti, da nobis eorum gloriam sempiternam & proficiendo celebrare, & celebrando proficere, per Dominum.

Super Oblata.

GLORIAM Domine sanctorum Apostolorum tuorum Simonis & Iudæ perpetuam percurrentes, quæsumus, vt eam, sacris mysterijs expiati, digniùs celebremus. Per Dominum.

Ad Complendum.

PERCEPTIS, Domine, sacramentis suppliciter rogamus: vt intercedentibus beatis Apostolis tuis Simone & Iuda, quæ pro illorum veneranda gerimus passione, nobis proficiant ad medelam. Per Dominum.

*PRIDIE.

Et si officium hoc cū sequenti, habeant oēs codices MS. non esse rament Gregoriana vel hinc patet, quòd primùm institutum fuerit hoc festum à Gregorio III. Pontifice, Vide Ioannē Belet Rational, diu uinor. c. 127.

E*II. KAL. NOV. ID EST, XXXI.
DIE MEN. OCT. VIGILIA
OMNIVM SANCTO-
RVM.

Domine Deus noster, multiplica super nos misericordiam tuam, & quorū præuenimus gloriosa solennia, tribue subsequi in sancta professione lætitiā. Per Dominum.

Secreta.

ALTARE tuū Domine deus muneribus cumulamur oblati: da, quæsumus, vt salutem nostrā omnium Sanctorum prece patione proficiant, quorum solennia ventura præcurrimus. Per Dominum.

Post Communionem.

SA-

SACRAMENTIS Domine & gaudijs oblata celebritate expletis, quæsumus, vt eorum precibus adiuuemur, quorum recordationibus exhibentur. Per.

* Super Populum.

ERVDI, quæsumus, Domine populum tuum spiritualibus instrumentis, & quorum præstas solennia præuenire, fac eorum & consideratione deuotum, & defensione securum. Per.

* Ad Vesperos

KALENDIS NOVEMBRIS,
*FESTIVITAS OMNIVM SANCTO-
RVM.

OMNIPOTENS sempiternæ Deus, qui nos omnium Sanctorum merita sub vna tribuisti celebritate venerari, quæsumus, vt desideratam nobis tuæ propitiationis abundantiam, multiplicatis intercessionibus largiaris. Per Dominum.

Secreta.

MVNERA tibi Domine nostræ deuotionis offerimus, * quæ & per cunctorum, qui tibi grati sunt, honore iustorum, & nobis salutaria, te miserante, reddantur. Per Dominum nostrum.

Post Communionem.

DA, quæsumus, Domine, fidelibus populis omnium Sanctorum semper veneratione lætari, & eorum perpetua supplicatione muniri. Per Dominum nostrum.

* Super populum.

OMNIPOTENS sempiternæ Deus, quo nos omnium Sanctorum tuorum multiplicata facis celebritate gaudere, concede, quæsumus, vt sicut illorum commemoratione temporali gratulamur officio, ita perpetuo lætemur ad spectu. Per.]

EODEM DIE NATALE S. CAESARII.
COLLECTA AD SANCTOS CO-
SMAM ET DAMIANVM.

* Ad Vesperos

Vnus co-
dex vetu-

xx 3

AD-

350
stis, hoc
officium
præmitte
bar tanq̄
genuinū
D. Gre-
gorij.

SACRAMENTORVM LIBER, AV.

ADESTO nobis, Domine, martyrum deprecatione sancto-
rum, & quos pati pro tuo nomine tribuisti, fac tuis fidelibus sus-
fragari. Per.

Ad Missam.

DEVS, qui nos B. Cæsarij martyris tui annua solennitate læ-
tificas, concede propitius, vt cuius natalitia colimus, etiam actiones
imitemur. Per Dominum nostrum.

Secreta.

HOSTIAS tibi Domine, B. Cæsarij martyris tui dicatas me-
ritis, benignus adsume, & ad perpetuum nobis tribue prouenire
subsidiū. Per.

Post Communionem.

QUÆSUMVS, omnipotens Deus, vt qui cælestia alimenta
percepimus, intercedente B. Cæsario martyre tuo, per hæc contra
omnia aduersa muniamur. Per.

De hoc
Officio vi
de Ord.
Rom. Al-
cuinum
pag. 70.
ac Marty-
rologium
Vsuardi.

VI. IDVS NOVEMB. ID EST, VIII. DIE
MENSIS NOVEMB. NATALE III.
CORONATORVM.

PRAESTA, quæsumus, omnipotens Deus, vt qui gloriosos mar-
tyres Claudium, Nicostratum, Symphorianum, Castorium, atque
Simplicium, fortes in sua confessione cognouimus, pios apud te in
nostra intercessione sentiamus. Per.

Secreta.

BENEDICTIO tua Domine larga descendat, quæ & munera
nostra, deprecantibus sanctis tuis, tibi reddat accepta, & nobis sacra-
mentum redemptionis efficiat. Per Dominum nostrum.

Post Communionem.

CÆLESTIBVS refecti sacramētis & gaudijs, supplices te Do-
mine deprecamur, vt quorum gloriamur triumphis, protegamur
auxilijs. Per.

V.

THORE DIVO GREGORIO.

351

V. IDVS NOVEMB. ID EST, IX. DIE
MENSIS NOVEMB. NATALE S.
THEODORI MARTYRIS.

DEVS, qui nos B. Theodori martyris tui confessione glorio-
sa circundas & protegis, præsta nobis eius imitatione proficere, &
oratione fulciri. Per Dominum.

Secreta.

SUSCIPE Domine fidelium preces cum oblationibus hostia-
rum, & intercedente B. Theodoro martyre tuo, per hæc piæ de-
uotionis officia, ad cælestem gloriam transeamus. Per.

Post Communionem.

PRAESTA nobis Domine, quæsumus, intercedente B. Theo-
doro martyre tuo, vt quæ ore contingimus, pura mente capiamus.
Per Dominum.

III. IDVS NOVEMB. ID EST, XI. DIE
MENSIS NOVEMB. NATALE S.
MENNÆ.

PRAESTA, quæsumus, omnipotens Deus, vt qui B. Mennæ
martyris tui natalitia colimus, intercessione eius in tui nominis
amore roboremur. Per.

Secreta.

MVNERIBVS nostris, quæsumus Domine, precibusque sus-
ceptis, & cælestibus nos munda mysterijs, & clementer exaudi.
Per Dominum.

E Alia.

BEATI Mennæ martyris tui solennia recensentes, quæsumus,
vt eius auxilio tua beneficia capiamus pro quo tibi hostias laudis
offerimus. Per Dominum.]

Post Communionem.

DA, quæsumus, Domine DEVS noster, vt sicut tuorum
com.

commémoratione sanctorum, temporali gratulamur officio, ità perpetuo lætemur adspectu. Per.

[Alia.]

BENEDICTIO tua, Deus, impleat corda fidelium, talesque perficiat, qui & martyrum honorificent passiones, & remedia salu-
tis æternæ, eisdem patrocinantibus, adsequantur. Per Dominum.]

**EODEM DIE, NATALE S. MAR-
TINI EPISCOPI.**

DEVS, qui conspicias, quia ex nulla nostra virtute subsistimus, concede propitius, vt intercessionem B. Martini confessoris tui, cõ-
tra omnia aduersa muniamur. Per.

Secreta.

DA misericors Deus, vt hæc nobis salutaris oblatio, & à pro-
prijs reatibus indefinenter expediat, & ab omnibus tueatur aduer-
sis. Per Dominum nostrum.

[Alia.]

OMNIPOTENS sempiternæ Deus, munera tuæ maiestati oblata, per intercessionem beati Martini Confessoris tui atque Pontificis, ad perpetuam fac nobis proficere salutem. Per Do-
minum.]

Post Communionem.

PRAESTA, quæsumus, Domine Deus noster, vt quorum fe-
stiuitati votiuæ sunt sacramenta, eorum salutaria nobis intercessio-
ne reddantur. Per.

[Alia.]

TVA Domine sancta fumentes, suppliciter deprecamur, vt
quorum veneramur confessionem, præsidia sentiamus. Per Do-
minum.]

[Alia Orationes.]

EXAVDI Domine populum tuum, tota mente tibi subie-
ctum,

ctum, & B. Martini Pontificis supplicatione custodi, vt corde &
corpore profectus, quod piè credidit, appetat: & quod iustè spe-
rat, obtineat. Per Dominum.

PRAESTA, quæsumus, omnipotens Deus, vt sicut diuina lauda-
mus in S. Martini cõfessoris tui atq; Pontificis solènitæ magna-
lia, sic indulgentiã tuam pijs eius precibus assequamur. Per Dñm.

CAELESTI benedictione, omnipotens Pater, populum tuum
sanctifica, & B. Martini Cõfessoris tui atque Pontificis festiuitate
gaudentem, per intercessionem eiusdem protectoris nostri, fac
nos in æterna gloria in sanctis tuis gaudere. Per Dominum.]

**X. KAL. DECEMB. ID EST, XXII.
DIE MEN. NOV. NATALE
S. CAECILIAE VIR-
GINIS.**

DEVS qui nos annua. & c. vt supra Nat. S. Agnetis secundò.

[Alia.]

DEVS, cui B. Cæcilia ità castitatis deuotiõne complacuit, vt con-
iugem suum Valerianum, affinẽque suum Tiburtium, tibi face-
ret consecrari: [nam & angelo deferẽte micatium odoriferas flo-
rum coronas, palmã martyrij perceperunt] quæsumus, vt ea in-
tercedente pro nobis, beneficia tui muneris percipere merea-
mur. Per Dominum.]

Secreta.

HÆC hostia Domine placationis & laudis, quæsumus, vt
interueniente B. Cæcilia martyre tua, nos propitiatione dignos
semper efficiat. Per.

Post Communionem.

SATIASTI Domine familiam tuam muneribus sacris, eius,
quæsumus, semper interuentione nos refoue, cuius solennia ce-
lebramus. Per Dominum.

[Alia.]

SIC nos Domine gratia tua, quæsumus, semper excerceat, vt
yy diui-

diuinis instauret nostra corda mysterijs, & S. Cęcilie martyris tue commemoratione lætificet. Per Dominum.]

VIII. KAL. DEC. ID EST, XXIII. DIE
MENS. NOV. NATALE S. CLE-
MENTIS PAPAE.

DEVS, qui nos annua B. Clementis martyris tui atque Pontificis solennitate lætificas, concede propitiis, vt cuius natalitia colimus, virtutem quoque passionis imitemur. Per Dominum nostrum.

Secreta.

MVNERA, vt suprà sapius.

[Alia.

SACRIFICIUM tibi, Domine, laudis offerimus pro sancti celebriate Clementis, vt propitiationem tuam, quam nostris operibus non meremur, pij suffragatoris intercessionibus assequamur. Per Dominum.]

Post Communionem.

CORPORIS sacri, vt suprà sapius.

[Alia.

B. Clementis, Domine, natalitia fidelibus tuis munera suffragentur, & qui tibi placuit, nobis imploret auxilium. Per Dominum.

Super populum.

OMNIPOTENS sempiternus Deus, qui in omnium Sanctorum tuorum es virtute mirabilis, da nobis in B. Clemētis annua solennitate lætari; qui filij tui martyr & Pontifex, quod mysterio gessit, testimonio confirmauit; & quod prædicauit ore, confirmauit exemplo. Per eundem.

EODEM DIE S. FELICITATIS MAR-
TYRIS.

PRÆSTA, quæsumus, omnipotens Deus, vt B. Felicitatis martyris

tyris tuæ solennia recensentes, meritis ipsius protegamur & precibus. Per.

Secreta.

VOTA populi tui Domine propitiatus intende, & quorum nos tribuis solennia celebrare, fac gaudere suffragijs. Per.

[Alia.

MVNERA tibi Domine pro S. Felicitatis gloriosa commemoratione deferimus, obsecrantes, vt quæ nobis huius solennitatis effectum & confessione dedicauit & sanguine, miserationis quoque tuæ continuum imploret auxilium. Per Dominum.]

Post Communionem.

SUPPLICES rogamus, omnipotens Deus, vt interuenientibus sanctis tuis, & tua nobis dona multiplices, & tempora nostra disponas. Per.

[Alia.

PRÆSTA Domine, quæsumus, vt sacramenti tui participatione vegetati, S. Felicitatis quoque martyris tuæ precibus adiuuemur. Per Dominum.]

VIII. KAL. DEC. ID EST, XXIII. DIE MENS.
NOVEMB. NATALE S. CHRYSOGO-
NI MARTYRIS.

ADESTO Domine supplicationibus nostris, vt qui ex iniquitate nostra reos nos esse cognoscimus, B. Chryfogoni martyris tui intercessione liberemur. Per.

Secreta.

OBLATIS, quæsumus, Domine placare muneribus, & intercedente B. Chryfogono martyre tuo, à cunctis nos defende periculis. Per.

[Alia.

OFFERIMVS, Domine, preces & munera in honore S. Chryfogoni martyris tui gaudentes; præsta, quæsumus, vt & conuenienter hæc agere, & remedium sempiternum valeamus adquirere. Per Dominum.]

Post Communionem.

TVI Domine perceptione sacramenti, & à nostris mundemur occultis, & ab hostium liberemur infidijs. Per.

[Alia.]

ANNVE Domine, quæsumus, vt mysterijs tuis iugiter repleamur, & S. Chryfologi martyris tui semper muniamur auxilijs. Per Dominum.]

**III. KAL. DECEMB. ID EST, XXVIII.
DIE MENS. NOV. NATALE S.
SATVRNINI.**

DEVs, qui nos B. Saturnini martyris tui cõcedis natalitio perfrui, eius nos tribue meritis adiuari. Per Dominum.

Secreta.

MVNERA Domine tibi dicata sanctifica, & intercedente B. Saturnino martyre tuo, per eadem nos placatus intende. Per.

Post Communionem.

SANCTIFICET nos, quæsumus, Domine tui perceptio sacramenti, & intercessione sanctorum tibi reddat acceptos. Per.

[Alia.]

MYSTICIS Domine repleti sumus votis & gaudijs: præsta, quæsumus, vt per intercessionem B. Saturnini martyris tui, quæ corporaliter agimus, spiritualiter prosequamur. Per Dominum.]

**EODEM DIE VIGILIA S. AN-
DREAE APOSTOLI.**

QVAESVMVS, omnipotens Deus, vt B. Andreas Apostolus tuus pro nobis imploret auxilium, vt à nostris reatibus absoluti, à cunctis etiam periculis exuamur. Per.

Secreta.

SACRANDVM tibi Domine munus offerimus, quo B. Andree solennia recolentes, purificationem quoq; nostris mentibus imploremus.

Post Communionem.

PERCEPTIS Domine sacramentis, suppliciter exoramus, vt inter-

*Huius quo
que vigilia
fit mentio
apud A-
mal. l. ord.
Antiph.
c. 63.*

intercedete B. Andrea Apostolo tuo, quæ p̄ illius veneranda gerimus passione, nobis proficiant ad medelam. Per Dominum.

Ad Vesperos.

TVERE nos misericors Deus, & B. Andree Apostoli tui, cuius natalitia præuenimus, semper gubernas subsidijs. Per Dominum.

*** II. KAL. DEC. ID EST, DIE MENS.
NOV. NATALE S. ANDREAE
APOSTOLI.**

* PRI-
DIE.

MAIESTATEM tuam Domine suppliciter exoramus, vt sicut ecclesie tuæ B. Andreas Apostolus extitit prædicator & rector, ita apud te pro nobis sit perpetuus intercessor. Per Dominum.

Secreta.

SACRIFICIVM nostrum tibi Domine, quæsumus, B. Andree prædicatio sancta cõciliet, vt cuius honore solenniter exhibetur, meritis efficiatur acceptum. Per Dominum.

Post Communionem.

SVMPsimVS Domine diuina mysteria, B. Andree festiuitate lætantes, quæ sicut tuis sanctis ad gloriam, ita nobis quæsumus ad veniam prodesse perficias. Per Dominum

Ad Vesperos.

DA nobis, quæsumus, Domine Deus noster, B. Apostoli tui Andree intercessionibus subleuari, vt per quos & Ecclesie tuæ superni muneris rudimenta donasti, per eos subsidia perpetuæ salutis, impendas. Per.

Alia Orationes.

ADIVVET Ecclesiam tuam, tibi Domine supplicando, B. Andreas Apostolus, pius interueter efficiatur, qui tui nominis extitit prædicator. Per Dominum nostrum.

DEVs, qui es sanctorum tuorum splendor mirabilis, qui hunc diem D. Andree martyrio cõsecrasti, da ecclesie de eius natalitio semper gaudere, apud misericordiam tuam, exemplis eius protegatur & meritis. Per.

EXAVDI Domine populum tuum, cum sancti tui Andree pa-

XX 3 trocinio

trocinio supplicatē, vt tuo semper auxilio secura tibi possit deuotione seruire. Per Dominum.

[DEVS, qui humanum genus tuorum rebus præceptorum capere voluisti, respice propitius ad tanti solēnia piscatoris, & tribue, vt natalitij eius munere gratulantes, æternę vitę præmia consequamur. Per Dominum.

Duo Codices MS. habebāt. MENSE DECEMBRI. DE ADVENTU DOMINICÆ III. ANTE NATALE DOMINI. & sic deinceps. Verum hanc esse germanā lectionem patet tum ex Amal. l. 3. de eccles. off. c. 40. & l. 4. c. 30. tum ex Bernone de quibusdā rebus ad Miss. spect. c. 4. quorum uterq; nominatim libri huius tamq; D. Gregorij meminit.

*AD S. ANDREAM AD PRÆSEPE.

EXCITA Domine potentiam tuam, & veni, vt ab imminentibus peccatorum nostrorum periculis, te mereamur protegente eripi, te liberante saluari. Qui viuus.

Secreta.

*Libel. stat. Rom. AD S. MARIAM MAIOREM.

HÆC sacra nos Domine potētij virtute mundatos, ad suum faciat puriores venire principiū. Per Dominum nostrum.

Post Communionem.

SUSCIPIAMVS Domine misericordiam tuam in medio templi tui, & reparationis nostrę ventura solēnnia congruis honoribus præcedamus.

Super populum.

DA, quæsumus, Domine populo tuo spiritum veritatis & pacis; vt & te per aduentum vnigeniti tui tota mente cognoscat, & quæ tibi sunt placita, toto corde sectetur. Per eundem.

DOMINICA II. DE ADVENTU DOMINI AD HIERUSALEM.

Excita

EXCITA Domine corda nostra, ad preparandas vnigeniti tui vias, vt per eius aduentum purificatis tibi mentibus seruire mereamur. Qui tecum.

Secreta.

PLACARE, quæsumus, Domine humilitatis nostrę precibus & hostijs, & vbi nulla suppetit suffragia meritorum, tuis nobis succurre præsidijs. Per Dominum nostrum.

Post Communionem.

REPLETI cibo spiritalis alimonie, supplices te Domine deprecamur, vt huius participatione mysterij, doceas nos terrena despiciere, & amare cœlestia. Per Dominum.

Super populum.

DA, quæsumus, omnipotens Deus, cunctę familie tuę, hac voluntate Christo filio tuo Domino nostro venienti in operibus iustis aptos occurrere; vt eius dexterę sociati, regnum mereantur possidere cæleste. Per eundem.

[II. IDVS DEC. ID EST, X. DIE MENS. DEC. NATALE DAMASI PAPAE.

MISERICORDIAM tuam Domine nobis, quæsumus, interueniente B. Confessore tuo Damaso, clementer impende; & nobis peccatoribus ipsius propitiare suffragijs. Per Dominum.

Super Oblata.

DA nobis Domine, quæsumus, semper hæc tibi vota grante perfoluere, quibus S. Damasi Confessoris tui depositionem recolimus, & præsta, vt eius semper laude tuam gloriam prædicemus. Per Dominum.

Ad Complendum.

SUMPTVM Domine cælestis remedij sacramentum, ad perpetuam nobis prouenire gratiam B. Damasi Pontifex obtineat. Per Dominum.]

XX 4.

[IDIVS

[IDIBVS DEC. ID EST, XI. DIE
MENS. DEC. NATALE S. LV-
CIAE VIRGINIS.]

EXAUDI NOS Deus salutaris noster, vt sicut de beata Lucia fe-
stiuitate gaudemus, ita pie deuotionis erudiamur effectu.]

Secreta.

ACCEPTA sit. &c. vt supra scriptum.

[Alia.

QUAE SVMVS, virtutum caelestium Deus; vt sacrificia pro san-
cta tuae Luciae solennitate delata, desideriorum nos temporalium
doceant habere contemptum, & ambire dona faciant caele-
stium gaudiorum. Per Dominum.]

Post Communionem.

SATIASTI. &c. vt supra scriptum.

[Alia.

LAETI Domine sumpsimus sacramenta caelestia; quae, interce-
dente pro nobis B. Luciae martyre tua, ad vitam nobis proficiant
sempiternam. Per Dominum.]

[Ad vespers.

INTERCESSIO nos, quæsumus Domine, S. Lucie martyris tue
votiuam confoueat; vt eius sacra natalitia & temporaliter frequen-
temus, & conspiciamus æterna. Per Dominum.]

DOMINICA III. DE ADVENTV DO-
MINI AD S. PETRVM.

AUREM tuam, quæsumus Domine, precibus nostris accom-
moda, & mentis nostrae tenebras, gratia tuae visitationis illustra.

Secreta.

DEVOTIONIS nostrae tibi Domine, quæsumus, hostia iugi-
ter immoletur, quae & sacri peragat instituta mysterij, & salutare
tuum nobis mirabiliter operetur. Per.

Post Communionem.

Implora-

IMPLORAMVS Domine clemenciam tuam, vt hæc diuina sub-
sidia à vitijis expiatis, ad festa ventura nos præparent. Per Do-
minum.

FERIA IIII. MENSIS DECIMI.
AD S. MARIAM MAIO-
REM.

PRÆSTA, quæsumus, omnipotens Deus, vt redemptionis no-
strae ventura solennitas, & præsentis nobis vitæ subsidia conferat,
& æternæ beatitudinis præmia largiatur. Per.

Alia.

FESTINA, quæsumus, nè tardaueris Domine: & auxilium no-
bis supernæ virtutis impende, vt aduentus tui consolationibus sub-
leuentur, qui in tua pietate confidunt. Qui viuus.

Secreta.

ACCEPTA tibi sint Domine, quæsumus, nostra ieiunia, quæ
& expiando nos tua gratia dignos efficiat, & ad sempiterna pro-
missa perducant. Per.

Post Communionem.

SALVTARIS tui, Domine, munere satiati supplices depreca-
mur, vt cuius lætamur gustu, renouemur effectu. Per Dominum
nostrum.

[Alia.

CONSERVENT nos, quæsumus, Domine muncra tua, & per
aduentum vnigeniti tui, tribuant nobis vitam æternam. Per eun-
dem.

Alia.

GRATIAE tuæ, quæsumus Domine, supplicibus tuis tribue
largitatem; vt mandata tua te epitulante sectantes, consolatio-
nem præsentis vitæ percipiant & futuræ. Per Dominum.

FERIA VI.
AD APOSTOLOS.

EXCITA, quæsumus, Domine potentiam tuam, & veni, vt hi
zz qui

qui in tua pietate confidunt, ab omni citius aduersitate liberentur. Qui uiuis & regnas Deus.

Secreta.

MVNERIBVS nostris, quæsumus Domine, precibusq; susceptis, & cælestibus nos munda mysterijs, & clementer exaudi. Per Dominum.

[Alia.

ECCLESIAE tuæ Domine munera placatus assume; quæ & misericors offerenda tribuis, & in nostræ salutis petenter officijs transire mysterium. Per Dominum.

[Alia.

PRÆSTA Domine, quæsumus, vt dicato munere, tibi congruentem nostræ deuotionis offeramus affectum. Per Dominum.]

Post Communionem.

TVI nos Domine sacramenti libatio sancta restauret, & à uetustate purgatos, in mysterij salutaris faciat transire consortium. Per.

Super populū.

PRÆCES populi tui, quæsumus, Domine clementer exaudi, & vt infra.

SABBATVM IN XII. LECT. AD S. PETRVM.

I. DEVS, qui conspicias, quia ex nostra prauitate affligimur, concede propitius, vt ex tua uisitatione consolemur. Per Dominum.

II. CONCEDE, quæsumus omnipotens Deus, vt quia sub peccati iugo ex uetusta seruitute deprimimur, expectata vnigeniti filij tui noua natiuitate liberemur. Per eundem Dominum.

[Alia.

DEVS, qui pro animarum expiatione nostrarum sacri ieiunij

ieiunij instituta mandati, fragilitati nostræ adiumenta concede, & effectum cælestium mandatorum benignus inspira. Per Dominum.]

INDIGNOS nos, quæsumus, Domine famulos tuos, quos a scitionis propriæ culpa contristat, vnigeniti filij tui aduentu lætificata. Per eundem.

PRÆSTA, quæsumus omnipotens, vt filij tui uentura solennitas, & præsentis nobis vitæ remedia conferat, & præmia æterna concedat. Per eundem.

[Alia.

MISERATIONVM tuarum Domine, quæsumus, præueniamur auxilio, vt in huius solennitate ieiunij, omnium tibi sit deuotio grata fidelium. Per Dominum.

PRÆCES populi tui, quæsumus, Domine clementer exaudi, vt qui iustè pro peccatis nostris affligimur, pietatis tuæ uisitatione consolemur. Per.

[Alia.

ADESTO Domine supplicationibus nostris, & præsentis uotæ ieiunij, placita tibi deuotione exhiberi concede. Per Dominum.]

Ad Missam.

DEVS qui tribus, & c. vt supra heb. Quadrag.

Secreta.

SACRIFICIIS præsentibus Domine placatus intende, vt & deuotioni nostræ proficiant, & salutem. Per Dominum nostrum.

[Alia.

ECCLESIAE tuæ Domine munera sanctifica, & concede, vt per hæc ueneranda mysteria, pane cælesti refici mereamur. Per Dominum.]

Post Communionem.

QUÆSUMVS Domine Deus noster, vt sacrosancta mysteria quæ pro reparationis nostræ munimine contulisti, & præsens nobis remedium esse facias, & futurum. Per Dominum.

Super populū.

zz z

Veniat

VENIAT Domine, quæsumus, populo tuo supplicanti tuæ benedictionis infusio; quæ diabolicas ab eodem repellat infidias, quæ fragilitatem mundet & protegat, quæ inopiam sustentet & foueat. Per Dominum.

*Etiã hic
titulus in-
dicat esse
hoc officium
ex illis q̄
Gregoria-
na nõ esse
adnotat
infra Gri-
moldus
Abbas
pres. lib.
seq.*

DOMINICA VACAT.

EXCITA Domine potentiam tuã, & veni, & magna nobis virtute succurre, vt auxilium gratiæ tuæ, quod nostra peccata propediunt, indulgentia tuæ propitiationis acceleret. Qui viuus & regnas.

Secreta.

SACRIFICIIS. vt suprã.

Post Communionem.

SUMPTIS muneribus Domine, quæsumus, vt cum frequentatione mysterij, crescat nostræ salutis effectus. Per.

Super populum.

ADIVVA Domine fragilitatem plebis tuæ, vt ad votium magnæ festiuitatis effectum, & corporaliter gubernata recurat, & ad perpetuam gratiam deuota mente perueniat. Per Dominum.

[XII. KAL. IAN. ID EST, XXI. DIE
MENS. DEC. NATALE S. THOMAE APOSTOLI.

D A nobis, quæsumus, Domine D. Apostoli tui Thomæ solennitatibus gloriari; vt eius semper & patrocinijs subleuemur, & fidem congrua deuotione sectemur. Per Dominum.

Super Oblata.

DEBITVM Domine nostræ reddimus seruitutis, suppliciter exorantes; vt suffragijs B. Thomæ Apostoli in nobis tua munera tuearis, cuius honorando cõfessionem, laudis tibi hostias immolamus. Per Dominum.

Ad Complendum.

Confer-

CONSERVA domine populum tuum, & quem sanctorum tuorum præsidijs non desinis adiuuare, perpetuis tribue gaudere remedijs. Per dominum.]

ALIAE ORATIONES IN ADVENTU DOMINI.

EXCITA domine potentiam tuam, & veni, & quod Ecclesiæ tuæ promisisti, vsque in finem seculi clementer operare. Qui viuus.

CONSCIENCIAS nostras, quæsumus, Domine visitando purifica, vt veniens Iesus Christus filius tuus Dominus noster, paratam sibi in nobis inueniat mansionem. Qui tecum.

PROPE esto domine omnibus expectantibus te in veritate, vt in aduentu filij tui Domini nostri, placitis tibi actibus præsentemur. Per eundem.

CONCEDE, quæsumus, omnipotens deus, vt magnæ festiuitatis ventura solennia prospero celebremus effectu, pariterque reddamur & intenti cœlestibus disciplinis, & de nostris temporibus lætiores. Per.

MENTES nostras, quæsumus domine, lumine tuæ visitationis illustra, vt esse, te largiente, mereamur & inter prospera humiles, & inter aduersa securi. Qui.

PRECES populi tui, quæsumus domine, clementer exaudi, vt qui de aduentu filij tui vnigeniti secundum carnem lætantur, in secundo cum venerit in maiestate sua, præmium æternæ vitæ percipiant. Per eundem.

[CONCEDE, quæsumus, omnipotens deus, vt quia sub peccati iugo ex vetusta seruitute deprimimur, expectata vnigeniti filij tui noua natiuitate liberemur. Per dominum.

PRAESTA, quæsumus, omnipotens deus, vt filij tui ventura solennitas, & præsentis nobis vitæ remedia conferat, & præmia æterna concedat. Per eundem.

CONCEDE, quæsumus, omnipotens deus hanc gratiam plebi tuæ, aduentum vnigeniti tui cum summa vigilantia expectare, vt, sic ut ipse auctor nostræ salutis docuit, velut fulgentes lampada

des in eius occursum nostras animas præparemus. Per eundem.

QVAESVMVS omnipotens Deus, preces nostras respice, & tuæ super nos viscera pietatis impende, vt qui nostra culpa affligimur, saluatore nostro adueniente respiremus. Per Dominum nostrum.

VOCI nostræ, quæsumus Domine, aures tuæ pietatis accomoda, & cordis nostri tenebras, lumine tuæ visitationis illustra. Per eundem Dominum.

PORRIGE nobis Domine dexteram tuæ venerationis, & veni, & peccata nostra propitiatus absolue. Qui viuus.

FESTINANTES, omnipotens Deus, in occursum filij tui Domini nostri, nulla impediatur opera actus terreni, sed cœlestis sapientia eruditio, faciat nos eius esse confortes. Qui tecum viuus & regnat Deus.

PRAESTA, quæsumus, omnipotens Deus, vt quia pro peccatis nostris meremur affligi: per aduentum filij tui à cunctis aduersitatibus liberemur. Qui tecum viuus.

DEVS, qui nostra nos conspicias semper infirmitate destitui, aduentus filij tui nos visitatione custodi. Qui tecum.

PRAEVENIAT nos quæsumus, omnipotens Deus, tua gratia semper & subsequatur, vt per aduentum vnigeniti tui, quem summo cordis desiderio sustinemus, & præsentis vitæ subsidia, & futuræ etiam consequamur. Qui tecum viuus.

FESTINA, ne tardaueris Domine Deus noster, & à diabolico furore nos potenter libera. Qui viuus.

FAC NOS Domine, quæsumus, mala nostra toto corde respere, vt veniente filio tuo Domino nostro, bona eius capere valeamus. Qui tecum.

SUBVENIAT nobis Domine misericordia tua, vt ab imminētibus peccatorum nostrorum periculis, te mereamur venienti saluari. Qui viuus.

PRAECINGE, quæsumus Domine Deus noster, lumbos mentis nostræ diuina tua virtute potenter, vt veniente filio tuo Domino

mino

mino nostro Iesu Christo, digni inueniamur æternæ vitæ conuiuio, & vōta cœlestiū dignitatum ab ipso percipere mereamur. Qui tecum viuus.

FAC NOS, quæsumus Domine Deus noster, peruigiles atque sollicitos aduentum expectare Christi filij tui Domini nostri, vt dum venerit pulsans, non dormientes peccatis, sed vigilantes, & in filiis inueniat laudibus exultantes. Qui tecum viuus & regnat Deus Per omnia.

EXCITA Domine potentiam tuam, & veni, vt tua propitiatione saluemur. Qui viuus.

DA, quæsumus Domine populo tuo spiritum veritatis & pacis; vt & te per aduentum vnigeniti tui tota mente cognoscat, & quæ tibi placita sunt, toto corde sectetur. Per eundem.]

ORATIONES IN *DEDICATIONE ECCLESIAE.

*ORDI-
NATIO-
NE.

CAETERAS orationes & caremonias in dedicatione nouæ ecclesiæ visitatas, habebat vnus codex MS. ex vetustioribus, verum ne prolixiores simus, remittimus Lectorem tum ad Pontificialem librum, tum ad ordinem Romanum; in quorum isto defectis verbis fit mentio Orationum ad Missam quæ continentur in Sacramentario. p. 131.

QUANDO LEVANTVR RELIQUIAE.

AUFER à nobis, quæsumus Domine, iniquitates nostras, vt ad sancta sanctorum puris mereamur mentibus introire: Per.

POST REPOSITAM TABVLAM SV- PER RELIQUIAS.

DEVS, qui ex omni cooptatione sanctorum, æternum tibi condidisti habitaculum, da ædificationis tuæ incrementa cœlestia, vt quorum hinc reliquias pio amore complectimur

22 4

ctimur

timur, eorum semper meritis adiuuemur. Per Dominum.

ANTE INGRESSVM OSTII EC- CLESIAE.

DOMVM tuam, quæsumus, Domine clementer ingredi, & in tuorum tibi cordibus fidelium perpetuam constitue mansio- nem, vt cuius ædificatione subsistit, huius tibi fiat habitatione præ clara. Per.

POST VELATVM ALTARE.

DESCENDAT, quæsumus, Domine Deus noster, Spiritus san- ctus tuus super hoc altare, qui & populi tui dona sanctificet, & su- mentium corda dignanter emundet. Per.

AD MISSAM.

DEVS, qui inuisibiliter omnia continens; & tamen pro salute generis humani signa tuæ potentia visibiliter ostendis: templum hoc potentia tuæ inhabitationis illustra, vt omnes qui huc depre- caturi conueniunt ex quacunque tribulatione ad te clamauerint, consolationis tuæ beneficia consequantur. Per Dominum.

Alia.

DEVS, qui sacrandorum tibi auctor es munerum, effunde su- per hanc orationis domum benedictionem tuam, vt ab omnibus inuocantibus nomen tuum, defensionis tuæ auxilium sentiat. Per dominum nostrum.

Secreta.

OMNIPOTENS sempiternus Deus, altare nomini tuo dicatū, celestis virtutis benedictione sanctifica, & omnibus in te speran- tibus auxiliij tui munus ostende, vt huic sacramentorum virtus, & votorum obtineatur effectus.

PRAEFATIO.

D. & iustum est, vsque per Christum dominum nostrum. Per quem te supplices deprecamur, vt altare hoc sanctis vsibus præ- paratum, celesti dedicatione sanctifices: Vt sicut Melchisedech
sacer-

sacerdotis præcipui oblationem dignatione mirabili suscepisti, ita imposita nouo huic altari munera, semper accepta ferre di- gneris: Vt populus, qui in hanc Ecclesie domum sanctam conue- nit, per hæc libamina cælesti sanctificatione saluatus, animarum quoque suarum salutem perpetuam consequatur. Et ideo.

Post Communionem.

QUÆSUMVS, omnipotens Deus, vt hoc in loco, quem nomi- ni tuo indigni dicauimus, cunctis petentibus aures tuæ pietatis ac- commodes. Per.

IN NATALI PAPAE.

DEVS, qui licet sis magnus in magnis, mirabilia tamen glorio- sius operaris in minimis, concede mihi indigno famulo tuo sa- cris conuenienter seruire mysterijs, atque in omnibus tua mise- ricordia protegat, quem conscientia reatus accusat. Per.

[Alia.

DEVS, qui populis tuis indulgentia consulis & amore domi- naris, da spiritum sapientia, quibus dedisti regimen disciplina, vt de profectu sanctarum ouium, fiant gaudia æterna pastorum.

Secreta.

HOSTIAS tibi Domine laudis exoluo, suppliciter implorās, vt quod immerito contulisti, intercedente B. Petro Apostolo tuo, propitius exequaris. Per.

Præfatio.

D. & iustum est, vsque æterne Deus. Vt quia in manu tua dies nostri, vitaque consistit, vt sicut honorem nobis indignis largiris ministerij, sic quoque tribuas rationabilis obsequij propitius in- cremetum. Et tua dona nobis custodias, vt eius suffragijs apud te semper reddar acceptus, cuius me vice hodie ecclesie tuæ præse- se voluisti. Per Christum.

Post Communionem.

Corporis sacri & preciosi sanguinis repleti libamine, quæsu- mus Domine Deus noster, vt gratia tuæ munus, quod nobis im-

a a a meritis

meritis contulisti, intercedente B. Petro Apostolo tuo, propitius muniendo custodias, Per Dominum.

IN ORDINATIONE PRESBY- TERI

DEVS, qui dignè tibi seruentium nos imitari desideras famulatum, da nobis caritatis tuæ flamma ardere succensis, vt antistitū priorum, qui tibi placuerunt, mereamur consortia obtinere. Per,
Secreta.

AUFER à nobis Domine spiritum superbix, cui resistis, vt sacrificia nostra tibi sint semper accepta. Per.

Præfatio.

D. & iustum est, vsque; æterne Deus. Qui dissimulatis peccatis humanæ fragilitatis, nobis indignis sacerdotali em. cōfers dignitatē. Da nobis, quæsumus, ad sacrosancta mysteria, immolanda cum beneplacitis mentibus introire. Quia tu solus sine operibus aptis iustificas peccatores, tu gratias præstas benignus ingratis: tu ea quæ retrò sunt, obliuisci concedis, & ad priora promissa mysteria clementissima gubernatione perducis. Et ideo.

Infra actionem,

HANC igitur oblationem seruitutis nostræ, quam tibi offerimus in die hodiernæ solennitatis, quo nobis indignis sacerdotalem infulam tribuisti: quæsumus Domine, vt placatus accipias, & tua pietate conferua, quod es operatus in nobis. Diesque nostros.

Post Communionem.

CORPORIS sacri & pretiosi sanguinis repleti libamine, quæsumus Domine Deus noster, vt gratiæ tuæ munus, quod nobis immeritis contulisti, intercedente beato N. propitius muniendo custodias. Per.

AD SPONSAM BENEDI- CENDAM.

Exaudi

EXAUDI nos omnipotens & misericors Deus, vt quod nostro ministratur officio, tua benedictione potius impleatur. Per Dñm.

Secreta.

SUSCIPE, quæsumus Domine, pro sacra connubij legemunus oblatum, & cuius largitor es operis, esto dispositor. Per Dominum nostrum.

Præfatio.

D. & iustum est, vsque; æterne Deus. Qui fœdera nuptiarū blando concordix iugo & insolubili pacis vinculo nexuisti, vt multiplicandis adoptionum filijs, sanctorum connubiorum fœcunditas pudica seruetur. Tua enim Domine prouidentia, tua gratia ineffabilibus modis vtrumque dispensat; vt quod generatio ad mundi edidit ornatum, regeneratio ad ecclesiæ perducatur augmentum.

Infra actionem.

HANC igitur oblationem famulorum tuorum, quam tibi offerunt pro famula tua N. quam perducere dignatus es ad statum mensuræ, & ad diem nuptiarum, pro qua maiestati tuæ supplices fundimus preces, vt eam propitius cum viro suo copulare digneris.

Antequam dicatur, Pax Domini.

PROPTIARE Domine supplicationibus nostris, & institutis tuis, quibus propagationem humani generis ordinasti, benignus adfiste, vt quod te auctore iungitur, te auxiliante seruetur. Per.

Benedictio.

DEVS, qui potestate virtutis tuæ de nihilo cuncta fecisti, qui dispositis vniuersitatis exordijs, homini ad imaginē Dei factō, ideō inseparabile mulieris adiutorium condidisti, vt fœmineo corpori de virili dares carne principium, docens quod ex vno placuisset institui, nunquam licere disjungi: DEVS, qui tam excellenti mysterio coniugalem copulam consecrasti, vt CHRISTI & Ecclesiæ sacramentum præsignares in fœdere nuptiarum: DEVS, per quem mulier iungitur viro, & societas principaliter

aaa 2 ordi-

ordinata ea benedictione donatur, quæ sola nec per originalis peccati pœnam, nec per diluuij est ablata sententiã: respice propitijs super hanc famulam tuam, quæ maritali iungenda confortio, tua se expetit protectione muniri. Sit in ea iugum dilectionis & pacis, fidelis & casta nubat in Christo, imitatrixq; sanctarũ permaneat foeminarum: sit amabilis viro vt Rachel, sapiens vt Rebecca, longæua & fidelis vt Sara. Nihil in ea ex actibus suis ille author præuaricationis vsurpet, nexa fidei mandatisq; permaneat. Vno toro iuncta, contactus illicitos fugiat, muniat infirmitatem suam robore disciplinæ, sit verecundia grauis, pudore venerabilis, doctrinis cælestibus erudita: sit fœcunda in sobole, sit probata & innocens, & ad beatorum requiem, atque ad cælestia regna perueniat, & videat filios filiorum suorum, vsque in tertiam & quartam progeniem, & ad optatam perueniat senectutem. Per Dominum nostrum.

Ad Complendum.

QVÆSUMVS, omnipotens Deus, instituta prouidentia tua pio amore comitare, vt quos legitima societate connectis, longæua pace custodias. Per Dominum.

ORATIONES PRO PECCATIS.

EXAUDI, quæsumus, Domine gemitum populi supplicatis, & qui de meritorum qualitate diffidimus, non iudicium, sed misericordiam consequi mereamur. Per Dominum.

SVCVRRE, quæsumus, Domine, populo supplicati, & opem tuam tribue benignus infirmis, vt sincera tibi mente deuoti, & præsentis vitæ remedijs gaudeant, & futuræ. Per.

EXAUDI, quæsumus, Domine supplicum preces, & confitentium tibi parce peccatis, vt pariter nobis indulgentiam tribuas benignus & pacem. Per.

DEVS qui iustè irasceris, & clementer ignoscis, afflicti populi lachrymas respice, & iram tuæ indignationis, quam iustè mereamur, propitiatus auerte. Per Dominum nostrum.

Confer-

CONSERVA, quæsumus, Domine populum tuum, & ab omnibus quas meremur, aduersitatibus redde securum, vt tranquillitate percepta, deuota tibi mente deferuiat. Per Dominum.

AFFLICTIONEM familiæ tuæ, quæsumus, Domine intende placatus, vt indulta venia peccatorum, liberis tibi mentibus seruiamus. Per.

AB omnibus nos, quæsumus, Domine peccatis propitiatus absolue, vt percepta venia peccatorum, liberis tibi mentibus seruiamus. Per Dominum.

PRECIBVS nostris, quæsumus, Domine aurem tuæ pietatis accõmoda, & orationes supplicum, occultorum cognitor, benignus exaudi, vt te largiente, ad vitam perueniant sempiternam. Per.

PRÆSTA populo tuo, quæsumus Domine cõsolationis auxilium, & diurnis calamitatibus laborantẽ, propitijs respirare concede. Per.

QVÆSUMVS, omnipotens Deus, vt qui nostris fatigamur offensis, & merito nostræ iniquitatis affligimur, pietatis tuæ gratiã consequi mereamur. Per.

DEVS, qui conspicias nos in tot perturbationibus non posse subsistere, afflictorum gemitum propitijs respice, & mala omnia quæ meremur, auerte. Per Dominum nostrum.

DEVS, cui propriũ est misereri semper & parcere, suscipe deprecationem nostram; & quos delictorum catena constringit, miseratio tuæ pietatis absoluat. Per.

DA nobis, quæsumus, Domine de tribulatione lætitiã, vt qui diu pro peccatis nostris affligimur, intercedente B. ill. martyre tuo, in tua misericordia respiremus. Per Dominum.

EXAUDI Domine populum tuum tota tibi mente subiectum, vt corpore & mente protectus, quod piè credit, tua gratia consequatur. Per.

SUBIECTVM tibi populum, quæsumus, Domine propitiatus cœlestis amplifcet, & tuis semper faciat seruire mandatis. Per.

PVRIFICA, quæsumus, Domine tuorum corda fidelium, vt

à terrena cupiditate mundati, & præsentis vitæ periculis exuuntur, & perpetuis donis firmentur. Per Dominum nostrum.

CLAMANTIVM ad te, quæsumus, Domine preces dignanter exaudi, vt sicut Niniuitis in afflictione positus pepercisti, ita & nobis in præsentis tribulatione succurre. Per Dominum.

MISERERE iam, quæsumus, Domine populo tuo, & continuis tribulationibus laborantem, celeri protectione lætifica. Per.

AUXILIARE, Domine, quærentibus misericordiã tuam, & da veniam confitentibus, parce supplicibus, vt qui nostris meritis flagellamur, tua miseratione saluemur. Per.

PRAESTA, quæsumus, omnipotens Deus, vt qui iram tuã indignationis agnouimus, misericordiã tuã indulgentiam consequamur. Per.

TRIBVLATIONEM nostram, quæsumus Domine, propitius respice, & iram tuã indignationis, quam iustè meremur, propitiatus auerte. Per Dominum.

DEVS, qui peccantium animas, nõ vis perire, sed culpas, continue quam meremur iram, & quam precamur, super nos infunde clementiam, vt de merito gaudium tuã misericordiã consequi mereamur. Per Dominum.

QUAESVMS, omnipotens Deus, afflicti populi lachrymas respice, & iram tuã indignationis auerte, vt qui reatũ nostrã infirmitatis agnoscimus, tua consolatione liberemur. Per.

DEVS, qui culpa offenderis, pœnitentia placaris, preces populi supplicantis propitius respice, & flagella tuã iracundiã, quã pro peccatis nostris meremur, auerte. Per.

PARCE Domine, parce populo tuo, vt dignis flagellationibus castigatus in tua miseratione respiret. Per Dominum.

INTENDE, quæsumus, Domine preces nostras, vt qui, non operando iustitiam, correptionem meremur, afflicti, in tribulatione clamantes, respiremus auditi. Per Dominum nostrum.

PRAESTA, quæsumus, omnipotens Deus, vt qui offensa nostra per flagella cognoscimus, tuã consolationis gratiam sentiamus. Per Dominum nostrum.

Ne

NE despicias, omnipotens Deus, populum tuum in afflictione clamantem, sed propter gloriam nominis tui, tribulatis succurre placatus. Per.

EXAUDI Domine gemitum populi tui, nec plus apud te valeat offensio deliquentium, quã misericordia indulta fletibus supplicantium. Per Dominum nostrum.

OMNIPOTENS Deus, misericordiam tuam nobis placatus impende, vt qui te contemnendo, culpam incurrimus, confitendo, veniam consequamur. Per Dominum.

DEVS refugium pauperum, spes humilium, salusque miserorum, supplicationes populi tui clementer exaudi, vt quos iustitia verberũ fecit afflictos, abundantia remediorũ faciat cõsolatos. Per.

MOVEAT pietatem tuam, quæsumus Domine, subiectã tibi plebis affectus, & misericordiam tuam supplicatio fidelis obtineat, vt quod meritis non præsumit, indulgentiã tuã largitate percipiat. Per Dominum nostrum.

DEPRECATIONEM nostrã, omnipotens Deus, benignus exaudi, & quibus supplicandi præstas affectum, tribue defensionis auxilium. Per.

AVERTE, quæsumus Domine, iram tuam propitiatus à nobis, & facinora nostra, quibus indignationem tuam prouocamus, expelle. Per Dominum.

MEMOR esto, quæsumus, Domine fragilitatis humanæ, & qui iustè verberas peccatores, parce propitiatus afflictis. Per.

AVRES tuã pietatis, quæsumus Domine, precibus nostris inclina, vt qui peccatorum nostrorum flagellis percutimur, miserationis tuã gratia liberemur. Per.

ORATIONE S* QVOTIDIANIS DIEBVS. * QVOTIDIANAE.

DEVS qui cõspicis omni nos virtute destitui, interius exteriusque custodi, vt ab omnibus aduersitatibus muniamur in corpore, & à prauis cogitationibus mundemur in mente.

GRATIAE tuã, quæsumus, Domine supplicibus tribue largitatẽ, vt mãdata tua, te operãte, sectantes, consolationẽ p̄sentis vitẽ percipiant

aaa 4

cipiant & futuræ. Per Dominum nostrum.

ADESTO supplicationibus nostris, omnipotens Deus, vt quibus fidutiam sperandæ pietatis indulges, intercedente Beato ill. consuete misericordiæ tribue benignus effectum. Per.

SUBVENIAT nobis Domine, quæsumus, misericordia tua, vt ab imminentibus peccatorum nostrorum periculis, te mereamur protegente saluari. Per.

VOX clamatis ecclesiæ ad aures Domine, quæsumus, tuæ pietatis ascendat, vt percepta venia peccatorum, te fiat operante deuota, te protegente secura. Per.

PROPI TIARE Domine supplicationibus nostris, & animarum nostrarum medere languoribus, vt remissione percepta, in tua semper benedictione lætemur. Per Dominum.

PROPI TIARE Domine iniquitatibus nostris, & exorabilis tuis esto supplicibus, vt concessa venia quam precamur, perpetuo misericordiæ tuæ munere gloriemur. Per Dominum.

DEVS innocentia restitutor & amator, dirige ad te tuorum corda feruorum, vt spiritus tui feruore concepto, & in fide inueniantur stabiles, & in opere efficaces. Per Dominum.

ECCLESIAE tuæ Domine voces placatus admitte, vt destitutis aduersantibus vniuersis, secura tibi seruiat libertate. Per.

NOSTRIS Domine, quæsumus, propitiare temporibus, vt tuo munere dirigatur, & romana securitas, & deuotio Christiana, Per Dominum nostrum.

LARGIRE, quæsumus, Domine fidelibus tuis indulgentiam placatus & pacem, vt pariter ab omnibus mudentur offensis, & secura tibi mente deseruiant. Per Dominum nostrum.

PRAETENDE Domine fidelibus tuis dexteram cœlestis auxiliij, vt te toto corde perquirant, & quæ dignè postulant, consequi mereantur. Per.

GAUDEAT Domine, quæsumus, plebs tua beneficijs impetratis, & cui sperandæ pietatis indulges, optatæ misericordiæ præsta benignus affectum. Per Dominum.

DA nobis Domine, quæsumus, perseuerantē in tua voluntate formula-

mulatum, vt diebus nostris & merito & numero populis tibi seruiens augeatur. Per Dominum nostrum.

FIDELIS tuos Domine, quæsumus, corpore pariter & mente purifica, vt tua inspiratione compuncti, noxias delectationes vitare perualeant. Per.

DIES nostros, quæsumus Domine, placatus intende, pariterque nos & à peccatis absolue propitius, & à cunctis eripe benignus aduersis. Per.

FAMILIAE tuæ Domine, quæsumus, esto protector, & misericordiam tuam concede poscenti, quæ tibi semper fiat obediens, & tua dona percipiat. Per Dominum nostrum.

DA, quæsumus, Domine populo tuo salutem mentis & corporis, vt bonis operibus inhærendo, tua semper mereatur virtute defendi. Per.

EXCITA Domine, quæsumus, tuorum fidelium voluntates, vt diuini operis fructus propensius exequentes, pietatis tuæ remedia maiora percipiant. Per.

PROFICIAT Domine, quæsumus, plebs tibi dicata piæ deuotionis affectu, vt sacris actionibus erudita, quanto maiestati tuæ fit grator, tanto donis potioribus augeatur. Per.

PROTEGAT Domine, quæsumus, tua dextera populum supplicentem, vt præsentem vitam sub tua gubernatione transeuntem, mereatur inuenire perpetuam. Per.

RESPICE Domine propitius plebem tuam, & toto tibi corde subiectum, præsidij inuictæ pietatis attolle. Per Dominum nostrum.

ADESTO Domine supplicibus tuis, & spem suam in tua misericordia collocantes tuere propitius, vt à peccatorum labe muniti, in sancta conuersatione permaneant. Per Dominum.

LIBERA Domine, quæsumus, à peccatis & hostibus tibi populum supplicentem, vt in sancta conuersatione viuentes nullis afficiantur aduersis. Per.

EXCITA Domine tuorum corda fidelium, vt sacris intēta doctrinis, & intelligant quod sequantur, & sequendo fideliter apprehendant. Per.

DA salutem Domine, quæsumus, populo tuo, mentis & corporis, & perpetuis consolationibus tuorum reple corda fidelium, ut tua protectione releuati, & pia tibi deuotione placeant, & tua semper beneficia consequantur. Per.

QUÆ SVMVS, omnipotens Deus, nè nos tua misericordia derelinquat, quæ & terrores nostros semper amoueat, & noxia cuncta depellat. Per Dominum.

OMNIPOTENS sempiternæ Deus, vniuersa nobis aduersa propitiatus exclude, ut mente & corpore pariter expediti, quæ tua sunt, liberis mentibus exequamur. Per Dominum.

TVERE Domine populum tuum, & salutaribus præsidijs semper aduatum, beneficijs attolle continuis & mentis & corporis. Per.

PVRIFICA, quæsumus, Domine tuorum corda fidelium, ut à terrena cupiditate mundati, & præsentis vitæ periculis exuantur, & perpetua deuotione firmentur. Per Dominum nostrum.

PROTECTOR in te sperantium Deus, salua populum tuum, ut à peccatis liber, & ab hoste securus, in tua semper gratia perseueret. Per.

CONSERVA, quæsumus, Domine populum tuum, & quem salutaribus præsidijs non desinis adiuuare, perpetuis tribue gaudere beneficijs & mentis & corporis.

AD SIT Domine, quæsumus, propitiatio tua populo supplicanti, ut quod te inspirante fideliter expetit, tua celeri largitate percipiat. Per.

ADESTO Domine populis tuis, in tua protectione fidentibus, & tuæ se dextere suppliciter inclinantes, perpetua defensione conserua. Per.

RESPICE propitius Domine ad debitam tibi populi seruitutem, ut inter humanæ fragilitatis incerta, nullis aduersitatibus opprimatur, qui de tua protectione confidit. Per.

PRAESTA, quæsumus, omnipotens Deus, ut semper rationalia meditantés, quæ tibi sunt placita, & dictis exequamur & factis. Per Dominum nostrum.

Auxi-

AUXILIARE Domine populo tuo, ut sacræ deuotionis proficiens incrementis, & tuo semper munere gubernetur, ut ad redemptionis æternæ pertineat, te ducente, consortium. Per.

BENEDICTIONEM tuam, Domine, populus fidelis accipiat, qua corpore saluatus ac mente, & gratam tibi semper exhibeat seruitutem, & propitiationis tuæ beneficia semper inueniat.

GAUDEAT Domine populus tua semper benedictione confusus, ut & temporalibus beneficijs adiuuetur, & erudiatur æternis. Per.

FAMILIAM tuam Domine dextera tua perpetuo circundet auxilio, ut ab omni prauitate defensa, donis cælestibus prosequatur. Per.

CONSERVA, quæsumus, Domine familiam tuam, & benedictionem tuarum propitius ubertate purifica, ut eruditionibus tuis semper multiplicetur & donis. Per Dominum.

PRAESTA, quæsumus, omnipotens Deus, ut inter innumeros vitæ præsentis errores, tuo semper moderamine dirigamur. Per Dominum nostrum.

PORRIGE dexteram tuam, quæsumus, Dñe plebi tuâ misericordiam postulanti, per quæ & errores declinet humanos, & solatia vitæ mortalis accipiat, & sempiterna gaudia cõprehendat. Per.

CONCEDE, quæsumus, omnipotens Deus, ut viâ tuam deuota mente currètes, subripiendum delictorum laqueos euadamus. Per.

CONSERVA Domine, quæsumus, tuorum corda fidelium, & gratiæ tuæ virtute corrobora, ut & in tua sint supplicatione deuoti, & mutua dilectione sinceri. Per Dominum nostrum.

DA populo tuo, quæsumus, Domine spiritum veritatis & pacis, ut & te tota mente cognoscat, & quæ tibi sunt placita, tota mente sectetur. Per.

OMNIPOTENS sempiternæ Deus, qui cælestia simul & terrena moderaris, supplicationes populi tui clementer exaudi, & pacem tuam nostris concede temporibus. Per.

ADESTO, quæsumus, Domine supplicationibus nostris, & in tua misericordia confidentes, ab omni nos aduersitate custodi. Per.

bbb 2 Da,

DA, quæsumus, omnipotens Deus, vt qui infirmitatis nostræ conscij, de tua virtute confidimus sub tua semper pietate gaudeamus. Per Dominum.

FAMILIAM tuam, quæsumus, Domine cælesti protectione circunda, vt te parcente, sit libera: te custodiente, amabilis omnibus sit secûra. Per.

PRECES populi tui, quæsumus, Domine clementer exaudi, vt qui in sola spe gratiæ cælestis innititur, cælesti etiam protectione muniatur. Per.

ADESTO Domine fidelibus tuis, vt quibus supplicandi tribuis miseratus affectum, concede benignissime consolationis auxilium. Per.

FACTOS, quæsumus, Domine Deus noster, in tua deuotione gaudere, quia perpetua est & plena felicitas, si bonorû omnium seruiamus authori, Per.

DANOBIS Domine, quæsumus, vt & mundi cursus pacifico nobis tuo ordine dirigatur, & ecclesia tua tranquilla deuotione lætetur. Per.

EXAUDI nos Deus salutaris noster, & dies nostros in tua pace dispone, vt à cunctis perturbationibus liberati, tràquilla tibi seruitute famulemur. Per.

GVBERNA Domine, quæsumus, plebem tuam, & tuis beneficijs semper accumula, vt & præsentis vitæ subsidijs gaudeat & æternæ. Per.

PERCIPIAT Domine, quæsumus, populus tuus misericordiam quam deposcit, & quam precatur humiliter, indulgentiam consequatur & pacem. Per.

CONCEDERE, quæsumus, Domine populo tuo veniam peccatorum, & quod meritis non præsumit iudulgentiæ tuæ celeri largitate percipiat. Per.

PRÆTENDE nobis Domine misericordiam tuam, vt quæ votis expetimus, conuersatione tibi placita consequatur. Per Dominum nostrum.

ORA-

ORATIONES MATVTINALES.

ILLUMINA Domine, quæsumus, in te corda credentium, vt tuo semper munimine, & tuo auxilio protegamur. Per Dominum nostrum.

ILLUMINA, quæsumus, Domine tenebras nostras, & totius noctis insidias tu repelle propitius. Per.

TVANOS Domine veritas semper illuminet, & ab omni prauitate defendat. Per.

SALVANOS omnipotens Deus, & lucem nobis concede perpetuam.

DEVS qui diem discernis à nocte, actus nostros à tenebrarum distingue caligine, vt semper quæ sancta sunt, meditantes, iugiter in tua luce viuamus. Per Dominum nostrum.

QVÆSVMS Domine Deus noster, diei molestias noctis quiete sustenta, vt necessaria temporum vicissitudine succedete, nostra reficiatur infirmitas. Per.

ADESTO Domine precibus nostris, & die noctuq; nos protege, vt quibuslibet altercationibus temporum, tua semper incommutabilitate firmentur. Per Dominum nostrum.

EXAUDI nos misericors Deus, & mentibus nostris gratiæ tuæ lumen ostende. Per.

ORATIONES VESPERTINALES SEV MATVTINALES.

VOX nostra Domine semper te deprecetur, vt ad aures tuæ pietatis ascendat. Per Dominum.

PRÆSTA, quæsumus, omnipotens Deus, vt liberis tibi mentibus seruiamus. Per Dominum nostrum.

VT tuam Domine misericordiam consequamur, fac nos tibi toto corde esse deuotos. Per.

SUSCIPE, quæsumus, preces nostras, & clamantium ad te pia corda propitius intende. Per.

CVNCTAS Domine semper à nobis iniquitates repelle, vt viâ
bbb 3 salutis

salutis æternæ, secunda mente curramus. Per.

REDEMP TOR noster adspice Deus, & tibi nos iugiter seruire concede. Per.

DEVS cœli terræque dominator, auxilium nobis tuæ defensionis impende. Per.

PRAESTA, quæsumus, omnipotens Deus, vt tibi placita mente seruiamus. Per dominum nostrum.

PVRIFICET nos indulgentia tua Deus, & ab omni semper iniquitate custodiat. Per.

ADESTO nobis misericors Deus, & tua circanos propitiatus dona custodi. Per Dominum

A cunctis iniquitatibus nostris exue nos Domine, & in tua face pacè gaudere. Per Dominum.

VINCULA Domine, quæsumus, humane prauitatis abrumpe vt ad confitendum nomen tuum, libera mente curramus. Per Dominum nostrum.

TVA nos Domine, quæsumus, gratia benedicat, & ad vitæ perducatur æternam. Per.

VIDE Domine infirmitates nostras, & celeri nobis pietate succurre. Per Dominum nostrum.

FAC nos Domine, quæsumus, mala nostratoto corde respue, vt bona tua capere valeamus. Per.

ESTO nobis propitius Domine, vt tua nos misericordia subsequatur. Per Dominum nostrum.

PRÆVENIAT nos, quæsumus, Domine misericordia tua, & voces nostras clementia tuæ propitiationis anticipet. Per.

CELERI nobis, quæsumus Domine, pietate succurre, vt deuotio supplicantium, ad gratiarum transeat actionem. Per.

DELICTA nostra Domine, quibus aduersa dominantur, absterge, & tua nos vbique miseratione custodi. Per.

ABSOLVE Domine, quæsumus, nostrorum vincula peccatorum, & quicquid pro eis meremur, auerte. Per.

ASCENDANT ad te Domine preces nostræ, & ab ecclesiâ tua cunctam repelle nequitiam. Per.

CLA-

CLAMANTES ad te Deus dignanter exaudi, vt nos de profundo iniquitatis eripias, & ad gaudia æterna perducas. Per.

CONCEDE nobis Domine, quæsumus, veniam delictorum, & eos qui nos impugnare molliuntur, expugna. Per.

TVA nos Domine, quæsumus, gratiâ semper & præueniat & sequatur, ac bonis operibus iugiter præstet esse intentos. Per Dominum nostrum.

RESPICE nos misericors Deus, & nomini tuo perfice veraciter obsequentes. Per Dominum.

TVERE nos superne moderator, & fragilitatem nostram tuis defende præsidij. Per.

VT à nostris excessibus Domine temperemur, tua nos præcepta concede iugiter operari. Per.

AUFER à nobis, quæsumus, Domine nostras prauitates, vt non indignationem, sed indulgentiam sentiamus. Per.

VT cunctis nos Domine foueas adiuuentis, tuis apta propitius disciplinis. Per.

OCVLI nostri ad te Domine semper intendant, vt auxilium tuum, & misericordiam sentiamus. Per.

PECCATA nostra, Domine Deus memor humane conditionis, absolue, & quicquid eorū retributione meremur auerte. Per.

PORRIGE nobis Deus dexteram tuam, & auxilium nobis supernæ virtutis impende. Per.

EXAUDI nos Domine Deus noster, & ecclesiâ tuam inter mundi turbines fluctuantem, clementi gubernatione moderare. Per.

INTENDE Domine, quæsumus, supplices tuos, & pariter nobis indulgentiâ tribue benignus, & gaudium. Per.

RESPICE nos omnipotens & misericors Deus, & ab omnibus tribulationibus propitius absolue. Per.

INIQUITATES nostras ne respicias Deus, sed sola nobis misericordia tua profit indignis. Per.

FAC nos Domine Deus noster, tuis obedire mandatis, quia tunc nobis prospera cuncta proueniunt, si te totius vitæ sequamur auctorem. Per.

bbb 4

EMIT-

EMITTE, quæsumus, Domine lucem tuam in cordibus nostris, vt mandatorum tuorum lege præcepta, in via tua ambulantes, nihil patiamur erroris. Per Dominum.

ORATIO AD AGAPEN PAUPERVM.

DA Domine famulo tuo N. sperata suffragia obtinere, vt qui tuos pauperes vel tuas ecclesias memorauit, sanctorum omnium simul & B. Martyris tui Laurentij mereatur consortia, cuius nunc est exempla secutus. Per.

ORATIO AD CAPILLATVRAM.

*Pertinet
hac Oratio
ad officium
tonsuræ clericali-
s, sicuti patet
ex ord.
Roman.
pag. 86.*

OMNIPOTENS sempiternæ Deus, respice propitius super hunc famulum tuum N. quem ad nouam tondendi gratiam vocare dignatus es, tribuens ei remissionem omnium peccatorum, atque ad cælestium donorum peruenire consortium. Per.

ORATIO QUANDO MVLTVM PLVIT.

DOMINE Deus qui in mysterio aquarum salutis tuæ nobis sacramenta sanxisti, exaudi orationem populi tui, & iube terrores inundantium cessare pluuiarum, flagellumq; huius elementi, ad effectum tui conuerte mysterij, vt qui regenerationis aquis se gaudent renatos, gaudeant his castigationibus esse correctos. Per.

Alia.

QUÆSVMVS, omnipotens Deus, clementiam tuam, vt inundantiam coerceas imbrium & hilaritatem tui vultus nobis imperitari digneris. Per.

ORATIO AD MOR. ANIMALIVM.

Deus,

DEVS, qui laborantibus hominibus, etiam de multis animalibus solatia subrogasti, supplices te rogamus, vt sine quibus non habetur humana conditio, nostris facias vsibus non perire. Per.

ORATIO DE MORTALITATE HOMINVM.

DEVS, qui non mortem, sed poenitentiam desideras peccatorum, populum tuum, quæsumus, ad te conuerte propitius, & dum tibi deuotus extiterit, iracundiæ tuæ ab eo flagella amoueas. Per.

SVBVENIAT Domine nobis, quæsumus, sacrificij præsentis operatio, quæ nos & ab erroribus vniuersis potenter absoluat, & à totius eripiat perditionis incursum. Per.

Ad Complendum.

TVERE nos Domine, quæsumus, tuæ sancta sumentes, & ab omni propitius iniquitate defende. Per Dominum.

Super populum.

POPVLVM tuum, quæsumus, omnipotens Deus, ab ira tua ad te confugientem, paterna recipe pietate, vt qui tuæ maiestatis flagella formidant, de tua mereantur venia gratulari. Per.

Alia.

EXAUDI nos Deus salutaris noster, & intercedente B. martyre tuo N. populum tuum, & ab iracundiæ tuæ terroribus libera, & misericordiæ tuæ fac largitate securum. Per.

ORATIO AD MISSAM SVPER EPISCOPVM DEFVNCTVM.

DA nobis Domine, vt animam famuli tui & sacerdotis N. episcopi, quam de seculi educens laborioso certamine, sanctorum tuorum cætui iubeas esse confortem. Per Dominum nostrum.

Secreta.

ccc

Annus

ANNE nobis Domine, vt animæ famuli tui & sacerdotis tui N. Episcopi hæc profit oblatio, quam immolando, totius mundi tribuisti relaxari delicta. Per Dominum nostrum Iesum Christum.

Infra actionem.

HANC igitur oblationem, quã tibi offerimus, pro commemoratione depositionis animæ famuli tui & sacerdotis tui N. Episcopi, quæsumus Domine, vt placatus accipias, & quæ in corpore constitutum, sedis apostolicæ gubernaculo præesse voluisti, in electorum tuorum numero constitue sacerdotum, diesq; nostros in tua.

Super Dypticha.

Dypticha sacra nun cupabāt veteres tabulas duas, è quarū altera viuorum, altera verò defunctorum nomina, publicè in Missa legebantur, de quibus vide Adnor. nostras in Cyprianū ad Epist. 20. de presb. qui temerè lapsis pacē dabant. & Alc. p. 89.

MEMENTO etiam Domine famulorum tuorum, qui nos præcefferunt & dormierunt in somno pacis.

Item post lectionem.

ISTIS Domine & omnibus in Christo quiescentibus locum refrigerij, lucis & pacis indulgentiam deprecamur. Per Christum.

Post Communionem.

HIS sacrificijs, quæsumus omnipotens Deus, purgata anima & spiritus famuli & sacerdotis tui N. Episcopi, ad indulgentiam & refrigerium sempiternum peruenire mereatur. Per.

IN AGENDA MORTVORVM ORATIONES.

INCLINA Domine aurem tuam ad preces nostras, quibus misericordiam tuam supplices deprecamur, vt animã famuli tui N. & N. quam de hoc seculo migrare iussisti, in pacis ac lucis regione constituas, & sanctorum tuorum iubeas esse confortem. Per Dominum nostrum.

ABSOLVE Domine animam famuli tui N. vel N. ab omni vinculo delictorum, vt in resurrectionis gloria inter sanctos tuos resuscitatus respiret. Per Dominum nostrum Iesum Christum.

Annue

ANNE nobis Domine, vt anima famuli tui N. vel N. remissionem quam semper optauit, mereatur percipere peccatorum. Per Dominum nostrum.

ORATIO AD PONTIFICEM ORDINANDVM, QUAE ADDI DEBET IN CONSECRATIONE CVIVS INITIVM EST: Deus honorum omnium AD LOCVM: Et idcirco huic famulo tuo.

Consecrationem intelligit communè Episcopis omnib; quã etiã habebat vnus codex MS. sed Letorem ad Librum Pontificale remittimus. Habes autẽ eandem hanc additionem in Ord. Rom. pag. 107.

QUEM Apostolicæ sedis Præsulem & primatem omnium qui in orbe terrarum sunt sacerdotum, ac vniuersalis Ecclesiæ tuæ Doctorem dedisti, & ad summi sacerdotij ministeriũ elegisti, hanc, quæsumus, Domine gratiam largiaris.

ITEM POST PAVCA.

TRIBVAS ei cathedram Pontificalem, ad regendam Ecclesiam tuam & plebem vniuersam.

EXPLICIT LIBER SACRAMENTORVM, A BEATO GREGORIO PAPA EDITVS.

ccc 2 INCL.

INCIPIIT SACRA- MENTORVM LIBER SE-

CVNDVS, A VENERABILI GRIMOL-

DO ABBATE EX OPVSCVLIS SANCTO-

RVM PATRVN EXCERPTVS.

PRÆFATIO.

*Officia
quædam li-
bri sunt
Gregoria-
na,*



V C V S Q V E præcedens sacramentorum libellus, à B. Papa Gregorio constat esse editus, exceptis his quæ in eodẽ in natiuitate vel adsumptione B. Mariæ, præcipuè verò in Quadragesima, virgulis antepositis, lectoris inuenerit iugulata solertia. Nam sicut quorundam relatu didicimus, dominus apostolicus in eisdem diebus à stationibus penitus vacat, eò quòd ceteris septimanæ feriis stationibus vacando fatigatus, eisdem requiescat diebus, ob id scilicet vt tumultuatione populari carens & eleemosynas pauperibus distribuere, & negotia exteriora liberius valeat disponere, Missam verò prætitulatam in natali eiusdem Beati Gregorij, virgulisq; antepositis iugulatam, à successoribus eius; causa amoris, immò venerationis suæ, eidem suo operi non dubium, esse interpositam. Præfatus sanè Sacramentorum Libellus, licet à plerisque, scriptorum vitio deprauante, non vt ab auctore suo est editus haberetur, pro captu tamẽ ingenij, ob multorum vtilitatẽ, studij nostri fuit enim artis stylò corrigere. Quem cum prudens lector studiosè perlegerit, verum nos dicere illicò comprobabit, nisi iterum scriptorum vitio deprauetur. Sed quia sunt & alia quædam, quibus necessariò sancta vtitur ecclesia, quæ idem pater ab alijs iam edita esse inspiciens, prætermisit; idcirco opere præcium duximus, ea velut flores pratorum vernantes carperc, & in vnum congerere, atque correctæ & emendatæ suisque capitulis prænotatæ, in huius corpore codicis seorsum ponere, vt in hoc

in hoc opere cuncta inueniret lectoris industria, quæcunque nostris temporibus necessaria esse perspeximus, quâquam plura etiam in alijs sacramentorum libellis inuenissemus inserta. Hæc verò discretionis gratia præfatiunculam in medio collocauimus, vt alterius finis, alterius quoque exordium esset libelli; ita videlicet, vt hinc indè formabiliter eisdem positis libellis nouerit quisque, quæ à B. Gregorio, quæue sint ab alijs edita patribus; & quoniã excludendos tantarum quæsitores diuersarumque institutionũ sanctarũ nequaquam dignum vel possibile esse censuimus, saltem eorum omnium condignis desiderijs in euidenti huius operis copia satis faceremus. Si cui autem placent ea, quæ sine factu arrogantia summo studio pioque collegimus amore, suscipere, precamur vt non ingratus nostro existat labori, sed potius vnã nobiscum gratias agat omnium bonorum largitori. Si verò superflua vel non necessaria sibi illa iudicauerit, vtatur tantum præfati patris opusculo, quod minimè respuere, sine sui discrimine potest; & ea quærentibus, hisque pio animi affectu vt volentibus, vtenda admittat. Non igitur ingratis & fastidiosis, sed potius studiis ac deuotis, illa collegimus, in quibus, cui animo sedent, potest reperire, vnde & debita vota sua, & officium diuini cultus dignè ac placabiliter Domino valeat exhibere. Nouerit itaque nos per spicacitas lectoris, non alia huic inseruisse operi, nisi ea quæ à probatissimis & eruditissimis magna diligentia exarata sunt viris. Ex multis ergò multa collegimus, vt multorum vtilitati prospiceremus. Præfationes porro, quas in fine huius posuimus codicis, flagitamus vt ab his quibus placent, cum charitate suscipiantur, & canantur. Ab his verò, qui eas intelligunt, nec tamen delectantur, nec non & ab his qui eas volunt, nec tamen intelligunt, poscimus vt nec assumantur, nec canantur. Addimus etiam & benedictiones ab Episcopo super populum dicendas, nec non & illud quod in præfato codice B. Gregorij, ad gradus inferiores in ecclesia constituendos, non habetur. Obscramus itaque vos, qui cunque hunc codicem ad legendum siue transcribendum susciperitis, vt pro me preces ad Dominum fundatis, qui ob vtilitatẽ

*Huic libro inser-
ta ab au-
thenticis
authori-
bus desu-
pta.
Præfatio-
nũ harũ
magnam
partẽ ha-
bes in fine
Tom. 1.
Benedic.
Epales.
habetur.*

De grad. inferioribus vide ord. Rom. plurimorum ea colligere atque corrigere studuimus. Precamur- que vt eum ita diligenter transcribatis, quatenus eius textus, & e- ruditorum aures demulceat, & simpliciores quosque errare non sinat. Nihil enim, vt ait B. Hieronymus, proderit emendasse librū, nisi emendatio, librariorum diligentia conseruetur.

CAPITVLA HVIVS LIBRI.

- I. Benedictio cerei. II. Orationes per singulas lectio- nes in Sabbato sancto, require retrò in Sabbato sancto Paschæ.
 III. Item orationes in Vigilia Pentecostes, require retrò in Sabbato sancto Pentecostes.
 IIII. Benedictionem salis ad faciendum catechumenum, & inde que sequuntur orationes, qualiter baptizentur hi qui bapti- zandi sunt, require in Sabbato sancto Pentecostes.
 V. Dominica I. post natale Domini.
 VI. Dominica II. post Natale Domini.
 VII. Dominica prima post Theophaniam.
 VIII. Dominica II. post Theophaniam.
 VIII. Dominica III. post Theophaniam.
 X. Dominica III. post Theophaniam.
 XI. Dominica V. post Theophaniam.
 XII. Dominica VI. post Theophaniam.
 XIII. Dominica I. post octab. Paschæ.
 XIII. Dominica II. post octab. Paschæ.
 XV. Dominica III. post octab. Paschæ.
 XVI. Dominica III. post octab. Paschæ.
 XVII. Dominica I. post ascensa Domini.
 XVIII. Dominica I. post Pentecost.
 XVIII. Dominica II. post Pentecost.
 XX. Dominica III. post Pentecost.
 XXI. Dominica III. post Pentecost.
 XXII. Dominica V. post Pentecost.
 XXIII. Dominica VI. post Pentecost.

XXIII.

- XXIII. Dominica VII. post Pentecost.
 XXV. Dominica VIII. post Pentecost.
 XXVI. Dominica VIII. post Pentecost.
 XXVII. Dominica X. post Pentecost.
 XXVIII. Dominica XI. post Pentecost.
 XXVIII. Dominica XII. post Pentecost.
 XXX. Dominica XIII. post Pentecost.
 XXXI. Dominica XIII. post Pentecost.
 XXXII. Dominica XV. post Pentecost.
 XXXIII. Dominica XVI. post Pentecost.
 XXXIII. Dominica XVII. post Pentecost.
 XXXV. Dominica XVIII. post Pentecost.
 XXXVI. Dominica XVIII. post Pentecost.
 XXXVII. Dominica XX. post Pentecost.
 XXXVIII. Dominica XXI. post Pentecost.
 XXXVIII. Dominica XXII. post Pentecost.
 XL. Dominica XXIII. post Pentecost.
 XLI. Dominica XXIII. post Pentecost.
 XLII. Item alia Missæ quotidianis diebus.
 XLIII. Alia Missa.
 XLIII. Alia Missa.
 XLV. Alia Missa.
 XLVI. Alia Missa.
 XLVII. In Natali vnus Apostoli.
 XLVIII. In Natali plurimorum Apostolorum.
 XLVIII. In Natali vnus Martyris.
 L. In Natali plurimorum martyrum.
 LI. In Natali vnus Confessoris.
 LII. In Natali plurimorum Confessorum.
 LIII. In Natali Virginis.
 LIII. Missa ad poscenda suffragia sanctorum.
 LV. Oratio ad clericum faciendum.
 LVI. Benedictio vestiū virginis & viduę, et consecratio virg.
 LVII. Benedictio altaris.

ccc 4 LVIII.

- LVIII. Consecratio altaris.
 LVIII. Ad consecrandam patenam.
 LX. Ad calicem benedicendum.
 LXI. Oratio in dedicatione fontis.
 LXII. Missa in anniuersario dedicationis Basilicæ.
 LXIII. Missa pro Regibus.
 LXIII. Missa quotidiana pro Rege.
 LXV. Orat. ad Missam tempore synodi pro Rege dicenda.
 LXVI. Missa specialis sacerdotis cum Præfatione.
 LXVII. Item alia cum Præfatione.
 LXVIII. Missa pro amico vel pro quo volueris.
 LXVIII. Alia Missa.
 LXX. Alia Missa.
 LXXI. Missa pro salute viuorum.
 LXXII. Missa pro familiaribus.
 LXXIII. Missa pro Abbate vel congreganti.
 LXXIII. Orat. in monasterio Monachorum.
 LXXV. Orat. pro fratribus in via dirigendis.
 LXXVI. Orat. pro redeuntibus de itinere.
 LXXVII. Orat. de aduentu fratrum superuenientium.
 LXXVIII. Missa pro iter agentibus.
 LXXVIII. Missa pro nauigantibus.
 LXXX. Missa pro peccatis.
 LXXXI. Oratio in tempore belli.
 LXXXII. Missa in tempore belli.
 LXXXIII. Alia Missa.
 LXXXIII. Alia Missa.
 LXXXV. Missa pro pace.
 LXXXVI. Missa pro quacunque tribulatione.
 LXXXVII. Missa pro peste animalium.
 LXXXVIII. Missa in contentione.
 LXXXVIII. Missa contra iudices malè agentes.
 XC. Missa contra obloquentes.
 XCI. Orat. ad pluuiam postulandam.

XCII.

- XCII. Missa ad pluuiam postulandam.
 XCIII. Orat. ad serenitatem postulandam.
 XCIII. Missa ad serenitatem postulandam.
 XCV. Missa ad repellendam tempestatem.
 XCVI. Orationes & preces super pœnitentem confitentem peccata sua more solito feria IIII. in Quadrag.
 XCVII. Oratio ad reconciliandum pœnitentem fer. V. in cœna Domini.
 XCVIII. Oratio ad visitandum infirmum.
 XC VIII. Missa pro infirmis.
 C. Orat. pro reddita sanitate.
 CI. Reconciliatio pœnitentis ad mortem.
 CII. Orat. in Agenda mortuorum.
 CIII. Missa vnius defuncti.
 CIII. Missa pro defuncto nuper baptizato.
 CV. Orationes pro defunctis desiderantibus pœnitentiam & minimè consequentibus.
 CVI. Missa in anniuersario vnius defuncti.
 CVII. Missa plurimorum defunctorum.
 CVIII. Alia Missa.
 CVIII. Alia Missa.
 CX. Missa in cœmeterijs.
 CXI. Missa pro salute viuorum vel Agenda mortuorum.
 CXII. Exorcismus salis.
 CXIII. Benedictio salis.
 CXIII. Exorcismus aquæ.
 CXV. Benedictio aquæ.
 CXVI. Benedictio salis & aquæ pariter.
 CXVII. Orationes quando aqua spargitur in domo.
 CXVIII. Benedictio domus.
 CXVIII. Oratio contra fulgura.
 CXX. Oratio super vasa in loco antiquo reperta.
 CXXI. Benedictio putei.
 CXXII. Benedictio vuar vel fabæ.

ddd

CXXIII.

- CXXIII. Benedictio ad fruges nouas.
 CXXIII. Benedictio ad omnia quæ volueris.
 CXXV. Benedictio panis noui.
 CXXVI. Oratio ante cibum.
 CXXVII. Oratio super mensam.
 CXXVIII. Oratio post cibum.
 CXXVIII. Oratio in sacratio.
 CXXX. Oratio ubi vestimenta conseruantur.
 CXXXI. Oratio in refectorio.
 CXXXII. Oratio in dormitorio.
 CXXXIII. Oratio in cellario.
 CXXXIII. Oratio in scriptorio.
 CXXXV. Oratio in hospitalio.
 CXXXVI. Oratio in domo infirmorum.
 CXXXVII. Oratio in area.
 CXXXVIII. Oratio in granario.
 CXXXVIII. Oratio in pistrino.
 CXL. Oratio in coquina.
 CXLI. Oratio in lardario.
 CXLII. Oratio in caminata.
 CXLIII. Oratio in introitu portæ.
 CLXIII. Orationes matutinales & vespertinales.
 CXLV. Impositio manuum super energumenum catechumenum.
 CXLVI. Item alia pro paruulo energumeno.
 CXLVII. Item alia orationes super energumeno baptizato.
 CXLVIII. BENEDICTIONES EPISCOPALES.

I.

BENEDICTIO CEREI.

Quod Zozim⁹ Papa cōsecrationē cerei Paschalis instituisse legit, id aut eō referendū, ut ipse Romanus primus eā consuetudine.

EXVETET iam angelica turba cœlorum, exultent diuina mysteria, & pro tanti regis victoria, tuba intonet salutaris. Gaudeat tantis tellus irradiata fulgo-

fulgoribus, & æterni regis splendore illustrata, totam *dinem D. Ambrosij* imitatus noctis se sentiat amississe caliginem. Lætetur & *tatus sit, aut certe ea formater ecclesia* tanti luminis adornata fulgoribus, *man cōsecrationis, cum & magnis populorum vocibus hæc aula resultat. antea Ambrosiana vsus* Quapropter adstantibus vobis fratres charissimi, *foret, ipse descripserit: con ad tam miram sancti huius luminis claritatem, vna stat enim & in Mediola-* mecum, quæso, Dei omnipotentis misericordiam *neſecclesia à Diuo Am-* inuocate, vt qui me nõ meis meritis intra leuitarum *broſio iam tum visitatam* numerum dignatus est aggregare, luminis sui gratia *& in Hispania quoque ea* tiam infundendo, cerei huius laude implere perfi- *atate testatur Prudentius* ciat. Per Dominum nostrum Iesum Christum filium *hymno ea de re cōposito.* tuum, qui tecum viuit & regnat Deus in vnitate spiritus sancti. **alias lau-*

Per omnia secula seculorum. R. Amen.

Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.

Sursum corda. R. Habemus ad Dominum.

Gratias agamus Domino Deo nostro. R. Dignum & iustum est.

D. quia dignum & iustum est, inuisibilem Deum, omnipotentem Patrem, filiumque eius vnigenitum Dominum nostrum Iesum Christum, [sanctum quoque spiritum] toto cordis ac mentis affectu & vocis ministerio personare. Qui pro nobis æterno Patri Adæ debitum soluit, & veteris piaculi cautionem, pio cruore deterſit. Hæc sunt enim festa paschalia, in quibus verus ille agnus occiditur, eiusque sanguine postes consecrantur. Hæc nox est, in qua primum patres nostros filios Israel eductos de terra Aegypti, rubrum mare sicco vestigio transire fecisti. Hæc igitur nox est, quæ peccatorum tenebras columnæ illuminatione purgauit. Hæc nox est, quæ hodiè per vniuersum mundum in CHRISTO credentes à vitij seculi, & caliginis peccatorum segregatos, reddit gratiæ, sociat sanctitati. Hæc nox est, in qua destructis vinculis mortis, CHRISTVS ab inferis victor ascendit. Nihil enim nobis nasci profuit, nisi redimi profuisset. O mira circa nos tuæ pietatis dignatio. O ineffabilis

ddd 2 dilectio

dilectio charitatis: vt feruum redimeres, filium tradidisti. O beata nox, quæ sola meruit scire tempus & horam, in qua Christus ab inferis resurrexit. Hæc nox est, de qua scriptum est: Et nox vt dies illuminabitur, & nox illuminatio mea in delicijs meis. Huius igitur sanctificatio noctis, fugat scelera, culpas lauat, & reddit innocentiam lapsis, mælis lætitiã. Fugat odia, concordiam parat, & curuat imperia. In huius igitur noctis gratia, suscipe sancte pater incensi huius sacrificium vespertinum, quod tibi in hac cerei oblatione solenni, per ministrorũ manus de operibus apum sacrosancta reddit ecclesia. Sed iam columnæ huius præconia nouimus, quam in honore Dei rutilans ignis accendit. Qui licet diuisus in partes, mutuati luminis detrimenta non nouit. Alitur liquentibus ceris, quam in substantiam preciosæ huius lampadis apis mater eduxit. O verè beata nox, quæ expoliavit Aegyptios, ditauit Hebræos. Nox, in qua terrenis cœlestia, humana diuinis iunguntur. Oramus te Domine, vt cereus iste in honore nominis tui consecratus, ad noctis huius caliginem destruendam, in deficienti, perseueret: atque in odorem suauitatis acceptus, supernis luminaribus misceatur. Flammæ eius Lucifer matutinus inueniat. Ille inquam Lucifer, qui nescit occasum: Ille qui regressus ab inferis, humano generi serenus illuxit. Precamur ergo te Domine, vt nos famulos tuos, omnem clerum, & deuotissimum populum, vnà cum Papa nostro N. & gloriosissimo Regi nostro N. necnon & antistite nostro N. quiete temporum concessa, in his paschali- bus gaudijs conseruare digneris. Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, qui tecum viuit & regnat Deus in vnitãte spiritus sancti, Per omnia secula seculorum. Amen.

* aliàs
accensus.

V. DOMINICA I. POST NATALE DOMINI.

Et si solus cod. Colon.
librum hunc 2. con-
tineat pleræque ta-
men oēs Orat. hoc

DEVS, qui salutis æternæ B. Mariæ virginitate fecunda humano generi præmia præstitisti, tribue quæsumus, vt ipsa pro nobis intercedere sentiamus, per quam meruimus
autho-

authorem vitæ suscipere, Dominum nostrum Iesum Christum.
Secreta.

MVNERIBVS nostris, Domine, precibusque susceptis, & cœlestibus nos munda mysterijs, & clementer exaudi. Per.

Post Communionem.

D ANOBIS, quæsumus, Domine Deus noster, vt qui natiuitatem Domini nostri Iesu Christi nos frequenter gaudemus, dignis conuersationibus, ad eius mereamur pertinere consortium. Per Dominum nostrum.

397
libro con-
tetas ha-
bent duo
D. Bano-
nis, Gau-
de. et Vl-
traiet.

VI. DOMINICA SECUNDA POST NA- TALE DOMINI.

OMNIPOTENS sempiternus Deus, dirige actus nostros in beneplacito tuo, vt in nomine filij tui dilecti mereamur bonis operibus abundare. Per eundem.

Secreta.

CONCEDE, quæsumus, vt oculis tuæ maiestatis munus obtinere, & gratiam nobis deuotionis obtineat, & effectum beatæ perennitatis adquirat. Per Dominum.

Post Communionem.

PER huius Domine operationem mysterij, & vitia nostra purgentur, & iusta desideria compleantur. Per.

[Super populum.

PROPTIARE misericors Deus &c. vt supra inter Orationem quotid.]

VII. DOMINICA PRIMA POST THEO- PHANIAM.

VOTA, quæsumus, Domine supplicantis populi cœlesti pietate prosequere, vt & quæ agenda sunt, videant; & ad implenda quæ viderint, conualescant. Per.

ddd 3 Secre-

Secreta.

OBLATVM tibi Domine sacrificium, viuificet nos semper & muniat. Per Dominum.

Præfatio.

D. & iustum est, vsque; æterne Deus. Quia cum vnigenitus &c. vt supra in die Epiphaniæ.

Post Communionem.

SUPPLICES te rogamus, omnipotens Deus, vt quos tuis reficis sacramentis, tibi etiam placitis moribus dignanter deseruire concedas. Per Dominum nostrum.

[Super populum.]

CONSERVA, quæsumus, Domine familiam tuam, &c. vt supra lib. I. inter Orat. quotid.]

VIII. DOMINICA II. POST THEOPHANIAM.

OMNIPOTENS sempiternæ Deus, qui cœlestia simul & terrena moderaris, supplicationes populi tui clementer exaudi, & pacem tuam nostris concede temporibus. Per Dominum nostrum.

Secreta.

OBLATA Domine munera sanctifica, nosq; à peccatorum nostrorum miraculis emunda. Per.

Post Communionem.

AUGEATVR in nobis Domine, quæsumus, tuæ virtutis operatio, vt diuinis vegetati sacramentis, ad eorum promissa capienda tuo munere præparemur. Per.

[Super populum.]

AUXILIARE Domine populo tuo, &c. vt supra inter Orat. quotid.]

VIII. DOMINICA III. POST THEOPHANIAM.

OMNIPOTENS sempiternæ Deus, infirmitatem nostram propitius respice, atque ad protegendum nos, dexteram tuæ maiestatis extende. Per Dominum.

Secre-

Secreta.

HÆC hostia Domine, quæsumus, emundet nostra delicta, & sacrificium celebrandum, subditorum tibi corpora mentesque sanctificet. Per.

Post Communionem.

QVOS tantis Domine largiris vt mysterijs, quæsumus, vt effectibus eorum veraciter aptare digneris. Per.

[Super populum.]

AD SIT Domine quæsumus &c. vt supra loco citato.]

X. DOMINICA IIII. POST THEOPHANIAM.

DEVS, qui nos in tantis periculis constitutos, per humana scis fragilitate non posse subsistere, da nobis salutem mentis & corporis, vt ea quæ peccatis nostris patimur, te adiuuante vincamus. Per Dominum.

Secreta.

CONCEDE, quæsumus, omnipotens Deus, vt huius sacrificij munus oblatum, fragilitatem nostram, ab omni malo purget semper, & muniat. Per.

Post Communionem.

MVNERA tua nos, Deus, à delectationibus terrenis expediât, & cœlestibus semper instruant alimentis.

[Super populum.]

VOX clamantis Ecclesiæ, &c. vt supra loco iam dicto.]

XI. DOMINICA V. POST THEOPHANIAM.

FAMILIAM tuam, quæsumus, Domine continua pietate custodi, vt quæ in sola spe gratiæ cœlestis innititur, tua semper protectione muniatur. Per.

Secreta.

HOSTIAS tibi Domine placationis offerimus, vt & delicta nostra miseratus absolvas, & nutantia corda tu dirigas. Per.

Post Communionem.

DA, quæsumus, omnipotens Deus, vt illius salutaris capiamus effectum, cuius per hæc mysteria pignus accepimus.

ddd 4 [Super

[Super populum.]

ECCLESIAE TUAE Domine voces &c. vt suprà eodem loco]

XII. DOMINICA SEXTA POST THEOPHANIAM.

CONSERVA populum tuum Deus, & tuo nomini fac deo-
tum, vt diuinis subiectus officijs, & temporalia viriliter, & aeterna
dona percipiat. Per.

Secreta.

HAE C NOS oblatio Deus mundet, quæsumus, & renouet, & gu-
bernet, & protegat. Per.

Post Communionem.

COELESTIBVS Domine pasti delicijs, quæsumus, vt semper
eadem, per quæ veraciter viuimus, adpetamus. Per.

[Super populum.]

PRAESTA, quæsumus omnipotens Deus &c. vt suprà eodem
loco.]

XIII. DOMINICA PRIMA POST OCTAVAS PASCHAE.

DEVS, qui in filij tui humilitate iacentem mundum erexisti, si-
delibus tuis perpetuam concede letitiam, vt quos perpetuæ mor-
tis eripuisti casibus, gaudijs facias sempiternis perfrui. Per eundem
Dominum.

Secreta.

BENEDICTIONEM tuam, Domine, nobis conferat salutarem
sacra semper oblatio, vt quod agit mysterio, virtute perficiat. Per.

Post Communionem.

PRAESTA nobis omnipotens Deus, vt viuificationis tuæ gra-
tiam consequentes, in tuo semper munere gloriemur.

[Super populum.]

Fami-

FAMILIAM tuam &c. vt suprà.]

XIII. DOMINICA II. POST OCT. PASCHAE.

DEVS qui errantibus vt in viam possint redire, iustitiæ tuæ lu-
men ostendis, da cunctis qui Christiana professione censentur, &
illa respuere quæ huic inimica sunt nomini, & ea quæ sunt apta,
sectari. Per.

Secreta.

HIS nobis mysterijs conferatur, quò terrena desideria miti-
gantes, discamus amare cœlestia. Per.

Post Communionem.

SACRAMENTA quæ sumpsimus, quæsumus Domine, & spiri-
tibus nos instruant alimentis, & corporalibus tueantur auxilijs.
Per Dominum nostrum.

[Super populum.]

GAUDEAT &c. vt suprà.]

XV. DOMINICA III. POST OCT. PASCHAE.

DEVS, qui fidelium mentes vnus efficis voluntatis, da popu-
lis tuis, id amare quod præcipis, id desiderare quod promittis, vt
inter mundanas varietates ibi nostra fixa sint corda, vbi vera sunt
gaudia. Per Dominum nostrum.

Secreta.

DEVS, qui nos per huius sacrificij veneranda commercia vnus
summæ diuinitatis participes efficis, præsta quæsumus, vt sicut
tuam cognoscimus veritatem, sic eam dignis moribus adsequa-
mur. Per.

Post Communionem.

ADESTO Domine Deus noster, vt per hæc quæ fideliter sum-
psimus, & purgemur à vitijs, & à periculis omnibus exuamur.
Per.

eee

XVI.

XVI. DOMINICA III. POST OCT.
PASCHAE.

DEVS, à quo bona cuncta procedunt, largire supplicibus, vt cogitemus te inspirante quæ recta sunt, & te gubernante eadem faciamus. Per.

Secreta.

SUSCIPE Domine fidelium preces cum oblationibus hostiarum, vt per hæc piæ deuotionis officia, ad cœlestē gloriam transficiamus. Per.

Post Communionem.

** alias cœlestis mē- se satie- tate.* TRIBE nobis Domine cœlestis mensuræ virtute satiatis, & desiderare quæ recta sunt, & desiderata percipere. Per Dominum nostrum.

* ASCENSIONEM XVII. DOMINICA POST ASCENSA
DOMINI.

OMNIPOTENS sempiternus Deus, fac nobis tibi semper & deuotam gerere voluntatem, & maiestati tuæ sincero corde seruire. Per.

Secreta.

SACRIFICIA nos Domine immaculata purificent, & mentibus nostris supernæ gratiæ dent vigorem. Per.

Post Communionem.

REPLETI Domine muneribus sacris, da quæsumus, vt in gratiarum semper actione maneamus. Per.

[Super populum.]

DEVS vita fidelium, gloria humilium, & beatitudo iustorum, propitius suscipe supplicum preces; vt animæ quæ promissiones tuas sitiunt, de tua semper abundantia replentur. Per Dominum.]

XVIII. DOMINICA I. POST PENTECOSTEN.

Deus

DEVS in te sperantium fortitudo, adesto *Ita inscribit quidem has Dominicas cod. MS. Verum plute nihil potest mortalis infirmitas, præsta auxilium gratiæ tuæ, vt in exequendis mandatis tuis, & voluntate tibi & actione placeamus. Per* & in hunc modum melius cordiam iniri cum Antiph. & lect. 23. Dominicarum, adferit Berno l. de Miss. c. 5. nominatim Oratione explicans, & concordiam eius indicans cum euangelio de Lazaro, & introitu: Domine in misericordia, quæsumus, vt & salutaria dona capiamus, & à tua nunquam laude cessemus. Per Dominum nostrum.

Secreta.

HOSTIAS nostras Domine tibi dicatas placatus adsume, & ad perpetuum nobis tribue prouenire subsidium. Per.

Post Communionem.

TANTIS Domine repleti muneribus, præsta, quæsumus, vt & salutaria dona capiamus, & à tua nunquam laude cessemus. Per Dominum nostrum.

[Super populum.]

FIDELIS tuos Domine benedictio desiderata confirmet, quæ eos & à tua voluntate faciat, nunquam discrepare, & tuis semper indulgeat beneficijs gratulari. Per Dominum.]

XVIII. DOMINICA II. POST PENTECOSTEN.

Dom. 2.
post Oct.
Pente.

SANCTI nominis tui Domine timorem pariter & amorē fac nos habere perpetuum, quia nunquam tua gubernatione destituis, quos in soliditate tuæ dilectionis instituis. Per.

Secreta.

OBLATIO nos Domine tuo nomini dicanda, purificet, & de die in diem ad cœlestis vitæ transferat actionem. Per Dominum.

Post Communionem.

SUMPTIS muneribus Domine quæsumus, vt cum frequentatione mysterij, crescat nostræ salutis effectus. Per.

eee 2

[Super

[Super populum.]

DEVS qui te in rectis ac sinceris manere pectoribus afferis; da nobis tua gratia tales existere, in quibus habitare digneris. Per Dominum.]

XX. DOMINICA III. POST PENTECOSTEN.

Hoc officium hic omittendum & in Oct. Pent. ponendum ut supra l. 2. Bernone loco citato comprobatur puerans alioqui concordiam of ficiorum interrumpi, cuius sententia etiam mihi placet, eò quòd superflua esse patet. ex numero 24. Dominum. quò constet ex eodem Bernone 25. duntaxat Dominicas in Antiph. & Sacram. ordinatas præsertim quum eandem inculcet Microl. c. 61.

DEPRECATIONEM nostram, quæsumus Domine benignus exaudi, & quibus supplicandi præstas affectum, tribue defensionis auxilium. Per Secreta.

MVNERA Domine oblata sanctifica, vt tuo nomine bis vnigeniti corpus & sanguis fiant. Per eundem.

Post Communionem.

HÆC nos communio Domine purget à crimine, & cœlestis remedij faciat esse consortes. Per [Super populum.]

PLEBIS tuæ, quæsumus Domine, ad te semper corda cõuerte, vt quam tantis facis patrocinij adiuuari, perpetuis non desinas gubernare præsidij. Per Dominum.

Legendam puto: DOMIN.

XXI. DOMINICA IIII. POST PENTECOSTEN.

PROTECTOR in te sperantium Deus, sine quo nihil est validum, nihil sanctum, multiplica super nos misericordiam tuam, vt te rectore, te duce, sic transeamus per bona temporalia, vt non amittamus æterna. Per. *conformiter in seq.*

Secreta.

RESPICE Domine munera supplicantis ecclesiæ, & salutem credentium perpetua sanctificatione sumenda concede. Per.

Post

Post Communionem.

SANCTA tua nos Domine sumpta viuificent, & misericordie sempiternæ præparent expiatos. Per.

[Super populum.]

PROPITIARE Domine populo tuo, & ab omnibus illi absolue peccatis; vt quod nostris offensionibus promeremur, tua indulgentia repellatur. Per Dominum.]

XXII. DOMINICA V. POST PENTECOSTEN.

DANOBIS Domine, quæsumus, vt & mundi cursus pacificè nobis tuo ordine dirigatur, & ecclesia tua tranquilla deuotione lætetur.

Secreta.

OBLATIONIBVS, quæsumus, Domine placatè susceptis, & ad te nostras etiam rebelles compelle propitius voluntates. Per Dominum nostrum.

Post Communionem.

MYSTERIA nos Domine sancta purificent, & suo munere tueantur. Per Dominum.

[Super populum.]

ADESTO Domine populo tuo, & nihil de sua consciètia præfumentis, ineffabili miseratione succurre; vt quod non habet fiducia meritorum, tua conferat largitas inuicta donorum. Per Dominum.]

XXIII. DOMINICA VI. POST PENTECOSTEN.

DEVS qui diligentibus te bona inuisibili præparâsti, infunde cordibus nostris tui amoris affectum, vt te in fidei cõlect. Domini omnibus & super omnia diligentes, promissiones tuas quæ omne desiderium superant, consequamur. Per Dominum. *vide apud Bern. l. de Missa. c. 5.*

ccc 3

Secre-



Secreta.

PROPI TIARE Domine supplicationibus nostris; & has oblationes famulorum famularumque tuarum benignus assume, vt quod singuli obtulerunt ad honorem nominis tui, cunctis proficiat ad salutem. Per.

Post Communionem.

QVOS cœlesti Domine dono satiasti, præsta, quæsumus, vt à nostris mûdemur occultis, & ab hostium liberemur insidijs. Per.

[Super populum.]

DA, quæsumus, Domine populo tuo mentem qua tibi deuotus existat; & intellectum, quo iusta deoscat; et propitiatione tuâ, qua piè desiderantibus profutura perficias. Per Dominum.]

XXIII. DOMINICA VII. POST PENTE- COSTEN.

DEVS virtutum, cuius est totum quod est optimum, in se peccatoribus nostris amorem tui nominis, & præsta in nobis religionis augmentum, vt quæ sunt bona, nutrias; ac vigilanti studio, quæ sunt nutrita, custodias. Per.

Secreta.

PROPI TIARE Domine supplicationibus nostris, & has populi tui oblationes benignus assume, & vt nullius sit irritum votû & nullius vacua postulatio, præsta vt quod fideliter petimus, efficaciter consequamur. Per.

Post Communionem.

REPLETI sumus Domine muneribus tuis; tribue, quæsumus, vt eorum & mundemur effectu, & muniamur auxilio. Per Dominum nostrum.

Super populum.

ABSOLVE, quæsumus, Domine delicta populorum; & à peccatorum nostrorum nexibus, quæ pro nostra fragilitate contraximus, tua benignitate liberemur. Per Dominum.]

XXV.

XXV. DOMINICA VIII. POST PENTE- COSTEN.

DEVS, cuius prouidentia in sui dispositione nõ fallit. *Huius quoq; cõcordatur, te supplices exoramus, vt noxia cuncta submoueas, cũ lect. et offert. Dõ. & omnia nobis profutura concedas. Per Dominum. 7. post Oct. Pent. vide apud eundem. &*

Secreta.

DEVS, qui legalium differentiam hostiarum vnus sacrificij perfectione sanxisti; accipe sacrificium à deuotis tibi famulis, & pari benedictione, sicut munera Abel, sanctifica, vt quod singuli obtulerunt ad maiestatis tuæ honorem, cunctis proficiat ad salutem. Per.

Post Communionem.

TVI nobis Domine communio sacramenti, & purificationem conferat, & tribuat vnitatem. Per.

[Super populum.]

ADESTO Domine populis tuis; &c. vt supra lib. i. inter Orat. quotid.]

XXVI. DOMINICA VIII. POST PENTE- COSTEN.

LARGIRE nobis Domine, quæsumus, semper spiritum cogitandi quæ recta sunt, propitius, & agendi; vt qui sine te esse non possumus, secundum te viuere valeamus. Per Dominum.

Secreta.

SUSCIPE munera, quæsumus Domine, quæ tibi de tua largitate deferimus, & hæc sacrosancta mysteria, gratiæ tuæ operante virtute, præsentis vitæ nos conuersatione sanctificet, & ad gaudia sempiterna perducant. Per.

Post Communionem.

SIT nobis Domine reparatio mentis & corporis cœlestis mysterium, vt cuius exequimur actione, sentiamus effectum. Per.

[Super populum.]

XXVII. DOMINICA X. POST PENTE- COSTEN.

BENEDICTIONEM tuam &c. vt supra loco citato.]

ccc 4

PA

PATEANT aures misericordiae tuae Domine precibus supplicantium, & vt petentibus desiderata concedas, fac tibi eos, quæsumus, placita postulare. Per.

Secreta.

CONCEDE nobis hæc, quæsumus Domine, frequentare mysteria, quia quoties huius hostiæ commemoratio celebratur, opus nostræ redemptionis exercetur. Per Dominum.

Post Communionem.

TUA nos Domine medicinalis operatio, & à nostris peruersitatibus clementer expediat, & ad ea quæ sunt recta, perducatur. Per Dominum.

[Alia.

TUI nobis Domine cõmunio sacramenti, & purificationem conferat, & tribuat vnitatem. Per Dominum.]

[Super populum.

RESPICE Domine propitius &c. vt supra libro I.]

XXVIII. DOMINICA XI. POST PENTECOSTEN.

Etiã huius concordia cõ Euãgelio Do- DEVS, qui omnipotentiam tuam parcendo maxime
minica 10. post octa. & miserando manifestas, multiplica super nos misericordiam tuam, vt ad tua promissa currentes, cœlestium bonorum facias esse confortes. Per.
Pent. vide apud eundem.

Secreta.

TIBI Domine sacrificia dicata reddantur; quæ sic ad honorem nominis tui deferenda tribuisti, vt eadem remedia fieri nostra prestatas. Per.

Post Communionem.

QUÆSUMVS Domine Deus noster, vt quos diuinis reparare non desinis sacramentis, tuis non destituas benignis auxilijs. Per Dominum.

[Super populum.

FIDE-

FIDELIS TUOS Domine &c. vt supra lib. I.] XXVIII. DOMINICA XII. POST PENTECOSTEN.

OMNIPOTENS sempiternus Deus, qui abundantia pietatis tuæ & merita supplicum excedis & lect. *Dominic. II. post oct. Pent. concordiam tradidit* mittas quæ conscientia metuit, & adijcias quod oratione non præsumit. Per. *ibidem Berno. et Miscol. c. 61.*

Secreta.

RESPICE Domine, quæsumus, nostram propitius seruitutem, vt quod offerimus, sit tibi munus acceptum, sit nostræ fragilitati subsidium. Per.

Post Communionem.

SENTIAMVS Domine, quæsumus, tui perceptione sacramenti subsidium mentis & corporis, vt in ytroque saluati, cœlestis remedij plenitudine gloriemur. Per.

[Super populum.

TVERE Domine populum tuum &c. vt supra lib. I.]

XXX. DOMINICA XIII. POST PENTECOSTEN.

OMNIPOTENS & misericors Deus, de cuius munere venit, vt tibi à fidelibus tuis dignè & laudabiliter seruiatur, tribue quæsumus nobis, vt ad promissiones tuas sine offensione curramus. Per.

Secreta.

HOSTIAS Domine propitius intede, quas sacris altaribus exhibemus, vt nobis indulgentiam largiendo, tuo nomini dent honorem. Per.

Post Communionem.

VIVIFICET nos, quæsumus, Domine huius participatio sancta mysterij, & pariter nobis expiationem tribuat & munimen. Per.

fff [Super

Huius etiam cum lect. et An. riph. Dõ. 12. post Oct. Pet.

[Super populum.]

RESPICE propitius Domine &c. vt supra lib. i.]

XXXI. DOMINICA XIII. POST PENTECOSTEN.

Et huius quoque, cum Enag. Do minica 13. post Pet.

OMNIPOTENS sempiternus Deus, da nobis fidei, spei & caritatis augmentum; & vt mereamur adsequi quod promittis, fac nos amare quod præcipis. Per.

Secreta.

PROPITIARE Domine populo tuo, propitiare muneribus, vt hac oblatione placatus, & indulgentiam nobis tribuas, & postulata concedas. Per Dominum.

Post Communionem.

SUMPTIS Domine cœlestibus sacramentis, ad redemptionis æternæ, quæsumus, proficiamus augmentum. Per.

[Super populum.]

PROTEGAT Domine, quæsumus, &c. vt supra lib. i.]

XXXII. DOMINICA XV. POST PENTECOSTEN.

CUSTODI Domine, quæsumus, ecclesiam tuam propitiatione perpetua, & quia sine te labitur vniuersa mortalitas, tuis semper auxilijs abstrahatur à noxijs, & ad salutaria dirigatur. Per.

Secreta.

CONCEDENOBIS Domine, quæsumus, vt hæc hostia salutaris, & nostrorum fiat purgatio delictorum, & tuæ propitiatio potestatis. Per Dominum.

Post Communionem.

PURIFICENT semper & muniant tua sacramenta nos Deus, & ad perpetuæ ducant saluationis effectum. Per.

[Super populum.]

CONSERVA, quæsumus Domine, tuorum corda &c. vt supra lib. i.]

XXXIII.

XXXIII. DOMINICA XVI. POST PENTECOSTEN.

ECCLESIAM tuam Domine miseratio continuata mundet & muniat, & quia sine te non potest salua consistere, tuo semper munere gubernetur. Per.

Secreta.

TUANOS Domine sacramenta custodiant, & contra diabolicos tueantur semper incurfus. Per.

Post Communionem.

MENTES nostras & corpora possideat, quæsumus Domine, doni cœlestis operatio, vt non noster sensus in nobis, sed iugiter æui præueniat effectus. Per.

[Super populum.]

CONSERVA, quæsumus, Domine, populum tuum, &c. vt supra lib. i.]

XXXIII. DOMINICA XVII. POST PENTECOSTEN.

TUANOS Domine, quæsumus, gratia semper & præueniat & sequatur, ac bonis operibus iugiter præstet esse intentos. Per Dominum nostrum.

Secreta.

MUNDANOS Domine sacrificij presentis effectum, & per fice miseratus in nobis, vt eius mereamur esse participes. Per Dominum.

Post Communionem.

PURIFICA Domine, quæsumus, mentes nostras benignus, & renoua cœlestibus sacramentis, vt consequenter & corporum præfens, pariter & futurum capiamus auxilium. Per Dominum nostrum.

[Super populum.]

FAMILIAE tuæ &c. vt supra lib. i.]

XXXV. DOMINICA XVIII. POST PENTECOSTEN.

fff 2 Da

DA, quæsumus Domine, populo tuo diabolica vitare contagia, & te solum Dominum pura mente sectari. Per.

Secreta.

MAIESTATEM tuam Domine suppliciter deprecamur, vt hæc sancta quæ gerimus, & à præteritis nos delictis exuant, & futuris. Per Dominum.

Post Communionem.

SANCTIFICATIONIBVS tuis omnipotens Deus, & vitia nostra curentur, & remedia nobis æterna proueniant. Per.

[Super populum.]

EXAUDI nos Deus &c. vt supra libr. I.]

XXXVI. DOMINICA XVIII. POST PENTECOST.

DIRIGAT corda nostra Domine, quæsumus, tuæ misericordie operatio, quia tibi sine te placere non possumus. Per Dominum nostrum.

Secreta.

DEVS, qui nos per huius sacrificij veneranda commercia vnus summæq; diuinitatis participes efficis, præsta, quæsumus, vt sicut tuam cognoscimus veritatem, sic eam dignis mentibus & moribus adsequamur. Per.

Post Communionem.

GRATIAS tibi Domine referimus sacro munere vegetati, tuam misericordiam deprecantes, vt dignos nos eius participatione perficias. Per.

[Super populum.]

TEMPORA nostra, quæsumus Domine, pio fauore prosequere, & quibus cursum tribuis largiorem, præsta continuum benignus auxilium.]

XXXVII. DOMINICA XX. POST PENTECOSTEN.

Omni.

OMNIPOTENS & misericors Deus, vniuersa nobis aduerfantia propitiatus exclude, vt mente & corpore pariter expediti, quæ tua sunt, liberis mentibus exequamur. Per.

Secreta.

HÆC munera, quæsumus Domine, quæ oculis tuæ maiestatis offerimus, salutaria nobis esse concede. Per.

Post Communionem.

TVA nos Domine medicinalis operatio, & à nostris peruersitatibus clementer expediat, & tuis faciat inhærere mandatis. Per Dominum.

Super populum.

FAMILIAM tuam Domine dextera, &c. vt supra libr. I.]

XXXVIII. DOMINICA XXI. POST PENTECOSTEN.

LARGIRE, quæsumus, Domine fidelibus tuis indulgentiam placatus & pacem, vt pariter ab omnibus mudentur offensis, & secura tibi mente deseruiant. Per.

Secreta.

COELESTEM nobis præbeant hæc mysteria, quæsumus Domine, medicinam, & vitia nostri cordis expurgent. Per Dominum nostrum.

Post Communionem.

VT sacris Domine reddamur digni muneribus, fac nos, quæsumus, tuis obedire mandatis. Per Dominum.

[Super populum.]

PROTECTOR in te sperantium &c. vt supra libr. I.]

XXXVIII. DOMINICA XXII. POST PENTECOSTEN.

fff 3

FAMI-

Huius quoque cum lect. et Antiph. Dominica 21. post octa. Pent. FAMILIAM tuam, quæsumus Domine, continua pietate custodi, vt à cunctis peruersitatibus, te protegete, sit libera, & in bonis actibus tuo nomini sit deuota. Per Dominum nostrum.

Secreta.

SUSCIPE Domine propitius hostias, quibus & te placari uoluiti, & nobis salutem potenti pietate restitui. Per Dominum.

Post Communionem.

IMMORTALITATIS alimoniam consecuti, quæsumus Domine, vt quod ore percepimus, mente sectemur. Per.

[Super populum.]

DA populo tuo, quæsumus Domine, & c. vt suprà lib. 1.]

XL. DOMINICA XXIII. POST PENTECOSTEN.

Huius deniq. cū lect. et antiph. Dominica 22. concordia ira. Etat Berno loco cit. DEVS refugium nostrum & virtus, adesto pijs eccle. siæ tuæ precibus auctor ipse pietatis, & præsta, vt quod fideliter petimus, efficaciter consequamur. Per.

Secreta.

DA misericors Deus, vt hæc salutaris oblatio, & à proprijs nosreatibus indefinenter expediat, & ab omnibus tueatur aduersis. Per Dominum.

Post Communionem.

SUMPSIMVS, Domine, sacri dona mysterij, humiliter deprecantes, vt quæ in tui commemoratione nos facere præcepisti, in nostræ proficiant infirmitatis auxilium. Per Dominum.

[Super populum.]

EXAUDI NOS Domine Deus noster, & ecclesiam tuam inter mundi turbines fluctuantem, clementi gubernatione moderare. Per Dominum.]

XLI. DOMINICA XXIII. POST PENTECOSTEN.

Exci.

EXCITA Domine, quæsumus, tuorum fidelium voluntates, vt diuini operis fructum propensius exequentes, pietatis tuæ remedia maiora percipiant. Per Dominum nostrum.

Lego. DOMIN.

XXIII.

Secreta.

post octa.

PROFITVS esto Domine supplicibus tuis, & populi tui oblationibus precibusque susceptis, omnium nostrorum ad te conuertere, vt à terrenis cupiditatibus liberi, ad cœlestia desideria transeamus. Per Dominum nostrum.

Pet. utie.

tiā suprà

adnotatā

est.

Post Communionem.

CONCEDE nobis Domine, quæsumus, vt sacramenta quæsumpsimus, quicquid in nostra mente vitiosum est, ipsius medicationis dono curetur. Per Dominum.

XLII. MISSA QUOTIDIANIS DIEBUS.

PERPETVA, quæsumus Domine, pace custodi, quos in te sperare donasti. Per Dominum nostrum.

Alia.

ADESTO nobis misericors Deus, & tuæ pietatis in nobis propitius dona concede. Per.

Secreta.

Adesto nobis, quæsumus Domine, & preces nostras benignus exaudi, vt quod fiducia non habet meritorum, placatio obtineat hostiarum. Per.

Post Communionem.

MYSTERIA sancta nos Domine, & spiritualibus expleant alimentis, & corporalibus tueantur auxilijs. Per.

XLIII. ITEM ALIA MISSA.

EXAUDI nos miserator & misericors Deus, & continentie salutaris propitius nobis dona concede. Per Dominum nostrum.

Super oblata.

fff 4

Ho.

HOSTIAS, quæsumus Domine, suscipe placatus oblatas, quæ & te sanctificando nobis efficiantur salutare. Per.

Post Communionem.

SANCTA tua nos Domine, quæsumus, & à peccatis exuant, & cœlestis vitæ vigore confirmant. Per.

XLIII. ITEM ALIA MISSA.

QUÆSUMUS vs, omnipotens Deus, vt plebs tua toto tibi corde deferuiens, & beneficia tua iugiter mereatur & pacem. Per.

Super Oblata.

SUSCIPERE, quæsumus, Domine hostiam redemptionis humanæ, & salutem nobis mentis & corporis operare placatus. Per.

Post Communionem.

DA, quæsumus, omnipotens Deus, vt mysteriorum virtute satiati, vita nostra firmetur. Per.

XLV. ITEM ALIA MISSA.

REGEM nostras Domine propitius voluntates, vt nec proprijs iniquitatibus implicentur, nec subdantur alienis. Per.

Secreta.

TVA sacramenta nos Deus circumtegant & reforment, simulque nobis temporale remedium conferant & æternum. Per.

Post Communionem.

TVA sancta nobis, omnipotens Deus, quæ sumpsimus, & indulgentiam præbeant, & auxilium perpetuæ defensionis impendant. Per.

XLVI. ALIA MISSA.

COMPRIME Domine, quæsumus, noxios semper incurfus, & salutarem temporibus nostris propitius da quietem. Per.

Secre-

Secreta.

IN tuo conspectu Domine, quæsumus, talia nostra sint munera, quæ & placare te valeant, & nos tibi placere perficiant. Per Dominum nostrum.

Post Communionem.

QUOTIDIANI Domine, quæsumus, munera sacramenti, ad perpetuam nobis tribue salutis augmentum. Per Dominum.

ITEM ALIA MISSA.

AB omnibus nos defende, quæsumus Domine, semper aduersis, & continuis tuere præsidijs. Per.

Secreta.

OFFERIMUS tibi Domine munera quæ dedisti, vt & creationis tuæ circa mortalitatem nostram, testificentur auxilium, & remedium nobis immortalitatis operentur. Per.

Post Communionem.

QUOD ore sumpsimus, Domine, mente capiamus, & de munere temporali, fiat nobis remedium sempiternum. Per Dominum.

Alia.

CONSERVENT nos, quæsumus, Domine munera tua, & æternam vitam tribuant nobis deprecantibus. Per Dominum.

XLVII. IN *NATALE VNIVS APOSTOLI.

*NATALI
& sic etiã
postea.

ORATIO. Secreta, & Post Communionem, vt supra in Vigilia S. Andree.

[Super populum.

EXAUDI Domine populum tuum, cum S. Apostoli tui N. patrocinio supplicatem; vt tuo semper auxilio secura tibi possit deuotione seruire. Per Dominum.

Ad Vesperos.

§§§

Deus.

DEVS, qui nos B. Apostoli tui N. annua solennitate lætificas; concede propitius, vt cuius natalitia colimus, etiam actione imitemur. Per Dominum.]

XLVIII. IN *NATALE PLVRIMORVM
APOSTOLORVM.

DEVS, qui nos annua Apostolorum tuorum N. & N. solennitate lætificas; præsta quæsumus, vt quorum gaudemus meritis, instruamur exemplis. Per Dominum nostrum Iesum Christum.

Secreta.

MVNERA Domine quæ pro Apostolorum tuorum N. & N. solennitate deferimus, propitius suscipe, & mala omnia quæ meremur, auerte. Per.

Post Communionem.

QVÆSUMVS Domine, salutaribus repleti mysterijs, vt quorum solennia celebramus, eorum orationibus adiuuemur. Per.

[Super populum.

DEVS qui ligandi soluendique licentiam tuis Apostolis contulisti, da quæsumus, vt per ipsos à terrenis vitijs expediti, liberi possimus cœlestibus interesse mysterijs. Per Dominum.

Ad Vesperos.

ESTO Domine plebi tuæ sanctificator & custos, vt apostolicis munita prædijs, & conuersatione tibi placeat, & secunda deferuiat. Per Dominum.]

XLVIII. IN NATALE VNIVS MARTYRIS.

PRÆSTA, quæsumus, omnipotens Deus, vt qui B. N. martyris tui natalitia colimus, eius intercessione in tui nominis amore roboremur. Per.

Super Oblata.

MVNERIBVS nostris, quæsumus Domine, precibusque suscipere,

sceptis, & cœlestibus nos munda mysterijs, & clementer exaudi. Per Dominum.

Post Communionem.

DA, quæsumus Domine Deus noster, vt sicut tuorum commemoratione sanctorum, temporali gratulamur officio, ita perpetuo lætemur ad spectu. Per Dominum.

[Super populum.

PLÈBS tua, Domine, sancti martyris tui N. te glorificatione magnificet, & eodem semper precante, te mereatur habere rectorum. Per Dominum.

Ad Vesperos.

DEVS, qui nos B. martyris tui N. confessione gloriosa circundas & protegis; da nobis, quæsumus, eius imitatione proficere, & oratione gaudere. Per Dominum.]

L. IN *NATALE PLVRIMORVM
MARTYRVM.

DEVS, qui nos concedis sanctorum martyrum tuorum. & N. N. natalitia colere, da nobis in æterna beatitudine de eorum societate gaudere. Per.

Secreta.

MVNERA tibi, Domine, nostræ deuotionis offerimus, quæ & pro tuorum tibi grata sint honore iustorum, & nobis salutaria, te miserante, reddantur. Per.

Post Communionem.

PRÆSTA nobis, Domine, quæsumus, intercedentibus sanctis tuis N. & N. vt quæ ore contingimus, pura mente capiamus. Per.

[Super populum.

ADESTO Domine populo tuo cum sanctorum tuorum patrocinio supplicanti; vt quod propria fiducia non præsumit, suffragantium meritis consequatur. Per Dominum.

Ad Vesperos.

ggg 2 Conce-

CONCEDE, quæsumus, omnipotens Deus, vt sanctorum martyrum tuorum N. quorum celebramus victorias, participemur & præmijs. Per Dominum.]

LI. IN *NATALE VNIVS CONFESSORIS.

DA, quæsumus, omnipotens Deus, vt B.N. confessoris tui veneranda solennitas, & deuotionem nobis augeat, & salutem. Per.
Secreta.

SANCTI tui nos, quæsumus, Domine vbique lætificet, vt dum eorum merita recolimus, patrocinia sentiamus. Per.

Post Communionem.

PRAESTA, quæsumus omnipotens Deus, vt de perceptis muneribus gratias exhibentes, beneficia potiora sumamus. Per.

[Super populum.

PLEBS tua, Domine, lætetur tuorum semper in honore sanctorum, vt eorum percipiat intercessione votiua subsidia, quorum patrocinijs subleuatur.

Ad Vesperos.

SANCTI Confessoris tui N. nos quæsumus Domine tuere præfidijs, & eius semper intercessionibus adiuuemur. Per Dominum.]

LII. IN *NATALE PLVRIMORVM CONFESSORVM.

DEVS, qui nos sanctorum tuorum N. & N. cõfessionibus gloriosis circundas & protegis, da nobis in eorum imitatione proficere, & intercessione gaudere. Per Dominum nostrum.

Super Oblata.

SUSCIPE Domine preces & munera, quæ vt tuo sint digna conspectui, sanctorum tuorum precibus adiuuemur. Per Dominum.

Post

Post Communionem.

CORPORIS sacri & preciosi sanguinis repleti libamine, quæsumus Domine Deus noster, vt quod pia deuotione gerimus, certa redemptione capiamus. Per.

[Super populum.

TVERE, quæsumus, Domine populum tuum, & mystica iugiter participatione renouatum, & continua sanctorum confessorum supplicatione protectum. Per Dominum.

Ad Vesperos.

SANCTORVM Confessorum tuorum nos Domine, quæsumus, foueat preciosa confessio, & pia iugiter intercessio tueatur. Per Dominum.

LIII. IN NATALE VNIVS VIRGINIS

DEVS qui inter cætera &c. vt supra lib. i. in festo S. Agathæ.
Alia.

INDVLGENTIAM nobis Domine B.N. martyr imploret, quæ tibi grata semp extitit & merito castitatis, & tuæ professione virtutis. Per.

Secreta.

SUSCIPE munera Domine quæ in Beatæ N. martyris tuæ solennitate deferimus, cuius nos scimus patrocinio liberari. Per.

Post Communionem.

AUXILIENTER nobis Domine sumpta mysteria, & intercedente beata N. martyre tua, sempiterna protectione confirmet. Per Dominum.

Super populum.

AD SIT plebituq, omnipotens Deus, beatę virginis tuæ N. supplicatio, vt cuius honoribus gloriatur, protegatur auxilio. Per Dominum.

Ad Vesperos.

OMNIPOTENS sempiternæ Deus, misericordiã tuam ostēde
ggg 3 suppli-

supplicibus, vt qui de meritorum nostrorum qualitate diffidimus, intercedente Beata N. virgine tua, non iudicium tuum, sed indulgentiam sentiamus. Per Dominum.]

LIIII. AD POSCENDA SVFFRAGIA SANCTORVM.

CONCEDE, quæsumus omnipotens Deus, vt intercessio nos sanctæ Dei genetricis Mariæ, sanctorumque omnium Apostolorum, & Confessorum, & omnium electorum tuorum vbi que lætificet, vt dum eorū merita recolimus, patrocina sentiamus. Per.
Secreta.

OBLATIS Domine placare muneribus, & intercedentibus omnibus sanctis tuis, à cunctis nos defende periculis. Per Dominum.

Post Communionem.

SYMPSIMVS Domine sanctorum tuorum solennia celebrates, sacramenta cœlestia; præsta, quæsumus, vt quod temporaliter gerimus, æternis gaudijs consequamur. Per Dominum.

LV. AD CLERICVM FACIENDVM.

Oratio.

Hæc ora. habes in ord. Rom. p. 86.
OREMVS, dilectissimi fratres, Dominum nostrū Iesum Christum pro hoc famulo suo N. qui ad deponendam comam capitis sui, pro eius amore festinat, vt donet ei spiritum sanctum, qui habitum religionis in eo perpetuum conferuet, & à mundi impedimento vel seculari desiderio cor eius defendat, vt sicut immutatur in vultu, ita manus dextera eius ei virtutis tribuat incrementa, & ab omni cæcitate humana oculos eius aperiat, & lumen ei æternæ gratiæ concedat, Qui viuit & regnat.

Item alia.

ADESTO Domine supplicationibus nostris, & hunc famulū tuum

tuum N. benedicere dignare, cui in tuo sancto nomine habitum sacre religionis imponimus, vt te largiente, & deuotus in Ecclesia persistere, & vitam percipere mereatur æternam. Per. ¶

Dum tondis eum, dicis:

ANT. Tu es Domine qui restitues hæreditatem meam. V. Dominus pars hæreditatis meæ. Et: Gloria patri. Ant. Hæc est generatio. Et: Gloria patri.

Oratio post tonsionem.

PRAESTA, quæsumus, omnipotens Deus huic famulo tuo N. cuius hodie capitis comam pro diuino amore deposuimus, vt in tua dilectione perpetua maneat, & eum sine macula in sempiternum custodias. Per.

LVI. BENEDICTIO VESTIVM VIRGINIS VEL VIDVÆ.

DEVS, qui vestimentum salutare & indumentum æternæ iucunditatis tuis fidelibus promissisti, clementiam tuam suppliciter exoramus, vt hæc indumenta humilitatem cordis & contemptū mundi significantia, quibus famula tua N. sancto visibiliter est informanda, proposito, propitius benedicas, & beatæ castitatis habitum, quem te inspirante suscepit, te protegente custodiat. Per Dominum nostrum Iesum Christum.

Alia.

DEVS bonarum virtutum dator, & omnium benedictionum largus infusus; exaudi preces nostras, & hanc vestem quam famula tua N. pro conferuando castitatis signo se ad operiendam exposcit, benedicere & sanctificare digneris.

BENEDICTIO VIRGINIS, AB EPI- SCOPO DICENDA.

Bened. hæc et consecrat. videre est etiã in Ord. Rõ. p. 142.

RESPICE Domine propitius super hanc famulam tuam N. vt sanctæ virginitatis propositum, quod te inspirante suscepit, te gubernante custodiat. Per.

Consecratio.

DEVS castorum corporum benignus inhabitator, & incorruptarum amator animarum, respice super hanc famulam tuam N. quæ tibi deuotionem suam offert, à quo & ipsa idem votum adsumpsit, sit in ea Domine per donum spiritus tui, prudens modestia, sapiens benignitas, grauis lenitas, casta libertas, ferueat in charitate, & nihil extra te diligat, laudabiliterq; uiuat, & laudari non appetat: te timeat, tibi amore feruiat, tu ei honor, tu gaudium, tu in mœrore solatium, tu in ambiguitate cõsilium, tu in iniuria defensio, in tribulatione patientia, in paupertate abundantia, in ieiunio cibus, in infirmitate sis medicina. Per te quem diligere super omnia appetit quod est professa, custodiat, vt & hostem antiquum deuincat, & vitiorum squallores expurget. Quatenus centesimi fructus dono virginitatis decorari, virtutumq; lampadibus exornari, & electarum tuarum virginum consortium, te donante, mereatur vniri. Per.

LVII. BENEDICTIO ALTARIS.

DEPRECAMUR misericordiam tuam, omnipotens æterne Deus, vt hoc altare sacrificijs spiritalibus consecrandum, vocis nostræ exorandus officio, præsentib; benedictione sanctifices, vt in eo semper oblationes famulorum tuorum studio suæ deuotionis impositas, benedicere & sanctificare digneris, & spiritali placatus incenso, precanti familiæ tuæ promptus exauditor adstas. Per.

LVIII. CONSECRATIO ALTARIS.

DEVS omnipotens, in cuius honore hoc altare sub inuocatione tui nominis consecramus, clemens & propitius preces nostræ humilitatis exaudi, & præsta, vt in hac mensa sint tibi libamina accepta, sint grata, sint pingua, & spiritu sancti tui semper rore perfusa, vt omni tempore in hoc loco supplicantis familiæ tuæ anxietates

tates releues, ægritudines cures, preces exaudias, vota suscipias, desiderata confirmes, postulata concedas. Per Dominum.

LVIII. AD CONSECRANDAM PATENAM.

CONSECRAMVS & sanctificamus hanc patenam, ad faciendum in ea corpus Domini nostri Iesu Christi, patientis crucis pro omnium nostra salute. Qui cum patre.

Deindè facis signum crucis de oleo sancto super patenam, & benedic his verbis:

CONSECRARE & sanctificare digneris Domine patenam hanc per istam vnctionem, & nostram benedictionem in Christo Iesu Domino nostro. Qui tecum.

LX. AD CALICEM BENEDICENDVM.

DIGNARE Domine Deus noster calicem istum, in usum ministerij tui pia deuotione formatum, ea sanctificatione perfunde, qua Melchisedech famuli tui sacratum calicem perfudisti: & quod arte vel metallo effici non potest, altaribus tuis dignum, fiat tua benedictione preciosum atque sanctificatum. Per.

LXI. ORATIO IN DEDICATIONE FONTIS.

OMNIPOTENS sempiternæ Deus, hoc baptisterium cœlesti visitatione dedicatū, spiritus tui illustratione sanctifica, vt quocunque fons iste lauaturus est, trina ablutione purgati, indulgentiam omnium delictorum tuo munere consequantur. Per.

Alia.

MULTIPLICA Domine benedictionem tuam, & spiritus tui munere fidem nostram corrobora, vt qui in hæc fluentia descenderint, in libro vitæ adscribi mereantur. Per Dominum.

h h h

LXII.

LXII. MISSA IN ANNIVERSARIO DEDICATIONIS BASILICAE.

DEVS, qui per singulos annos huius sancti templi tui consecrationis reparas diem, & sacris semper mysterijs repræsentas incolumes: exaudi preces populi tui, & presta, vt quisquis hoc templum beneficia petiturus ingreditur, cuncta se impetrâsse lateatur. Per.

Secreta.

ANNVE, quæsumus Domine, precibus nostris, vt quicumque intra templi huius, cuius anniuersarium dedicationis diem celebramus, ambitum continemur, plena tibi atque perfecta corporis & animæ deuotione placeamus, vt dum hæc præsentia vota reddimus, ad æterna præmia, te adiuuante, venire mereamur. Per Dominum.

Ad Complendum.

DEVS, qui ecclesiam tuam sponsam vocare dignatus es, vt que haberet gratiam per fidei deuotionem, haberet etiam ex nomine pietatem, da vt omnis hæc plebs nomini tuo seruiens, huius vocabuli confortio digna esse mereatur, & ecclesia tua in templo, cuius anniuersarius dedicationis dies celebratur, tibi collecta, tibi te diligat, te sequatur, vt dum iugiter per vestigia tua graditur, ad cœlestia promissa, te ducente, peruenire mereatur. Qui vitis.

Super populum.

DEVS, qui de viuis & electis lapidibus æternum maiestati tuæ condidisti habitaculum, auxiliare populo supplicanti, vt quod ecclesie tuæ corporalibus proficit spatij, spiritalibus amplificetur augmentis. Per Dominum.

LXIII.

PRO REGIBVS.

DEVS, regnorū omnium & Christiani maximè protector imperij, da seruis tuis regibus nostris N. & N. triumphū virtutis tuæ scienter ex-

ter excolere, vt qui tua constitutione sunt principes, tuo semper munere fiat potentes. Per Dominum nostrum.

Secreta.

SUSCIPERE Domine preces & hostias ecclesie tuæ, pro salute famulorum tuorum N. & N. supplicantis, & in protectione fidelium populorum antiqua brachij tui operare miracula, vt superatis pacis inimicis, secura tibi seruiat Christiana libertas. Per Dominum nostrum.

Infra actionem.

HANC igitur oblationem famuli tui N. quam tibi ministerio officij sacerdotalis offerimus, pro eo quod in ipso potestatem imperij conferre dignatus es, propitius & benignus assume, & exoratus nostra obsecratione, concede, vt maiestatis tuæ protectione confidens, & æuo augetur, & regno. Per Dominum.

Post Communionem.

DEVS qui ad prædicandum æterni regis euangelium, Romanum imperium præparasti, prætende famulis tuis N. principibus nostris arma cœlestia, vt pax ecclesiarum, nulla turbetur tempestate bellorum. Per Dominum nostrum.

LXIII. MISSA QUOTIDIANA PRO REGE.

QUÆSUMVS, omnipotens Deus, vt famulus tuus N. qui tua miseratione suscepit regni gubernacula, virtutum etiā omnium percipiat incrementa, quibus decenter ornatus, & vitiorum monstra deuitare, & ad te, qui via veritatis & vita es, gratiofus valeat peruenire. Per Dominum.

Secreta.

MVNERA Domine, quæsumus, oblata sanctifica, vt & nobis vnigeniti tui corpus & sanguis fiant, & illi ad obtinendam animæ corporisq; salutem, & peragendum iniunctum officium, te largiente, vsquequaque proficiant. Per.

hhh 2 Ad

Ad Complendum.

HÆC Domine oratio salutaris famulum tuum N. ab omnibus tueatur aduersis, quatenus & ecclesiastica pacis obtineat tranquillitatem, & post istius temporis decursum, ad æternam perueniat hæreditatem. Per.

LXV. MISSA TEMPORE SYNODI PRO REGE DICENDA.

OMNIPOTENS sempiternæ Deus, qui famulum tuum N. regi fastigio dignatus es sublimare, tribue ei, quæsumus, vt ita in præfenti collecta multitudine cunctorum in commune salutem disponat, quatenus à tuæ veritatis tramite non recedat. Per.

Secreta.

CONCEDE, omnipotens Deus, his salutaribus sacrificijs placatus, vt famulus tuus N. ad peragendum regalis dignitatis officium, inueniatur semper idoneus, & cœlestis patriæ gaudijs reddatur acceptus. Per Dominum nostrum.

Ad Complendum.

HÆC Domine salutaris sacrificij perceptio famuli tui N. peccatorum maculas diluat, & ad regendum secundum tuam voluntatem populum idoneum reddat, vt hoc salutari mysterio contra visibiles hostes reddatur inuictus, per quod mundus est diuina dispensatione redemptus. Per Dominum.

LXVI. MISSA SPECIALIS SACERDOTIS.

OMNIPOTENS sempiternæ Deus, tuæ gratiæ pietatem supplici deuotione deprecor, vt omnium malorum meorum vincula soluat, cunctisque meis criminibus & peccatis clementer ignoscas, & quia me indignum & peccatorem, ad ministerium tuum vocare dignatus es, sic me idoneum tibi ministrum efficias, vt sacrificium de manibus meis placidè ac benignè suscipias,

suscipias, electorumque sacerdotum me participem facias, & de præceptis tuis in nullo me oberrare permittas. Per Dominum nostrum.

Super oblata.

DEVS, qui te præcipis à peccatoribus exorari, tibi que sacrificium contriti cordis offerre, hoc sacrificium quod indignis manibus meis offero, acceptare dignare, & vt ipse tibi hostia & sacrificium esse merear, miseratus concede, quo per ministerij huius exhibitionem, peccatorum omnium percipiam remissionem. Per.

Præfatio.

D. & iustum est, vsque æternæ Deus. Qui dissimulatis humanæ fragilitatis peccatis sacerdotij dignitatem concedis indignis, & non solum peccata dimittis, verum etiam ipsos peccatores iustificare digneris. Cuius est muneris, vt non solum existentia sumant exordia, exorta nutrimentum, nutrita fructum, fructuosa perseuerandi auxilium. Qui me non existentem, creasti; creatum, fidei firmitate distasti; fidelem, quamuis peccatis squalentem, sacerdotij dignitate donasti. Tuam igitur omnipotentiam suppliciter exposco, vt me à præteritis peccatis emacules, in mundi huius cursu in bonis operibus corroboret, & in perseuerantiæ soliditate confirmes. Sicque me facias tuis altaribus deseruire, vt ad eorum qui tibi placuerunt, sacerdotum consortium valeam peruenire. Et per eum tibi sit meum acceptabile votum, qui se tibi obtulit in sacrificium, qui est omnium opifex, & solus sine peccati macula pontifex, Iesus Christus, Dominus noster; Per quem maiestatem.

Ad Complendum.

HUIUS mihi Domine sacramenti perceptio, sit peccatorum remissio, & tuæ pietatis optata propitiatio, vt per hæc, te opitulante, efficiar sacris mysterijs dignus, quæ de tua pietate confusus, frequentare præsumo indignus. Per.

LXVII. ITEM ALIA MISSA SACERDOTIS SPECIALIS.

DEVS, fons bonitatis & pietatis origo, qui peccantem non statim iudicas, sed ad poenitentiam miseratus expectas; te quaeso, vt facinorum meorum squalores abstergas, & me ad peragendum iniunctum officium, dignum efficias; vt qui altaris tui ministeriū suscepi indignus, perago trepidus, ad peragendum reddar strenuus, & inter eos qui tibi placuerūt, inueniar iustificatus. Per Dominum nostrum Iesum.

Super Oblata.

SACRIFICII praesentis, quaeso Domine, oblatio mea purget facinora, per quod totius mundi voluisti relaxari peccata; illiusque frequentatione efficiar dignus, quod vt frequentarem, suscepi indignus. Per Dominum nostrum.

Præfatio.

D. & iustum est, vsque; æterne Deus. Qui dum libenter nostra poenitudinis satisfactionem suscipis, ipse tuo iudicio, quod erramus abscondis: Et præterita peccata nostra dissimulas, vt nobis sacerdotij dignitatem concedas. Tuum est enim, me ad ministrandum altari tuo dignum efficere, quem ad peragendum id officij, indignum dignatus es promouere. Vt præteritorum actuum meorum mala obliuiscens, praesentium ordinem in tua voluntate disponens, futuris custodiam imponens, per eum vitiorum squaloribus expurger, virtutum nutrimentis exorner, eorum sacerdotum consortio qui tibi placuerunt, aduner, quem constat esse verum summūq; pontificem, solumque sine peccati cōtagio sacerdotem Iesum Christum Dominum nostrum. Per quem.

Ad Complendum.

HVIVS Domine, perceptio sacramenti, peccatorum meorum maculas tergat, & ad peragendum iniunctum officium, me idoneum reddat. Per.

Alia.

DEVS, cuius arbitrio omnium seculorum ordo decurrit, respice propitiis ad me famulum tuum, quem ad ordinem presbyteratus promouere dignatus es, & vt tibi mea seruitus placeat, tua in me misericorditer dona conserua. Per Dominum nostrum.

Secre-

Secreta.

PERFICE Domine, quaesumus, benignus in nobis, vt quæ sacris mysterijs profitemur, pijs actionibus exequamur. Per Dominum.

Infra actionem.

HANC igitur oblationem seruitutis meæ quam tibi offero ego tuus famulus & sacerdos, pro eo quod me eligere dignatus es in ordinem presbyterij, vt sacrificijs tuis ac diuinis altaribus deseruire. Pro hoc reddo tibi vota mea Deo vero & viuo, maiestatem tuam suppliciter imploras, vt opera manuum tuarum in me ipso custodias, & idoneum me per omnia ministrum tuę voluntatis efficias. Per Christum.

Ad Complendum.

MVNERVM tuorum Domine largitate sumentes supplices deprecamur, vt quibus donasti huius ministerij seruitutem exequendi, gratiam tuam tribuas facultatem. Per Dominum nostrum.

ITEM ALIA.

FAC me, quaeso, omnipotens Deus ita iustitia indui, vt in sanctorum tuorum merear exultatione lætari, quatenus emundatus ab omnibus sordibus peccatorum, consortium adipiscar tibi placentium sacerdotum, meque; tua misericordia à vitijs omnibus exuant, quem reatus proprię conscientię grauat. Per.

Secreta.

DEVS misericordiæ, Deus charitatis, Deus indulgentiæ, indulge quaeso, & miserere mei: sacrificium, quod pietatis tuę gratiæ pro peccatis meis humiliter offero, benignè suscipere digneris; & peccata, quæ libentibus vitijs contraxi, pius & propitiis ac miseratus indulgeas, & locum poenitię ac flumina lachrymarum concessa veniam à te merear accipere. Per.

Præfatio.

D. & iustum est, vsque; æterne Deus. Et clementiam tuam humiliter implorare, vt facturam tuam non despicias, nec ab inimicis tribulari permittas. Scio enim me grauiter deliquisse, & præceptis tuis minimè obedisse. Ideò humiliter obsecro, gratiam tuam Domine mihi semper consolatricem adhibeas, & misericordiam tuam regibus* factricem adponas. Vnde exposco pietatem tuam magnam, *fort. fam

h h h 4 vt mea trisem.

vt mea dimittas peccata, quia plus valet misericordia tua ad erigendum, quàm fallacia inimici ad decipiendum. Misere mei Domine secundum magnam misericordiam tuam, vt vnde erubescas, tu indulgeas, & ea quæ gessisse me poenitet, clementer ignoscas. Per.

Infra actionem.

HANC igitur oblationem, quam tibi offero ego famulus tuus, tu clementissime pater libenter excipias, deprecor: orationesque meas dignanter intendas, tribulationes cordis mei misericorditer auferas, placabilis vota suscipias, libens desideria compleas, clemens peccata dimittas, crimina benignus abstergas, flagella propitius redimas, languores miseratus excludas, serenissimo vultu petitionibus meis accommodes, gratiam tuam mihi multipliciter augeas, & misericordiam tuam incessabiliter largiaris, diesque.

Post Communionem.

DEVS charitatis & pacis, qui pro salute generis humani crucis patibulum * sustulisti, & sanguinem tuum pro redemptione nostra sudisti, preces nostras placatus & benignus suscipe, & misericordiam tuam mihi concede vt cum de corpore me exire iufferis, pars iniqua in me non habeat potestatem, sed angelus tuus sanctus inter sanctos & electos tuos collocet, vbi lux permanet, & vita regnat. Per.

ITEM ALIA.

SUPLICITER te, pijsime Deus pater omnipotens, qui es creator omnium rerum, deprecor, vt dum me famulum tuum coram omnipotentia maiestatis tuæ grauiter deliquisse confiteor, manum misericordiæ tuæ mihi porrigas, quatenus dum hanc oblationem ante potentiam tuæ maiestatis offero, quod nequiter admisi, clementissimè digneris absolueri. Per.

Lectio Hieremiæ prophetæ.

IN diebus illis, dixit Hieremias: Domine, omnes qui te derelin-

linquunt, confundentur; recedentes à te, in terra scribentur. Quoniam dereliquerunt venam aquarum viuētium Dominum. Sana me Domine, & sanabor: saluum me fac, & saluus ero, quoniam laus mea tu es Domine Deus meus.

Lectio S. Euangelij secundum Iohannem.

IN illo tempore, dixit Iesus discipulis suis. Si manseritis in me, & verba mea in vobis manserint, quodcunque volueritis, petetis, & fiet vobis.

Super Oblata.

TIBI Domine Deus meus meæ deuotionis hostias immolo: hoc oro, pariterque deprecor clementiam tuam, vt me sacrificium tuum mortificatione vitæ carnalis effectum, in odorem suauitatis accipias, & moribus quibus professio mea congruit, instituas: Vt quem sanctæ compunctionis ardore ab hominum cæterorum proposito segregasti, etiam à conuersatione carnali, atque ab immunditia actuum terrenorum, infusa mihi cœlitus sanctitate, discernas, vt omnia terrena despiciam, cœlestia appetam. Per.

Præfatio.

D. & iustum est, vsque æterne Deus. Qui pro amore hominum factus in similitudinem carnis peccati, formam serui Dominus assumpsit, & in specie vulnerati, medicus ambulauit. Hic nobis Dominus & minister salutis, aduocatus & iudex, sacerdos & sacrificium. Per hunc te Domine sancte pater suppliciter exoro, vt dum reatum conscientie meæ recognosco, quod in præceptis tuis præuaricator extiti, & per delictorum facinus corruui in ruinam. Tu me Domine erige, quem lapsus peccati prostrauit; illumina cæcū, quem tetræ peccatorum caligines obscurauerunt; solue compeditum, quem vincula peccatorum constringunt. Præsta per sanctum & gloriosum & adorandum Dominum nostrum Iesum Christum, filium tuum, quem laudant angeli, adorant dominationes, tremunt potestates.

Infra actionem.

HANC igitur oblationem quam tibi Domine offero, pro peccatis meis minus atque offensionibus, maiestatem tuam totis viribus

ribus humili prece depono, Deus pijsime, dignanter suscipias, exorans vt dimittas crimina, quæ fragilitate carnis atque tentatione iniquorum spirituum nequiter admisi; & iam reuerti me ad ea non sinas vltra, sed cõfirma me in iustificationibus tuis, & perseuerantiam mihi tribue in illis, & fac me dignum ante conspectum tuum adstare, & sacrificium tibi Domino mundo corde & casto corpore dignè offerre, diesq; nostros.

Post Communionem.

OMNIPOTENS sempiternæ Deus, Iesu Christe Domine, esto propitijs peccatis meis, per adsumptionem corporis & sanguinis tui, & per intercessionem sancti tui N. Tu enim loquens dixisti, qui manducat carnem meam, et bibit sanguinem meum, ipse in me manet, & ego in eo. Ideo te supplex deprecor, vt in me conmundum crees, & spiritum rectum in visceribus meis innoues, & spiritu principali me confirmare digneris, atque ab omnibus infidijs diaboli atque vitijs emundes, vt gaudijs cœlestibus merear esse particeps. Qui cum patre.

ITEM ALIA.

DEVS, sub cuius oculis omne cor trepidat, omnes conscientia pauescunt, respice propitijs ad preces gemitus mei, vt sicut me nullis præcedentibus meritis in loco huius seruitutis tuæ sacris fecisti adstare altaribus, ita secundum multitudinem miserationum tuarum da indulgentiam peccatorum meorum, vt mea fragilitas, quæ per se proclius est ad labendum, per te semper reparetur ad veniam. Per.

Secreta.

HOSTIAS tibi Domine placationis & laudis pro venia delictorum meorum offero ego indignus famulus tuus, obsecrans misericordiam tuam, vt ab occultis me reatibus emundes clementer, & à manifestis conuenienter expurges. Per Dominum.

Præfatio.

D. & iustum est, vsque; æterne Deus. Cuius omnipotentia laudanda,

danda, pietas amplectenda, misericordia est exoranda; cuius etiam pietatem humiliter imploramus, vt cunctorum nobis remissionem tribuas peccatorum. Actusque nostros in voluntate tua dirigere, nosq; à cunctis malis digneris eripere; Quatenus ab omnibus aduersitatibus tua opitulatione defendi, & in bonis omnibus confirmari, & præsentem vitam sub tua gubernatione inculpabiliter transigere & ad æternam, largiente te, feliciter peruenire valeamus. Per Christum.

Post Communionem.

DEVS, qui me indignum sacris mysterijs, corpore & sanguine dilectissimi filij tui Domini nostri Iesu Christi, confortare dignatus es, humiliter obsecro misericordiam tuam, vt non sit ad iudicium animæ meæ; præsta, quæso, Domine indulgentiam mihi peccatori, gratiam, quam mea non exigunt merita, porrigere manum pietatis tuæ mihi lapsò, & aperi mihi peccatori ianuam regni tui cœlestis, per quam, te tribuente, merear ingredi in requiem sempiternam. Per eundem.

ITEM ALIA.

OMNIPOTENS sempiternæ Deus, qui me peccatorem sacris altaribus adstare voluisti, & sancti nominis tui laudare potētiam; concede, quæso, per huius sacramenti mysterium, meorum mihi veniam peccatorum, vt tuæ maiestati dignè ministrare merear. Per.

Super Oblata.

DA, quæsumus, clementissime pater, per huius oblationis mysterium, meorum mihi veniam peccatorum, vt non ad iudicium animæ meæ, sed ad indulgentiam, huius presbyteratus ordo mihi proficiat sempiternam. Per Dominum.

Præfatio.

D. & iustum est, vsque; æterne Deus. Qui septiformis ecclesiasticæ dignitatis gradus septuplici dono sancti spiritus decorasti, præsta mihi propitijs famulo tuo, eundem in sanctitate vitæ promereri spiritum paracletum, quem vnigenitus filius tuus

Dominus noster Iesus Christus, tuis fidelibus mittendū esse promisit. Qui mihi peccatori inspirare dignetur catholicæ fidei firmitatē, & sanctæ charitatis tuæ dulcedinem meq; terrena despiciere, & amare cœlestia doceat. Per Christum Dominum nostrū.

Post Communionem.

SVMENTES, Domine Deus, salutis nostræ sacramenta, præsta, quæsumus, vt eorum participatio, mihi famulo tuo ad perpetuam proficiat salutem. Per.

Alia.

AVRES tuæ pietatis, mitissime Deus, inclina precibus meis, & gratia sancti spiritus illumina cor meum, vt tuis mysterijs dignè ministrare, teque æterna charitate diligere merear. Per.

LXVIII. MISSA VOTIVA PRO AMICO, VEL PRO QVO VOLVERIS.

DEVS qui iustificas impium, & non vis mortem peccatorum, maiestatem tuam suppliciter deprecamur, vt famulum tuum N. de tua misericordia confidentem, cœlesti protegas benignus auxilio, & assidua protectione conserues, vt tibi iugiter famuletur, & nullis tentationibus à te separetur. Per.

Super Oblata.

HVIUS Domine, quæsumus, virtute mysterij, & à proprijs nos munda delictis, & famulum tuum N. ab omnibus absolue peccatis. Per.

Præfatio.

D. & iustum est, vsque; æterne Deus. Implorantes tuæ maiestatis misericordiam, vt famulo tuo N. veniam suorum largiri digneris peccatorum; vt ab omnibus inimici vinculis liberatus, tuis toto corde inhæreat mandatis. Et te solum semper tota virtute diligat, & ad tuæ quandoq; beatitudinis visionem peruenire mereatur. Per.

Post Communionem.

Purifi-

PVRIFICENT nos Domine, quæsumus, sacramenta quæ sumimus, & famulum tuum ab omni culpa liberum esse concede, vt qui conscientia reatu confringitur, cœlestis remedij plenitudine glorietur. Per Dominum.

LXVIII. ITEM ALIA MISSA.

OMNIPOTENS sempiternæ Deus, miserere famulo tuo N. & dirige eum secundum tuam clementiam in viam salutis æternæ, vt te donante, tibi placita cupiat, & tota virtute perficiat. Per Dominum.

Lectio Epistolæ B. Pauli Apostoli ad Galatas.

FRATRES, Si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spirituales estis, instruite huiusmodi in spiritu mansuetudinis.

Lectio S. Euangelij secundum Iohannem.

IN illo tempore, Subleuatis Iesus oculis in cœlum, dixit: Pater nunc ad te venio, & hæc loquor in mundo, vt habeant gaudium meum impletum in semetipsis.

Secreta.

PROFICIAT, quæsumus, Domine hæc oblatio quam tuę simplices offerimus maiestati ad salutem famuli tui N. vt tua prudentia eius vita inter aduersa & prospera vbique dirigatur. Per.

Post Communionem.

SVMENTES, Domine, perpetuæ sacramenta salutis, tuam deprecamur clementiam, vt per ea famulum tuum N. ab omni aduersitate protegas. Per Dominum nostrum.

Alia.

FAMVLVM tuum, quæsumus Domine, tua semper protectione custodi, vt libera tibi mente deseruiat, & te protegente, à malis omnibus sit securus. Per.

LXX. ITEM ALIA.

AD ESTO Domine supplicationibus nostris, & hanc famuli tui N. oblationem benignis adsume, vt qui auxilium tuæ miserationis implorat, & sanctificationis gratiam percipiat, & quæ piè precatur obtineat. Per.

iii 3

Secre-

Secreta.

GRATA tibi sit Domine hæc oblatio famuli tui N. quam tibi offerimus in honorem beati N. martyris tui: quæsumus, vt eidem proficiat ad salutem. Per.

Infra actionem.

HANC igitur oblationem, quam tibi offerimus pro famulo tuo N. vt omnium peccatorum suorum veniam consequi mereatur: quæsumus Domine, placatus accipias, & miserationis tue largitate concedas, vt fiat ei ad veniam delictorum, & actuum emendationem, vt & hic valeat benè viuere, & ad æternam beatitudinè feliciter peruenire. diesque nostros.

Ad Complendum.

HVIS Domine, quæsumus, virtute mysterij, et à proprijs mûdemur occultis, & famulum tuum N. ab omnibus absolue peccatis. Per.

LXXI. MISSA PRO SALVTE VIVORVM.

PRÆTENDERE Domine famulis & famulabus tuis N. dexteram cœlestis auxiliij, vt te toto corde perquirant, & quæ digne postulant, adsequantur. Per Dominum nostrum.

Secreta.

PROPTIARE Domine supplicationibus nostris, & has oblationes famulorum famularumque tuarum, quas tibi pro incolumitate eorum offerimus, benignus adsume, & vt nullius sit irritum votum, nullius vacua postulatio; præsta, quæsumus, vt quos fideliter petimus, efficaciter consequamur. Per.

Ad Complendum.

DA famulis & famulabus tuis, quæsumus Domine, in tua fide & sinceritate constantiam, vt in charitate diuina formati, nullis temptationibus ab eius integritate vellantur. Per Dominum.

LXXII. ITEM ALIA MISSA PRO FAMILIARIBVS.

DEVS, qui charitatis dona per gratiâ sancti spiritus tuorum cordibus

dibus fidelium infudisti, da famulis tuis, pro quibus tuam deprecamur clementiam, salutem mentis & corporis, vt te tota virtute diligant, & quæ tibi placita sunt, tota dilectione perficiant. Per Dominum nostrum.

Lectio Epistolæ B. Pauli Apostoli ad Romanos.

FRATRES, Spiritus autem adiuuat infirmitatem nostram.

Lectio S. Euangelij secundum Iohannem.

SUBLEVATIS Iesus oculis in cœlum, dixit: Pater, quos dedisti mihi, volo vt vbi ego sum, & illi sint mecum.

Super oblata.

MISERERE, quæsumus Domine Deus, famulis tuis, pro quibus hoc sacrificium laudis tuæ offerimus maiestati, vt per hæc sancta supernæ beatitudinis gratiam obtineant, & gloriam beatitudinis adquirant. Per Dominum.

Præfatio.

D. & iustū est, vsque; æterne Deus. Clementiâ tuâ pronis mentibus obsecrantes, vt famulos tuos, quos sacræ dilectionis nobis familiaritate coniunxisti, tibi facias toto corde subiectos, vt tuæ charitatis spiritu repleti, à terrenis mundentur cupiditatibus, & cœlesti beatitudine, te donante, digni efficiantur. Per Christum Dominum.

Post Communionem.

DIVINA libantes mysteria, quæsumus Domine, vt hæc salutaria sacramenta illis proficiant ad prosperitatem & pacè, pro quorum dilectione hæc tuæ obtulimus maiestati. Per.

Alia.

DEVS, qui supplicum tuorum vota per charitatis officia suscipere dignaris, da famulis tuis N. & N. in tua proficere dilectione, vt tibi secura mète deseruiant, & in tua pace semper adistere mereantur. Per Dominum nostrum.

LXXIII. MISSA PRO* ABBATE VEL CONGREGATIONE.

OMNIPOTENS sempiternæ Deus, qui facis mirabilia magna

iii 4 solus,

* EPISCO
PO VEL
POPULO
SIBI COM

MISSO.

* *Episco-* solus, prætende super famulum tuum N. * *Abbatem,* vel super cō-
pñ vel su- gregationem illi commissam, spiritum gratiæ salutaris, & vt in ve-
per plebē ritate tibi complacere, perpetuum eis rorem tuæ benedictionis
illis comif- infunde. Per.

sam.

Super oblata.

HOSTIAS, Domine, famulorum tuorum placatus intende, &
 quas in honorem nominis tui deuota mente pro eis celebramus,
 proficere sibi sentiant ad medelam. Per.

Post Communionem.

QVOS cœlesti recreas munere, perpetuo Domine comitare
 præsidio; & quos fouere non desinis, dignos fieri sempiterna re-
 demptione concede. Per.

LXXIII. ORATIO IN MONASTERIO MONACHORVM.

DEVS, qui renūciantibus seculo mansionem paras in caelo, dila-
 ta sancta huius congregationis temporale habitaculum cœlesti-
 bus bonis, vt fraternę teneantur compagine charitatis, vnanimis
 continentię præcepta custodiant, sobrij, simplices, & quieti, gra-
 tis sibi datam gratiam fuisse cognoscant; concordet illorum vita
 cum nomine, professio sentiat in opere. Per.

LXXV. ORATIO PRO FRATRIBVS IN VIA DIRIGENDIS.

DEVS, qui diligentibus te, misericordiam tuam semper impē-
 dis, & à seruiētibus tibi, in nulla es regione longinquus; dirige vi-
 am famuli tui in voluntate tua, & te protectore, & te præduce, per
 iustitiæ semitas sine offensione gradiatur. Per.

LXXVI. ORATIO PRO REDEVNTIBVS DE ITINERE.

OMNIPOTENS sempiternæ Deus, nostrorū temporū vitæq;
 dif.

dispositor, famulo tuo N. continuæ tranquillitatis largire subfi-
 dium, vt quem incolumem proprijs laboribus reddidisti, tua fa-
 cias protectione securum. Per Dominum.

LXXVII. ORATIO IN ADVENTV FRA- TRVM SVPERVENIEN- TIVM.

DEVS humilium visitator, qui nos fraterna dilectione conso-
 laris, prætende societati nostræ gratiam tuam, vt per eos in qui-
 bus habitas, tuum in nobis sentiamus aduentum. Per Dominum.

LXXVIII. MISSA PRO ITER AGEN- TIBVS.

ADESTO Domine supplicationibus nostris, & viam famuli tui
 N. in salutis tuæ prosperitate dispone, vt inter omnes viæ & vitæ
 huius varietates, tuo semper protegatur auxilio. Per.

Secreta.

PROPTIARE Domine supplicationibus nostris, & has ob-
 lationes quas tibi offerimus pro famulo tuo N. benignus adsume,
 vt viam illius & præcedente gratia tua dirigas, & subsequente co-
 mitare digneris, vt de actu atque incolumitate eius secundum mi-
 sericordiæ tuæ præsidia gaudeamus. Per Dominum.

Præfatio.

D. & iustum est, vsque; æternæ Deus. A quo deuiare, mori: co-
 ram quo ambulare, viuere est: Qui fideles tuos in tua via deducis,
 & miseratione grauissima in veritatē inducis. Qui Abrahæ, Isaac,
 & Iacob, in præsentis vitæ & viæ curriculo, custos, dux, & comes
 esse voluisti, & famulo tuo Tobię angelum præuium præstitisti.
 Cuius immensam misericordiam humilimis precibus implora-
 mus, vt iter famuli tui N. cum suis in prosperitate dirigere, eumq;
 inter viæ & vitæ huius varietates digneris custodire; Quatenus
 k k k ange-

angelorum tuorum præsidio fultus, intercessione quoque san-
ctorum munitus, à cunctis aduersitatibus tua miseratione defen-
sus, profectiois, & reuersionis suæ felicitate potitus, & compos
reddatur iustorum votorum, & de suorum lætetur remissione
peccatorum. Per Christum Dominum.

Ad Complendum.

DEVS infinitæ misericordiæ & maiestatis immensæ, quem nec
spacia locorum, nec interualla temporum ab his quos tueris, ad-
iungunt, adesto famulis tuis N. & N. in te vbique fidentibus, &
per omnem quam ituri sunt, viam dux eis & comes esse digna-
re, nihil illis aduersitatis noceat, nihil difficultatis obsistat; cun-
cta eis salubria, cuncta sint prospera, & sub ope dexteræ tuæ, quic-
quid iusto expetierint desiderio, celeri consequantur effectu. Per
Dominum.

[Alia.

SUMPTA Domine cœlestis sacramenti mysteria, quæsumus
Domine, vt ad prosperitatem itineris famuli tui N. proficiant, vt
eum ad salutaria cuncta perducant. Per Dominum.]

LXXVIII. MISSA PRO NAVIGAN- TIBVS.

DEVS, qui transfulisti patres nostros per mare rubrū, & transf-
uixisti per aquam nimiam, laudem tui nominis decantantes, sup-
plices deprecamur, vt in hac naui famulos tuos repulsis aduer-
sitatibus portu semper optabili, cursuque tranquillo tuearis. Per
Dominum.

Secreta.

SUSCIPE Domine, quæsumus, preces famulorum tuorum
cum oblationibus hostiarum, & tua mysteria celebrantes, ab om-
nibus defende periculis. Per.

Ad Complendum.

SANCTIFICATI diuino mysterio, maiestatem tuam Domi-
ne suppliciter deprecamur & petimus, vt quos donis facis cœ-
lestibus

lestibus interesse, per lignum sanctæ crucis & à peccatis abstra-
has, & à periculis cunctis miseratus eripias. Per Dominum.

LXXX. MISSA PRO PECCATIS.

EXAUDI Domine, quæsumus, supplicum preces, & confiten-
tium tibi parce peccatis, vt pariter nobis indulgētiam tribuas be-
nignus & pacem. Per.

Lectio Hieremiæ Prophetæ.

SI iniquitates nostræ contenderint contra nos Domine, libera
nos, quæsumus, fac propter nomen tuum.

Lectio S. Euangelij secundum Lucam.

IN illo tempore, dixit Iesus discipulis suis: Petite, & dabitur vo-
bis: quærite, & inuenietis: pulsate, & aperietur vobis.

Super Oblata.

HOSTIAS tibi Domine placationis offerimus, vt & delicta no-
stra miseratus absoluas, & nutantia corda tu dirigas. Per.

Præfatio.

D. & iustum est, vsque æterne Deus. Salua nos ex ore leonis
fœuissimi, qui rugiens circuit, quærens de vnitae ecclesiæ tuæ;
quem rapiat atque deuoret. Sed tu fortissime Domine, de tribu
Iuda contere contrariam virtutis suæ nequitiam, nos ab ignitis
eius impugnationibus liberatos, corpore nos conserua, & corde
purifica. Per Dominum.

Infra actionem.

HANC igitur oblationem Domine, quam tibi offerimus pro
peccatis atque offensionibus nostris, vt omnium delictorum no-
strorum remissionē consequi mereatur, quæsumus Domine, Vt.

Ad Complendum.

PRAESTA nobis æterne saluator, vt percipientes hoc munere
veniam peccatorum, deinceps peccata vitemus. Per.

Alia.

DEVS, cui proprium est semper misereri & parcere, suscipe,
kkk 2 depre-

deprecationem nostram, vt quos delictorum catena constringit, miseratio tuæ pietatis absoluat. Per.

LXXXI. ORATIO IN TEMPORE
BELLI.

OMNIPOTENS & misericors Deus, à bellorum nos, quæsumus, turbine fac quietos, quia nobis bona cuncta præstabis, si pacem dederis & mentis & corporis. Per.

LXXXII. MISSA IN TEMPORE BELLI.

DEVS, regnorum omnium, regumq; dominator, qui nos & percutiendo sanas, & ignoscendo conseruas, prætere nobis misericordiam tuam, vt tranquillitate pacis tua potestate firmata, ad remedia correctionis vtamur. Per Dominum.

Super Oblata.

SACRIFICIUM Domine, quod immolamus, intende, vt ab omni nos exuat bellorum nequitia, & in tuæ protectionis securitate constituat. Per.

Præfatio.

D. & iustum est, vsque; æterne Deus. Sub cuius potestatis arbitrio omnium regnorum continetur potestas, Te humiliter deprecamur, vt principibus nostris propitius adesse digneris: Vt qui tua expetunt, se protectione defendi, omnibus sint hostibus fortiores. Per Christum.

Post Communionem.

SACROSANCTI corporis & sanguinis Domini nostri Iesu Christi refectione vegetati, supplices te rogamus omnipotens Deus, vt hoc remedio salutari, ab omnium peccatorum nos contagine purifices, & à periculis munias incurfione cūctorum. Per eundem.

LXXXIII. ALIA MISSA.

OMNIPOTENS Deus, Christiani nominis inimicos virtute, quæsumus, tuæ comprime maiestatis, vt populus tuus & fidei integritate lætetur, & temporum tranquillitate semper exultet. Per.

Secre-

Secreta.

HIVS Domine, quæsumus, virtute mysterij, & à nostris munemur occultis, & ab inimicorum liberemur infidijs. Per.

Ad Complendum.

VIVIFICET nos, Domine, participatio tui sancta mysterij, & pariter nobis expiationem tribuat & munimen. Per.

LXXXIII. ITEM ALIA MISSA.

DEVS, qui providentia tua cœlestia simul & terrena moderaris, propitiare Christianorum rebus & regibus, vt omnis hostium fortitudo, te pro nobis pugnante, frangatur. Per Dominum.

Super Oblata.

PROPI TIARE Domine precibus & hostijs famulorum tuorum, & propter nomen tuum Christiani nominis defende rectores, vt salus seruientium tibi principum, pax tuorum possit esse populorum. Per Dominum.

Post Communionem.

PROTEGE Domine famulos tuos subsidijs pacis & corporis, & spiritalibus nutriens eos alimentis, à cunctis hostibus redde securos. Per Dominum.

LXXXV. MISSA PRO PACE.

DEVS, à quo sancta desideria, recta consilia, & iusta sunt opera, da seruis tuis illam quam mundus non potest dare pacem, vt & corda nostra mandatis tuis dedita, & hostium sublata formidine, tempora sint tua protectione tranquilla. Per Dominum nostrum.

Super Oblata.

DEVS, qui credentes in te populos, nullis sinis concuti terroribus, dignare preces & hostias dicatæ tibi plebis suscipere, vt pax tua pietate cōcessa, Christianorum fines ab omni hoste faciat esse securos. Per Dominum.

kkk 3 Post

Post Communionem.

DEVS author pacis & amator, quē nosse, viuere; cui seruire, regnare est; protege ab omnibus impugnationibus supplices tuos, vt qui in defensione tua confidimus, nullius hostilitatis armati meamus. Per Dominum.

LXXXVI. MISSA DE QUACVNQVE TRIBVLATIONE.

INEFFABILEM misericordiam tuam Domine nobis clementer ostende, vt simul nos & à peccatis exuas, & à pœnis quas pro his meremur, eripias. Per Dominum nostrum.

Super oblata.

PVRIFICET nos Domine, quæsumus; muneris præsentis oblatio, & dignos sacra participatione perficiat. Per.

Præfatio.

D. & iustum est, vsque, æterne Deus. Qui propterea iure punis errantes, & clementer refoues castigatos, vt nos à malis operibus abstrahas, & ad bona facienda conuertas: Qui non vis inuenire quod dānes, sed esse potius quod corones: Qui cum pro nostris meritis iugiter meremur affligi, tu tamen iudicium ad correptionem temperas, nō perpetuam exeres ad pœnam. iuste enim corrigis, & clementer ignoscis, in vtroque verax, in vtroque misericors. Qui nos & à lege disponis, vt coërcendo in æternum perire non sinas, & parcendo spatium tribuas corrigendi. Qui idē malis præsentibus nos flagellas, vt ad bona futura perducas; idē bonis temporalibus cōsolaris, vt de sempiternis facias certiores, quōte & in prosperis, & in aduersis pia semper cōfessione laudemus. Per Christum Dominum nostrum.

Post Communionem.

PRÆSTA Domine, quæsumus, vt terrenis effectibus expiati, ad superni plenitudinem sacramenti, cuius libauimus sancta, tendamus. Per Dominum nostrum.

LXXXVII. MISSA PRO PESTE ANIMALIUM.

DEVS,

DEVS, qui laboribus hominum etiam de mutis animalibus solatia subrogasti, supplices te rogamus, vt sine quibus non alitur humana conditio, nostris facias vsibus non perire. Per.

Secreta.

SACRIFICIIS Domine placatus oblati, opem tuam nostris temporibus clementer impende.

Post Communionem.

BENEDICTIONEM tuam Domine populus fidelis accipiat, qua corpore saluatus ac mente, & congruam tibi exhibeat feruitutem, & propitiationis tuæ beneficia semper inueniat. Per.

Alia.

AVERTE Domine, quæsumus, à fidelibus tuis cunctos miseratus errores, & scruentium morborum depelle perniciem, vt quos merito flagellas deuos; foueas tua miseratione correctos. Per.

LXXXVIII. MISSA PRO CONTENTIONE.

OMNIPOTENS sempiternus Deus, qui superbis resistis, & gratiam præstas humilibus, tribue quæsumus, vt non indignationem tuam prouocemus elati, sed propitiationis tuæ capiamus dona subiecti. Per Dominum nostrum.

Secreta.

AB omni reatu nos Domine sancta, quæ tractamus, absoluant, & eadem muniant à totius prauitatis incurfu. Per Dominum.

Post Communionem.

QVOS refecisti Domine celesti mysterio, proprijs & alienis, quæsumus, propitiatu absolue delictis, vt diuino munere purificatis mentibus perfruamur. Per Dominum.

Alia.

PRÆSTA, quæsumus, omnipotens Deus, vt semper rationalia meditates, quæ tibi sunt placita, & dictis exequamur & factis. Per.

kkk 4

LXXXVIII.

LXXXVIII. MISSA CONTRA IVDICES
MALE AGENTES.

ECCLĒSIÆ tuæ Domine preces placatus admitte, vt destitutis aduersitatibus vniuersis, secura tibi seruiat libertate. Per.

Secreta.

PROTEGENOS Domine, quæsumus, tuis mysterijs feruientes, vt diuinis rebus & corpore famulemur, & mente. Per Dominum nostrum.

Post Communionem.

QVÆSUMVS Domine Deus noster, vt quos diuina tribuis participatione gaudere, humanis non finas subiacere periculis. Per Dominum nostrum Iesum Christum.

XC. MISSA CONTRA OBLOQV-
ENTES.

PRAESTA, quæsumus Domine, vt mentium reproborum non curemus obloquium, sed eadem prauitate calcata exoramus, vt nec terreri nos lacerationibus patiaris iniustis, nec captiosis adulationibus implicari, sed potius amare quæ præcipis. Per.

Secreta.

OBLATIO Domine tuis adspectibus immolanda, quæsumus, vt & nos ab omnibus vitijs potenter absoluat, & à cunctis defendat inimicis. Per.

Post Communionem.

PRAESTA Domine, quæsumus, vt per hæc sancta quæ sumpsimus, dissimulatis lacerationibus improborum, eadem, te gubernante, quæ recta sunt, cautiùs exequemur. Per Dominum.

XCI. ORATIO AD PLVVIAM POSTV-
LANDAM.

TERRAM tuam Domine, quam vidimus nostris iniquitatibus tabescen-

tabescentem, cœlestibus aquis infunde, atq; irriga beneficijs gratiæ sempiternæ. Per Dominum.

Alia.

DANOBIS Domine, quæsumus, pluuiam salutarem, & aridam terræ faciem fluentis cœlestibus dignanter infunde. Per Dominum nostrum.

Alia.

OMNIPOTENS sempiternus Deus, qui saluas omnes, & neminem vis perire, aperi fontem benignitatis tuæ, & terram aridam aquis fluenti cœlestis dignater infunde. Per Dominum nostrum.

XCII. MISSA AD PLVVIAM POSTV-
LANDAM.

DEVS, in quo viuimus, mouemur & sumus, pluuiam nobis tribue congruentē, vt præsentibus subsidijs sufficienter adniti, sempiterna fiducialius appetamus. Per.

Alia.

DELICTA fragilitatis nostræ Domine, quæsumus, miseratus absolue, & aquarum subsidia præbe cœlestiū, quibus terrena conditio vegetata subsistat. Per Dominum nostrum.

Secreta.

OBLATIS Domine placare muneribus, & opportunum nobis tribue pluuiæ sufficientis auxilium. Per.

Ad Complendum.

TVERE nos Domine, quæsumus, tua sancta sumentes, & ab omnibus propitius absolue peccatis. Per.

XCIII. ORATIO AD POSTVLANDAM
SERENITATEM.

DOMINE Deus, qui in mysterio aquarum salutis tuæ nobis sacramenta sanxisti, exaudi orationem populi tui, & iube terrores inundantium cessare pluuiarum, flagellumque huius ele-

menti ad effectum tui conuerte mysterij, vt qui se regenerantibus aquis gaudent renatos, gaudeant his castigatibus esse correctos. Per Dominum.

Alia.

QVAESVMVS, omnipotens Deus, clementiam tuam, vt inundantiam coerceas imbrium, & hilaritatem tui vultus nobis imper tiri digneris. Per Dominum.

XCIII. MISSA AD POSTVLANDAM SERENITATEM.

Ad te nos Domine clamantes exaudi, & aëris serenitatem nobis tribue supplicantibus, vt qui pro peccatis nostris iuste affligimur, misericordia tua praeueniente, clementiam sentiamus. Per.

Secreta.

PRAEVENIAT NOS, quæsumus Domine, gratia tua semper & subsequatur, & has oblationes, quas pro peccatis nostris nomini tuo consecradas deferimus, benignus adsume, vt per intercessionem sanctorum tuorum, cunctis nobis proficiant ad salutem. Per.

Ad Complendum.

PLEBS tua Domine capiat sacrae benedictionis augmentum, & copiosis beneficiorum tuorum subleuetur auxilijs, quæ tantis intercessionum deprecationibus adiuuatur. Per Dominum.

XCIV. MISSA AD REPELLENDAM TEMPESTATEM.

DEVS, qui omnium rerum tibi seruentium naturam per ipsos motus aëris ad cultum tuæ maiestatis instituis, tranquillitatem nobis misericordiae tuæ, remotis, largire, terroribus, vt cuius iram expiaimus, clementiam sentiamus. Per.

* for. misericordia
BNA.

Alia.

A domo tua, quæsumus, Domine spiritales nequitiae repellantur, & aëriarum discedat malignitas tempestatum. Per Dominum.

Secre-

Secreta.

OFFERIMVS Domine laudes & munera, pro concessis beneficijs gratias referentes, & pro concedendis semper suppliciter deprecantes. Per.

Ad Complendum.

OMNIPOTENS sempiternus Deus, qui nos & castigando fanas, & ignoscendo conseruas, præsta supplicibus tuis, vt & tranquillitatibus huius optatae consolationis lætemur, & dono tuæ pietatis semper vtamur. Per.

XCVI. ORATIONES ET PRECES SVPER POENITENTEM, CONFITENTEM PECCATA SVA MORE SOLITO, FERIA III. INFRA QVADRAGESIMAM.

EXAUDI Domine preces nostras, & tibi confitentium parce peccatis, vt quos conscientiae reatus accusat, indulgentia tuæ miserationis absoluat. Per.

PRAEVENIAT hunc famulum tuum, quæsumus, Domine misericordia tua, vt omnes iniquitates eius celeri indulgentia deleantur. Per.

ADESTO supplicationibus nostris, nec sit ab hoc famulo tuo elementiae tuæ longinqua miseratio: vulnera sana, eiusque remitte peccata, vt nullis à te iniquitatibus separatus, tibi Domino semper valeat adhærere. Per.

DOMINE Deus noster, qui offensione nostra nõ vincis, sed satisfactione placaris: respice, quæsumus, ad hunc famulum tuum, qui se tibi peccasse grauius confitetur. Tuum est enim ablutionem criminum dare, & 29. & 30. Quorum veniam præstare peccantibus, qui dixisti, poenitentiam etiam fit mentio ab te malle peccatorum, quã mortem: concede ergo Domine hoc, vt tibi poenitentiae excubias celebret, & correctis actibus suis, conferri sibi à te sempiterna gaudia gratuletur. Per.

III 2 XCVII.

SACRAMENTORVM LIBER, AV-
XCVII. ORATIONES AD RECONCILIAN-
DVM POENITENTEM FER. V.
IN COENA DOMINI.

*Meminit harū ora-
tionum Ordo Rom. etiā misericordia tua primus indigeo, clementer exaudi,
pag. 51. & sequent. vt quem non electione meriti, sed dono gratiæ tuę con-
Alcuinusp. 55. A-
mal. l. 1. c. 12.* Adesto Domine supplicationibus nostris, & me qui
etiam misericordia tua primus indigeo, clementer exaudi,
vt quem non electione meriti, sed dono gratiæ tuę con-
stituisti operis huius ministrum, da fiduciam tui muneris
exequendi, & ipse in nostro ministerio quod tuę pieta-
tis est, operare. Per Dominum nostrum.

PRÆSTA, quæsumus, Domine huic famulo tuo dignum po-
nitentiæ fructum, vt ecclesiæ tuæ sanctæ, à cuius integritate de-
uiarat peccando, admissorum reddatur innoxius veniam conse-
quendo. Per Dominum nostrum.

DEVS, humani generis benignissime conditor & misericor-
dissime reformator, qui hominem inuidia diaboli ab æternitate
deiectum, vnici filij tui sanguine redemisti, viuifica hunc famu-
lum tuum, quem tibi nullatenus mori desideras, & qui non dere-
linquis deuium, adsume correctum: moueant pietatē tuam, quæ-
sumus, Domine huius famuli tui lachrymosa suspiria: tu eius me-
dere vulneribus, tu iacenti manum porrige salutarem, ne ecclesia
tua aliqua sui corporis portione vastetur, ne grex tuus detrimen-
tum sustineat, ne de famulæ tuæ damno inimicus exultet, ne re-
natum lauacro salutari, mors secunda possideat. Tibi ergo Do-
mine supplices preces, tibi fletum cordis effundimus: tu parce
confitenti, vt sic in hac mortalitate peccata sua, te adiuuante, de-
flect, quatenus in tremendi iudicij die sententiam damnatio-
nis æternæ euadat, Et nesciat, quod terret in tenebris, quod stri-
det in flammis: atq; ab erroris via ad iter reuersus iustitiæ, nequa-
quam vltra vulneribus saucietur, sed integrum sit, ei atque per-
petuum, & quod gratia tua contulit, & quod misericordia refor-
mauit. Per eundem Dominum.

XCVIII. ORATIONES AD VISITANDVM
INFIRMVM.

Deus,

DEVS, qui famulo tuo Ezechia ter quinos annos ad vitam do-
nasti, ita & famulum tuum N. à lecto ægritudinis tua potentia eri-
gat ad salutem. Per Dominum nostrum.

RESPICE Domine famulum tuum N. in infirmitate sui cor-
poris laborantem, & animam refoue quam creasti, vt castigatio-
nibus emundata, continuo se sentiat tua medicina saluatum. Per
Dominum nostrum.

DEVS, qui facturæ tuæ pio semper dominaris affectu, inclina
aurem tuam supplicationibus nostris, & famulum tuum N. ex ad-
uersa valetudine corporis laborantem, placatus respice, & visita
in salutari tuo, ac cœlestis gratiæ præsta medicinam. Per.

DEVS, qui humano generi & salutis remedium, & vitæ æternæ
munera contulisti, conserua famulo tuo N. tuarum dona virtutū,
& concede, vt medelam tuam non solum in corpore, sed etiam in
anima sentiat. Per.

VIRTUTVM cœlestium Deus, qui in humanis corporibus om-
nem languorem & omnem infirmitatem præcepti tui potestate
depellis, adesto propitius huic famulo tuo N. vt fugatis infirmita-
tibus, & viribus receptis, nomen sanctum tuum instaurata protin-
us sanitate benedicat.

DOMINE sancte, pater omnipotens, æterne Deus, qui fragili-
tatem conditionis nostræ infusa virtutis tuæ dignatione confir-
mas, vt salutaribus remedijs pietatis tuæ corpora nostra & mem-
bra vegetentur, super hunc famulum tuum propitiatus intende,
vt omni necessitate corporeæ infirmitatis exclusa, gratia in eo
pristinæ sanitatis perfecta reparetur. Per Dominum.

XCVIII. MISSA PRO INFIRMIS.

OMNIPOTENS sempiternæ Deus, salus æterna credentium,
exaudi nos pro famulis tuis N: pro quibus misericordiæ tuæ im-
ploramus auxilium, vt reddita sibi sanitate, gratiarum tibi in ec-
clesia tua referant actionem. Per.

Secreta.

III 3

DEVS,

DEVS, cuius nutibus vitæ nostræ momenta decurrunt, suscipe preces & hostias famulorum famularumq; tuarum, pro quibus misericordiam tuam ægotantibus imploramus, vt de quorum periculo metuumus, de eorum salute lætemur. Per Dominum.

Præfatio.

D. & iustum est, vsque; æterne Deus. Qui famulos tuos ideo corporaliter verberas, vt mente proficiant, potenter ostendens, quod sit pietatis tuæ præclara saluatio, dum præstas, vt operetur nobis etiam ipsa infirmitas salutem. Per Christum Dominum nostrum.

Ad Complendum.

DEVS, infirmitatis humanæ singulare præsidium, auxiliij tui su. per infirmos nostros ostende virtutem, vt ope misericordiæ tuæ adiuti, ecclesiæ tuæ sanctæ repræsentari mereantur. Per.

C. ORATIO PRO REDDITA SANITATE.

DOMINE sancte pater omnipotens æterne Deus, qui benedictionis tuæ gratiam ægris infundendo corporibus, facturam tuâ multiplici pietate custodis, ad inuocationem nominis tui benignus adsiste, & hunc famulum tuum N. liberatum ægritudine, & sanitate donatum, dextera tua erigas, virtutè confirmes, potestate tuearis, ecclesiæ tuæ sanctisque altaribus tuis cum omni desiderata prosperitate restituas. Per.

CI. RECONCILIATIO POENITENTIS AD MORTEM.

MAIESTATEM tuam Domine supplices deprecamur, vt huic famulo tuo N. longo squalore poenitiæ macerato, miserationis tuæ veniam largiri digneris, vt nuptiali veste recepta, ad regalem mensam, vnde eiectus fuerat, mereatur introire. Per.

CII. MISSAE IN AGENDA MORTVORVM PRO FRATRIBVS NOSTRIS DEFUNCTIS.

Deus,

DEVS, veniæ largitor & humanæ salutis amator, quæsumus clementiam tuam, vt nostræ congregationis fratres, qui ex hoc seculo transierunt, Beato N. patrono nostro intercedente, ad perpetuæ beatitudinis consortium peruenire concedas. Per Dominum nostrum.

Super Oblata.

DEVS, cuius misericordiæ non est numerus, suscipe propitius preces humilitatis nostræ, & animabus quibus tui nominis dedisti confessionem, per hæc sacramenta salutis nostræ, cunctorū tribue remissionem peccatorum. Per.

Infra actionem.

HANC igitur oblationem, quam tibi offerimus pro animabus fratrum nostrorum, quæsumus Domine placatus intende, pro quibus maiestati tuæ supplices fundimus preces, vt eas in numero sanctorum tuorum tibi placentium dignanter adscribas. Diesque nostros.

Post Communionem.

PRAESTA, quæsumus, misericors Deus, vt animæ pro quibus hoc sacrificium laudis tuæ offerimus maiestati, per huius virtutem sacramenti, à peccatis omnibus expiata, lucis perpetuæ, te miserante, percipiant beatitudinem. Per.

Alia.

DEVS vita viuentium, spes morientium, salus omnium in te sperantium, præsta propitius, vt animæ huius congregationis & omnium hinc quiescentium, à nostræ moralitatis tenebris absolute, patrono nostro Beato N. intercedente, in perpetua cum sanctis tuis luce lætentur. Per.

IN DIE DEPOSITIONIS DEFVNCTI III. VEL VII. VEL XXX.

ADESTO, quæsumus, Domine pro anima famuli tui N. cui in depositione sua officium commemorationis impendimus, vt si qua ei secularis macula inhæsit, aut vitium mundiale infecit, do-

III 4

no tuæ c. 42. 31

Ad hunc locū vide tur allude

re Amal. libr. 4. de Eccl. offis.

tui N. offerimus, quæsumus Domine placatus accipias, & tua pietate concedas, vt mortalitatis nexibus absoluta, inter fideles tuos mereatur habere portionem. Per Christum.

Post Communionem.

PRÆSTA, quæsumus, omnipotens Deus, vt animam famuli tui N. ab angelis lucis susceptam, in præparatis habitaculis deduci facias beatorum. Per Dominum nostrum.

CIII. MISSA PRO DEFVNCTORVM NV. PER BAPTIZATO.

DEVS, qui ad cœleste regnum non nisi renatis ex aqua & spiritu sancto pandis introitum, multiplica super animam famuli tui N. misericordiam tuam, & cui donasti cœlestem & incontaminatum transitum post baptismi sacramentum, da ei æternorum plenitudinem gaudiorum. Per Dominum nostrum.

Secreta.

PROPITIARE Domine supplicationibus nostris pro anima famuli tui N. pro qua tibi offerimus sacrificium laudis, vt eam sanctorum tuorum consortio sociare digneris. Per.

Infra actionem.

HANC igitur oblationem quam tibi offerimus pro anima famuli tui N. benignus adsume, eumque regenerationis fonte purgatum, & periculis vitæ huius exutum, beatorum numero digneris inferere spirituum. Per Christum Dominum nostrum.

Post Communionem.

PROPITIARE Domine animæ famuli tui N. vt quem in fine istius vitæ regenerationis fonte mundasti, ad cœlestis regni beatitudinem facias peruenire. Per.

CV. MISSA PRO DEFVNCTIS DESIDERANTIBVS POENITENTIAM, ET MINIME CONSEQUENTIBVS.

Si

SI quis pœnitentiam petens, dum Sacerdos venerit, fuerit officio linguæ priuatus; constitutum vt si idonea testimonia hoc dixerint, & ipse per motus aliquos satisfacit, Sacerdos impleat omnia circa pœnitentem. Oratio.

OMNIPOTENS & misericors Deus, in cuius humana conditio potestate consistit, animam famuli tui N. quæsumus. ab omnibus absolue peccatis, & pœnitentiæ fructum, quem voluntas eius optauit, præuentus mortalitate, non perdat. Per Dominum nostrum.

Super Oblata.

SATISFIAT tibi Domine, quæsumus, pro anima famuli tui N. sacrificij præsentis oblatio, & peccatorum veniã quam quæsiuit, inueniat, & quod officio linguæ implere non potuit, desideratæ pœnitentiæ compensatione percipiat. Per.

Infra actionem.

HANC igitur oblationem, quam tibi offerimus pro anima famuli tui N. cuius diem depositionis celebramus, quæsumus Domine, vt placatus accipias, & ineffabili pietate concordas, vt quod exequi puentus cõditione mortali, ministerio linguæ non potuit, mereatur indulgentia sempiterna: diesq; nostros in tua pace disponens. Post Communionem.

DEVS, à quo speratur humani corporis omne quod bonum est, tribue per hæc sancta, quæsumus, vt sicut animæ famuli tui N. pœnitentiæ velle donasti, sic indulgentiã tribue miseratus optatam. Per Dominum.

CVI. MISSA IN ANNIVERSARIO VNIVS DEFVNCTI.

PRÆSTA Domine, quæsumus, vt anima famuli tui N. cuius anniuerfariũ depositionis diem celebramus, his purgata sacrificijs, indulgentiam pariter & requiem capiat sempiternam. Per.

Super Oblata.

PROPITIARE Dñe supplicationibus nostris, p anima & spiritu famuli tui N. cuius hodie annua dies agitur, pro qua tibi offerim⁹ sacrificiũ laudis, vt eam sanctorum tuorum consortio sociare digneris. Per Dominum.

mm m 2 Infra

Infra actionem.

HANC igitur oblationem Domine, quam tibi offerimus pro anima famuli tui N. cuius hodie annua dies agitur, quæsumus, placatus intende, eamq; mortalitatis nexibus absolutam, inter tuos fideles ministros habere perpetuam iubeas portionem. quam oblationem.

Post Communionem.

SUSCIPE Domine preces nostras pro anima famuli tui N. ut si quæ ei macule de terrenis contagijs adheferunt, remissionis tue misericordia deleantur. Per Dominum.

CVII. MISSA PLVRIMORVM DEFVN- CTORVM.

PROPTIARE Domine, quæsumus, animabus famulorum famularumq; tuarum misericordia sempiterna, ut mortalibus nexibus expeditæ, lux eas æterna possideat. Per.

Lectio libri Machabæorum.

IN diebus illis, vir fortissimus Judas, collatione facta, duodecim millia drachmas argenti misit Hierosolymam, offerri ea ibi pro peccatis mortuorum.

Sequentia sancti Evangelij secundum Iohannem.

IN illo tempore, dixit Iesus discipulis suis: Omne quod dat mihi pater, ad me veniet.

Super Oblata.

HOSTIAS tibi Domine humili placatione deferimus, ut animæ famulorum famularumq; tuarum per hæc placationis officia, tuam misericordiam consequantur. Per.

Præfatio.

D. & iustum est, vsque; per Christum Dominum nostrum. Cuius sacram passionem pro immortalibus & benè quiescentibus animabus sine dubio celebramus. Pro his præcipuè, quibus secundæ natiuitatis gratiam præstitisti. Quo, exemplo Iesu Christi Domini nostri, cœperunt esse de resurrectione securi. Quippe qui fecisti

fecisti quæ non erant, potes separare quæ fuerant. Et resurrectionis futuræ nobis documenta, non solum per propheticam & Apostolicam doctrinam, sed eiusdem vnigeniti tui redemptoris nostri resurrectione dedisti. Ut quod per Prophetas est annunciatum, per Apostolos traditum, ipsius resurrectionis exemplo sit firmatum. Per.

Infra actionem.

HANC igitur oblationem, quam tibi pro requie animarum famulorum famularumque tuarum offerimus, quæsumus Domine, propitius intueri, & cōcede ut mortuis proficiat ad veniã, quod cunctis viuentibus præparare dignatus es ad medelam: diesque nostros.

Post Communionem.

INVENIANT, quæsumus, Domine animæ famulorum famularumque tuarum, omniumque in Christo quiescentium, lucis æternæ confortium, qui in hac luce positi, tuum consequuti sunt sacramentum. Per.

CVIII. ITEM ALIA MISSA.

FIDELIVM Deus omnium conditor et redemptor, animabus famulorum famularumque tuarum, remissionem cunctorum tribue peccatorum, ut indulgentiam quam semper optauerunt, pijs supplicationibus consequantur. Per Dominum.

Secreta.

HOSTIAS, quæsumus Domine, quas tibi pro animabus famulorum famularumque tuarum offerimus, propitius intende, ut quibus fidei Christianæ meritum contulisti, dones & præmium. Per Dominum nostrum.

Post Communionem.

ANIMABVS, quæsumus, Domine famulorum famularumque tuarum oratio proficiat supplicantium, ut eas & à peccatis exuas, & tuæ redemptionis facias esse participes. Per.

CVIII. ITEM ALIA MISSA.

ANIMABVS, quæsumus, Domine famulorum famularumque
tuarum misericordiam concede perpetuam, vt eis proficiat in æ-
ternum quòd in te sperauerunt & crediderunt. Per Dominum.

Lectio libri Apocalypsis B. Iohannis Apostoli.

IN diebus illis, Audiui vocem de cœlo dicentem mihi.

Sequentia S. Euangelij secundum Iohannem.

IN illo tempore, dixit Iesus discipulis suis: Nisi manducaueritis
carnem filij hominis.

Super Oblata.

HIS, quæsumus, Domine placatus intēde muneribus, & quod
ad laudem tui nominis supplicantes offerimus, ad indulgentiam
proficiat defunctorum. Per Dominum nostrum.

Post Communionem.

SUPPLICES, quæsumus, Domine pro animabus famulorum
famularumque; tuarum preces effundimus, sperantes vt quicquid
conuersatione contraxerunt humana, & clementer indulgeas, &
in tuorum sede lætantium constituas redemptorum. Per.

CX MISSA IN CEMITERIIS

DEVS, cuius miseratione animæ fidelium requiescunt famulis
tuis N. & N. & omnibus hîc in Christo quiescentibus, da propi-
tius veniam peccatorum, vt à cunctis reatibus absoluti, sine fine
lætentur.

Super oblata.

PRO animabus famulorum tuorum N. & N. & hîc omnium ca-
tholicorum dormientium hostiam Domine suscipe benignus ob-
latam, vt hoc sacrificio singulari, vinculis horrendæ mortis exuti,
vitam mereantur æternam. Per.

Infra actionem.

HANC igitur oblationem, quam tibi offerimus Domine pro
tuorum requie famulorum & famularum N. & N. & omnium fi-
delium catholicorum orthodoxorum, in hac basilica in Christo
quiescentium, & qui in circuitu huius Ecclesię requiescunt, quæ-
sumus, Domine placatus accipias, vt per hæc salutis humanę sub-
sidia, in tuorū numero redemptorū, forte perpetua ceseātur. Per.

Post

Post Communionem.

DEVS fidelium lumen animarum, adesto supplicationibus no-
stris, & da famulis vel famulabus tuis N. & N. vel quorum corpo-
ra hîc requiescunt, refrigerij sedem, quietis beatitudinem, lumi-
nis claritatem. Per Dominum.

CXI. MISSA PRO SALVTE VIVORVM, VEL IN AGENDA MORTVORVM.

SANCTORVM tuorum intercessionibus, quæsumus Domine
& nos protege, & famulis & famulabus tuis, quorum commemo-
rationem agimus, vel quorum eleemosynas recepimus, seu etiam
his qui nobis familiaritate iuncti sunt, misericordiam tuam vbiq;
prætende, vt ab omnibus impugnationibus defensi, tua opitula-
tione saluentur, & animas famulorum famularumque tuarum, o-
mnium videlicet fidelium catholicorum orthodoxorum, quorū
commemorationem agimus, & quorum corpora in hoc mona-
sterio requiescunt, vel quorum nomina ante sanctum altare tuū
scripta adesse videntur, electorum tuorum iungere digneris cō-
sortio. Per Dominum.

Secreta.

PROPTIARE Domine supplicationibus nostris, & has ob-
lationes quas pro incolumitate famulorum famularumque tua-
rum, & pro animabus omnium fidelium catholicorum ortho-
dorum, quorum nomina ante sanctum altare tuum scripta adesse
videntur, nomini tuo consecrandas deferimus, benignus assume,
vt sacrificij præsentis oblatio, ad refrigerium animarum eorum,
te miserante, perueniat. Per.

Post Communionem.

PVRIFICET nos, quæsumus Domine, & diuini sacramēti per-
ceptio, & gloriosa sanctorum tuorum oratio, & animabus famu-
lorum famularumque tuarum, quorum commemorationem agi-
mus, remissionem cunctorum tribue peccatorū, vt indulgentiam
quā semper optauerunt, pijs supplicationibus cōsequantur. Per.

CXII. EXORCISMVS SALIS.

mm 4 Exor.

EXORCIZOTE creatura falis, per Deum viuum, per Deum verum, per Deum sanctum, per Deū qui te per Heliseum prophetam in aquam mitti iussit, vt sanaretur sterilitas aquæ, vt efficiaris sal exorcizatum in salutem credentium, & sis omnibus te fumentibus sanitas animæ & corporis, & effugiat atque discedat ab eo loco quo adspersus fueris, omnis phantasia & nequitia, vel versutia diabolicæ fraudis, omnisq; spiritus immundus, adiuratus per eum, qui venturus est iudicare viuos, & mortuos.

CXIII. BENEDICTIO SALIS.

IMMENSAM clementiam tuam, omnipotens æterne Deus, humiliter imploramus, vt hanc creaturam falis, quam in vsum generis humani tribuisti, benedicere & sanctificare tua pietate digneris, vt sit omnibus fumentibus salus mentis & corporis, & quicquid ex eo tactum vel respersum fuerit, careat immunditia, liberetur à noxia, non illic resideat spiritus pestilens, nō aura corrumpens. Discedant omnes insidie latentis inimici, vt si quid est quod aut incolumitati habitantium inuidet, aut quieti, ad dispersionem huius aquæ effugiat, vt salubritas per inuocationem tui nominis expedita, ab omnibus sit impugnationibus defensa. Per.

CXIII. EXORCISMVS AQVAE.

EXORCIZOTE creatura aquæ in nomine Dei patris omnipotentis, & in nomine Iesu Christi filij eius Domini nostri, vt fiat aqua exorcizata ad effugandam omnem potestatem inimici, & ipsum inimicum eradicare & explantare valeas cum angelis suis apostolicis, per virtutem Domini nostri Iesu Christi, qui vent.

CXV. BENEDICTIO AQVAE.

DEVS, qui ad salutem humani generis maxima quæque sacramenta in aquarum substantiam condidisti, adesto propitius inuocatio-

cationibus nostris, & elemento huic multimodis purificationibus præparato, virtutem tuæ benedictionis infunde, vt creatura mysterijs tuis feruicis, ad abijciendos dæmones, morbosq; pellendos, diuinæ gratiæ sumat effectum, vt quicquid in domibus vel in locis fidelium hæc vnda resperferit, careat immunditia, liberetur à noxa: non illic resideat spiritus pestilens, non aura corrumpens. Discedant omnes insidie latentis inimici, & si quid incolumitati habitantium inuidet aut quieti, ad dispersionem huius aquæ effugiat, vt salubritas per inuocationem tui nominis expetita, ab omnibus sit impugnationibus defensa. Per Dominum.

CXVI. BENEDICTIO SALIS ET AQVAE PARITER.

Hic mittitur sal in aquam.

DEVS inuictæ virtutis author, & inseparabilis imperij Rex, ac semper magnificus triumphator, qui aduersæ dominationis vires reprimis, qui inimici rugientis sæuitiam superas, qui hostiles nequitias potens expungas, te Domine trementes ac supplices deprecamur ac petimus, vt hanc creaturam falis & aquæ dignanter accipias, benignus illustres, pietatis tuæ more sanctifices, vt vbique fuerit dispersa, per inuocationem sancti tui nominis, omnis infestatio immundi spiritus abijciatur, terrorq; venenosi serpentis procul pellatur, & præsentia sancti spiritus nobis misericordiam tuam poscentibus vbique adesse dignetur. Per Dominum.

CXVII. ORATIO, QUANDO AQVA SPARGITVR IN DOMO.

EXAUDI nos Domine sancte, pater omnipotens, æterne Deus, & mittere dignare angelum tuum sanctum de cælis, qui custodiat, foueat, protegat, visitet, & defendat omnes habitates in hoc habitaculo. Per.

CXVIII. BENEDICTIO DOMVS.

ADESTO Domine supplicationibus nostris, & hanc domum
nnn ferenis

ferenis oculis tuæ pietatis illustra, descendat super habitantes in ea gratiæ tuæ larga benedictio, vt in his manufactis habitaculis cum salubritate manentes, ipsi tuum semper sint habitaculum. Per.

Alia.

EXAUDI NOS Domine sancte, pater omnipotens, eterne Deus, vt si qua sunt aduersa, si qua contraria in hac domo famuli tui N. autoritate maiestatis tuæ pellantur. Per Dominum nostrum.

CXVIII. ORATIO CONTRA FVLGVRA.

Primùm spargatur aqua benedicta, & postea dicatur Oratio ista.

OMNIPOTENS sempiternus Deus, parce metuētibus, & propitiare supplicibus, vt post noxios ignes nubium & vim procellarum, in materiam transeat laudis comminatio potestatis. Per.

CXX. ORATIO SVPER VASA IN LOCO ANTIQVO REPERTA.

OMNIPOTENS sempiternus Deus, infere te officijs nostris, & hæc vascula arte fabricata gentilium, sublimitatis tuæ potentia ita emundare digneris, vt omni immunditia depulsa, sint, tuis fidelibus tempore pacis atque tranquillitatis vtenda. Per.

CXXI. BENEDICTIO PVTEI.

DEPRECAMVR Domine clementiam pietatis tuæ, vt aquam putei huius cœlesti benedictione sanctifices, & ad communem vitam concedas salubrem, & ita ex eo fugare digneris omnē diabolicæ tentationis incursum, vt quicumque ex eo ab hinc hauserit, biberitue, vel in quibuslibet necessarijs vsibus hausta aqua vsus fuerit, totius virtutis ac sanitatis dulcedine perfruat, vt tibi semper sanctificatori & saluatori omnium Domino gratias agere mereatur. Per.

CXXII.

CXXII. BENEDICTIO VVAE VEL FAVAE.

BENEDIC Domine hos fructus novos vvaæ siue fauæ, quos tu Domine per rorem cœli, & inundantiam pluuiarum, & tempora serena atque tranquilla ad maturitatem perducere dignatus es, ad percipiendum nobis cum gratiarum actione, in nomine Domini nostri Iesu Christi, qui tecum.

*Moreve
teru cen-
seo: faua,
legi, pro:
faba.

CXXIII. BENEDICTIO AD FRVGES NOVAS.

DOMINE sancte, pater omnipotens, æterne Deus, qui cœlum & terram, mare & omnia creasti, te supplices quæsumus, vt hunc fructum nouum benedicere, & sanctificare digneris, & multiplicare abundanter offerentibus tibi, vt repleas eorum cellaria, cum fortitudine frumenti & vini, vt lætantes in eis, referant tibi Deo omnipotenti laudes & gratias. Per Dominum.

CXXIII. BENEDICTIO AD OMNIA QVAE VOLVERIS.

BENEDIC Domine creaturam istam, vt sit remedium salutare generi humano, & præsta per inuocationem nominis tui, vt quicumque ex ea sumpserit, corporis sanitatem & animæ tutelam percipiat. Per.

CXXV. BENEDICTIO PANIS [NOVI.]

BENEDIC Domine creaturam istam panis, sicut benedixisti quinq; panes in deserto, vt omnes gustantes ex eo, accipiant tam corporis quam animæ sanitatem. Per.

CXXVI. ORATIO ANTE CIBVM.

REFICE nos Domine donis tuis, & opulentia tuæ largitate sustenta. Per Dominum nostrum.

nnn 2

Alia.

Alia.

BENEDIC Domine donata tua, quæ de tua largitate fumus sumpturi. Per Dominum nostrum.

CXXVII. ORATIO SVPER MENSAM.

BENEDICANTVR nobis Domine donata tua, quæ de tua largitate nobis ad remedium deducta sunt, qui es Deus benedictus in secula.

Alia.

SANCTAE Dei genitricis Mariæ, gloriosæ & intemeratæ virginis orationibus, quod nobis appositum est, redemptor omnium benedicat. Per Dominum nostrum.

Alia.

BEATI Petri principis Apostolorum interuentionibus, quæ nobis ad remedium sunt prolata, Christus filius Dei benedicat.

CXXVIII. ORATIO POST CIBVM.

SATIATI Domine opulentia tuæ donis, tibi gratias agimus pro his, quæ te largiente suscepimus, obsecrantes misericordiam tuam, vt quod corporibus nostris necessarium fuit, metibus non sit onerosum. Per Dominum nostrum.

Alia.

SATIASTINOS Domine de tuis donis ac datis, reple nos de tua misericordia, quia tu es benedictus, qui cum Deo patre & spiritu sancto viuis & regnas Deus per omnia secula seculorum.

CXXVIII. ORATIO IN SACRARIO.

OMNIPOTENS & misericors Deus, qui sacerdotum ministerio ad tibi seruiendum & supplicandum vti dignaris, quæsumus immensam clementiam tuam, vt quicquid modò visitamus, visites: quicquid benedicimus, benedicas: sitque ad nostræ humilitatis introitum, sanctorum tuorum meritis fuga demonum, angeli pacis ingressus. Per Dominum.

CXXX.

CXXX. ORATIO VBI VESTIMENTA CONSERVANTVR.

DEVS, qui famulantibus tibi mentis & corporis subsidia misericorditer largiris, præsta, quæsumus, vt quæ his pietas tua in vsu & necessaria corporum famulorum tuorum contulit, clementer abundare & conseruare facias; vt his exterius vtentes, interius indumento amicti iustitiæ, deuoti semper tibi existere mereantur. Per.

CXXXI. ORATIO IN REFECTORIO.

OMNIPOTENS & misericors Deus, qui famulos tuos in hac domo alis refectione carnali, cibum vel potum, te benedicente, cum gratiarum actione percipiant, & hic & in æternum per te semper salui esse mereantur. Per Dominum.

CXXXII. ORATIO IN DORMITORIO.

BENEDIC Domine hoc famulorum tuorum dormitorium, qui non dormis neque dormitas, qui custodis Israël, famulos tuos in hac domo quiescentes post laborem, custodi ab illusionibus phantasmaticis Satanæ: vigilantes, in præceptis tuis meditentur: dormientes, te per saporem sentiant, & hic & vbique defensionis tuæ auxilio muniantur. Per Dominum nostrum.

CXXXIII. ORATIO IN CELLARIO.

OMNIPOTENS & misericors Deus, qui vbique præsens es; maiestatem tuam suppliciter deprecamur, vt huic promptuario gratia tua adesse dignetur, quæ cuncta aduersa ab eo repellat, & abundantiam benedictionis tuæ largiter infundat. Per Dominum.

CXXXIII. ORATIO IN SCRIPTORIO.

BENEDICERE digneris Domine hoc scriptorium famulorum tuorum, & omnes habitantes in eo, vt quicquid hic diuinarum

nnn 3 scri-

scripturarum ab eis lectum vel scriptum fuerit, sensu capiāt, opere perficiant. Per.

CXXXV. ORATIO IN HOSPITALI.

OMNIPOTENS & misericors Deus, qui es doctor cordium humanorum & magister angelorum, te humiliter quæsumus, vt cordibus famulorum tuorum ob gratiam salutationis locū hunc frequentantium semper adesse digneris; sit eorum sermo in timore tuo ignitus, atq; sale conditus, vtilitate proximi plenus, vt cum hinc aduenientes recesserint, de exemplo eorum gloriam tui nominis prædicent. Per.

CXXXVI. ORATIO IN DOMO INFIRMORVM.

OMNIPOTENS & misericors Deus, quæsumus immensam pietatem tuam, vt ad introitum humilitatis nostræ, hos famulos tuos hoc in habitaculo fessos iacentes, salutiferè visitare digneris, vt sicut visitasti Domine Tobiam, et Saram, socrum Petri, puerumq; Centurionis; ita & isti pristina sanitate animæ corporisque recepta, gratiarum tibi in ecclesia tua referant actionem. Per Dominum.

CXXXVII. ORATIO IN AREA.

MULTIPLICA Domine super nos misericordiā tuam, & preces nostras propitius exaudire dignare, & sicut exaudisti famulū tuum regem Dauid, qui te in area hostias offerendo placavit, ita veniat, quæsumus, super hanc aream speratā benedictionis vbertas, vt repleti frugibus tuis, de tua semper misericordia gloriemur. Per.

CXXXVIII. ORATIO IN GRANARIO.

OMNIPOTENS & misericors Deus, qui benedixisti horrea Ioseph, aream Gedeonis, & adhuc quod maius est, iacta terræ semina surgere facis cum fœnore messis, te humiliter quæsumus, vt sicut ad petitionem famuli tui Helix, non defuit viduæ farina, ita ad

ad nostræ prauitatis suffragia, huic horreo famulorum tuorum, non desit benedictionis tuæ abundantia. Per Dominum.

CXXXVIII. ORATIO IN PISTRINO.

SANCTIFICETVR istius officinæ locus Domine, & fugetur ab eo omnis immundus spiritus per virtutem Domini nostri Iesu Christi, deturque omnibus in eo commorantibus sanitas, claritas, hilaritas, protegente ac conseruante maiestate tua omnipotens Deus. Qui viuus.

CXL. ORATIO IN COQVINA.

DEVS æterne, ante cuius conspectum adsistunt angeli, & cuius nutu reguntur vniuersa, qui etiam necessarijs humanæ fragilitatis, tua pietate consulere non desinis, te humiliter imploramus, vt habitaculum istius officinæ illa benedictione perfundas, qui per manus Helisei prophætæ in olla eremitica gustus amarissimos dulcorasti, & semper hic tuæ benedictionis copia redundante, laudes tibi referant, serui tui, qui das escā omni carni, & reple omne animal benedictione saluator mundi, Qui viuus & regnas.

CXLI. ORATIO IN LARDARIO.

OMNIPOTENS & misericors Deus, qui necessitatem humani generis clementer præuidens, adminicula temporalia contulisti, humiliter imploramus, vt benedicere digneris hoc lardariū famulorum tuorum, vt quod hic tua misericordia piè contulit, nostro merito non depereat. Per.

*Vox usur-
para à
Gallica
voce:
Lardier.*

CXLI. ORATIO IN CAMINATA.

OMNIPOTENS sempiternæ Deus, cuius sapientia hominem docuit, vt domus hæc careret aliquādo frigore à vicinitate ignis, te quæsumus, vt omnes habitantes vel conuenientes in ea, careant in corde infidelitatis frigore à feruore ignis spiritus sancti. Per.

*Camina-
tam usur-
pat pro
Camino.*

CXLIII. ORATIO IN INTROITV PORTAE.

DOMINE Iesu Christe, qui introitum portarum Hierusalem saluans sanctificasti, dum splendore gemmarum duodecim, totidem Apostolorum nomina praesignasti, & qui per organum propheticum promissisti, Lauda Hierusalem Dominum, quia confortauit seras portarum tuarum, & benedixit filios tuos in te. Te quaesumus, vt ponas omnes fines domus istius sanctae Mariae & sancti Petri pacem, vt velociter currens, interius sermo tuus adipe frumenti satiet eos; spiritus sanctus defendat illos, vt nunquam eis nocere praeualeat inimicus, sed omnes habitantes interius voce, corde, & opere decantent, dicentes: Magnus Dominus noster Iesus Christus, & magna virtus eius, & sapientiae eius non est numerus. Qui cum patre & spiritu sancto viuis & regnas Deus, per omnia secula seculorum.

CXLIII. ORATIONES MATVTINALE
ET VESPERTINALES

Matutinales.

MATVTINA supplicum vota Domine propitius intuere, & oeculta cordis nostri remedio tuae clarifica pietatis, & desideria tenebrosa non teneant, quos lux caelestis gratiae reparauit. Per.

OMNIPOTENS sempiternus Deus, apud quem semper nihil obscurum est, nihil tenebrosum; emitte, quaesumus, Domine lucem tuam in cordibus nostris, vt mandatorum tuorum lege percepta, in via tua ambulantes, nihil patiamur erroris. Per.

DEVS, qui vigilantes in laudibus tuis, caelesti mercede remuneras, tenebras de cordibus nostris auferre digneris, vt splendore luminis tui semper gaudeamus. Per Dominum nostrum.

GRATIAS tibi agimus Domine sancte, pater omnipotens, aeternus Deus, qui nos de transacto noctis spatio, ad matutinas horas perducere dignatus es, quaesumus, vt dones nobis diem hunc sine peccato transire, quatenus ad vesperum & semper tibi Deo gratias referamus. Per Dominum nostrum.

Exur-

EXURGENTES de cubilibus tuis, auxilium gratiae tuae matutinis Domine precibus imploramus, vt discussis tenebris vitiorum, ambulare mereamur in luce virtutum. Per.

TE lucem veram & lucis authorem Domine deprecamur, vt digneris a nobis tenebras depellere vitiorum, & clarificare nos luce virtutum. Per.

VERITAS tua, quaesumus Domine, luceat in cordibus nostris, & omnis falsitas destruat in inimici. Per.

SENSIBVS nostris, quaesumus Domine, lumen sanctum benignus infunde, vt tibi semper simus deuoti, cuius sapientia creati sumus, & prouidentia gubernamur. Per Dominum nostrum.

TVA nos Domine veritas semper illuminet, & ab omni prauitate defendat atque custodiat. Per.

[AUGustinus in nobis Domine, fidem tuam, & spiritus sancti lucem semper in nobis accende. Per. in unitate eiusdem.]

GRATIAS agimus enarrabili pietati tuae omnipotens Deus, qui nos depulsa noctis caligine, ad diei huius principium perduxisti, & abiecta ignorantiae caecitate, ad cultum tui nominis atque scientiam reuocasti, illabere sensibus nostris omnipotens pater, vt in praceptorum tuorum lumine gradientes, te ducem sequamur & principem. Per.

DEVS, qui tenebras ignorantiae verbi tui luce depellis, auge in cordibus nostris virtutem fidei quam dedisti, vt ignis quem gratia tua fecit accendi, nullis tentationibus possit extinguere. Per.

AURIBVS percipe, quaesumus Domine, verba cordis nostri, clamoremque matutinum pius scrutator intellige; vt orandi ad te nobis sit fida deuotio, tuaque donetur nobis diluculo contemplatio, & peccatorum omnium optata remissio. Per Dominum.]

Vespertinales.

ORIVTUR nascentibus tenebris aurora iustitiae, vt peracto die tibi suppliciter gratias agentes, etiam mane dignater recipias vota soluentes. Per.

TUUS dies Domine, & tua est nox, concede solē iustitiae permanere in cordibus nostris, ad repellendas tenebras cogitationum iniquarum. Per.

ooo Gratias



GRATIAS tibi Domine agimus, custoditi per diem: gratias tibi exsoluimus, custodiendi per noctem: repræsentā nos, quæsumus, Domine matutinis horis incolumes, vt nos omni tempore habeas laudatores. Per.

OMNIPOTENS sempiternæ Deus, vespere & mane & meridie maiestatem tuam suppliciter deprecamur, vt expulsis de cordibus nostris peccatorū tenebris, ad verā lucem, quæ Christus est, nos facias peruenire. Per eundem Dominum nostrum.

DEVS, qui illuminas noctem, & lucē post tenebras facis; concede nobis, vt hanc noctem sine impedimento satanæ transeamus, atque matutinis horis ad altare tuum recurrentes, tibi Deo gratias referamus. Per Dominum.

VESPERTINAE laudis officia persoluentes, clementiam tuam Domine humili præce deprecamur, vt nocturni insidiatoris fraudes, te protegente, vincamus. Per Dominum.

EXAUDI Domine famulos tuos, vespertina nomini tuo vota reddentes, & quos per singula diei momenta seruasti, per noctis quietem custodire dignare. Per.

[PROPI TIARE Domine vespertinis supplicationibus nostris, & fac nos sine reatu matutinis tibi laudibus præsentari. Per.

QUÆSUMVS Domine Deus noster, diei molestias noctis quiete sustentata; vt necessaria temporum vicissitudine succedente, nostra reficiatur infirmitas. Per Dominum.]

CXLV. IMPOSITIO MANVVM SVPER ENER- GVMENVM CATECHVME- NVM.

OMNIPOTENS sempiternæ Deus, à cuius facie cæli distillant, montes sicut cera liquefcunt, terra tremit, cui patent abyssi, quem infernus pauescit, quem omnis irarum motus adspiciens humiliatur: te supplex deprecor, Domine, vt inuocatione nominis tui, ab huius famuli tui vexatione confusus inimicus abscedat, & ab huius possessione anima liberata, ad authorē suæ salutis re-
currat,

currat, liberatoremq; suum, diabolico fœtore depulso, & odore suauissimo spiritus sancti percepto, sequatur. Per Dñm nostrum.

CXLVI. ITEM ALIA PRO PARVVLO ENERGVMENO.

DOMINE sancte, pater omnipotens, æternæ Deus, virtutem tuam totis exoro gemitibus, pro huius famuli tui oppressa infantia, qui etiam indignis inter pressuras donas præfidium, exurge pro huius infantia debellata, & noli diu retinere vindictam nec ante conspectum tuum veniunt parentum delicta, qui nec pro filio patrem, nec pro patre promisisti filium iudicari: auxiliare, quæsumus, inimici furore vexato, ne sine bap tismate facias eius animam à diabolo possideri, sed potius tenera ætas malignis oppressionibus liberata, tibi referat gratias sempiternas. Per.

CXLVII. ITEM SVPER ENERGVME- NVM BAPTIZATVM.

DEVS angelorum, Deus archangelorum, Deus prophetarum, Deus Apostolorum, Deus Martyrum, Deus Virginum, Deus pater Domini nostri Iesu Christi, inuoco sanctum nomen tuum, ac præclarę maiestatis tuæ clementiam supplex exposco, vt mihi auxilium præstare digneris aduersus hunc nequissimum spiritum, vt vbicunq; latet, audito nomine tuo, velociter exeat vel recedat. Ipse enim tibi imperat diabole, qui ventis & mari vel tempestatibus imperauit. Ipse tibi imperat, qui te de supernis cælorum, in inferiora terræ demergi præcepit. Ipse tibi imperat, qui te retrorsum redire præcepit. Audi ergo & time Satanas, victus & prostratus abscede in nomine Dñi nostri Iesu Christi. Tu ergo nequissime Satanas, inimic⁹ fidei generis humani, mortis raptor, iustitię declinator, malorum radix, fomes vitiorū, seductor hominū, pditor gentiū, incitator inuidiæ, origo auaritiæ, caussa discordię,

excitator dolorum, dæmonum magister, qui stas & resistis, cum scis cum tuas perdere vires, illum metue qui in Isaac immolatus est, in Ioseph venundatus, in agno occisus, in homine crucifixus, deinde triumphator. Recede in nomine patris, & filii, & spiritus sancti, & da locum spiritui sancto, per hoc signum crucis Christi Domini nostri. Qui venturus est iudicare.

Alia.

DEVS conditor & defensor generis humani, qui hominem ad imaginem & similitudinem tuam formasti, respice super hunc famulum tuum, qui dolis inuidi serpētis adpetitur, quem vetus aduersarius & hostis antiquus atræ formidinis horrore circumuolat, & sensum mentis humanæ stupore defigit, terrore conturbat, & metu trepidi timoris exagitat, repelle Domine virtutem diaboli, fallaceq; eius insidias amoue, procul impius tentator aufugiat: sit nominis tui signo famulis, tuis ex animo totus & corpore: tu pectoris huius interna custodias, tu viscera regas, tu corda con firmes, inania aduersariæ potestatis tentamenta euanescant. Da ad hanc inuocationem nominis tui gratiam, vt qui hucusque terreat, territus abeat, & victus abcedat, tibiq; possit hic seruus tuus corde firmato, & mente sincera, debitum præbere famulatum. Per Dominum.

Alia.

DOMINE sancte, pater omnipotens, æternæ Deus, Osanna in excelsis, pater Domini nostri Iesu Christi, qui illum refugam tyrannum gehennæ deputasti, qui vnigenitum tuum in hunc mundum misisti, vt illum rugientem leonem contereret, velociter adtende; accelera, vt eripias hominem ad imaginem & similitudinem tuam creatum à ruina & dæmonio meridiano. Da Domine terrorem tuum super bestiam, quæ exterminauit vineam tuam; da fiduciam seruis tuis contra nequissimum draconem fortiter stare, ne contemnat sperantes in te, & dicat, sicut in Pharaone iam olim dixit, Deum non noui, nec Israel dimitto. Vrgeat illum Domine dextera tua potens, discedere à famulo tuo, ne diutiùs præsumat captiuum tenere hominem, quem tu ad imaginem facere dignatus es.

tus es. Adiuro te ergò serpens antique per iudicem viuorum & mortuorum, per factorem mundi, per eum qui habet potestatem mittere in gehennam, vt ab hoc famulo Dei, qui ad ecclesiæ præsepia concurrat, cum metu & exercitu furoris tui festinans discedas. Adiuro te non mea infirmitate, sed in viriute sancti spiritus, vt * *al. ex-*
* desinas ab hoc famulo Dei N. quem omnipotens Deus ad imaginem suam fecit. Cede, cede non mihi, sed mysterijs Christi. Illius enim te perurget potestas, qui te affligens, cruci suæ subiugauit. Illius brachium contremesce, qui deuictis gemitibus inferni, animas ad lucem perduxit. Sit tibi terror corpus hominis, sit tibi formido imago Dei; nec resistas, nec moreris discedere ab homine, quoniam complacuit Christo, vt in homine habitaret. Et nè me infirmum contemnendum putes, dum me peccatorem nimis esse cognoscis. Imperat tibi Dominus, imperat tibi maiestas Christi, imperat tibi Deus pater, imperat tibi filius & spiritus sanctus, imperat tibi Apostolorum fides, Sancti Petri & Pauli, & cæterorum Apostolorum, imperat tibi indulgentia confessorum, imperat tibi martyrum sanguis, imperat tibi sacramentum crucis, imperat tibi mysteriorum virtus. Exi transgressor, exi seductor, plene omnidolo & fallacia, veritatis inimice, innocentium persecutor. Da locum durissime, da locum impijssime, da locum Christo, in quo nihil inuenisti de operibus tuis, qui te expoliavit, qui regnum tuum destruxit, qui te victum ligauit, & vasa tua dirupit, qui te proiecit in tenebras exteriores, vbi tibi cum ministris tuis erit præparatus interitus. Sed quid nunc truculente recogitas? quid temerarie tractas? Reus omnipotenti Deo, cuius statuta transgressus es. Reus filio eius Iesu Christo, quem tentare ausus es, & crucifigere præsumpsisti. Reus humano generi, cui mors tuis persuasionibus venit. Adiuro te ergo draco nequissime in nomine agni immaculati qui ambulauit super aspidem & basiliscum, qui conculcauit leonem & draconem, vt discedas ab homine, discedas ab Ecclesia Dei. Contremesce & effuge, inuocato nomine Domini illius, quæ inferi tremunt, cui virtutes cælorum, & potestates & dominationes subiectæ sunt, quem Cherubin & Seraphin indefessis vocibus

bus laudant. Imperat tibi verbum caro factum, imperat tibi natus ex virgine, Imperat tibi Iesus Nazarenus, qui te, cum discipulos eius contemneres, illaesus & prostratum exire iussit ab homine. Quo praesente, cum te ab homine separasset, nec porcorum gregem praesumere contingere. Recede ergo nunc adiuratus in nomine eius ab homine quem ipse plasmavit. Durum tibi est, Christo velle resistere, durum est tibi contra stimulum calcitrare; quia quanto tardius exis, tanto tibi supplicium maius crescit, quoniam non hominem contemnis, sed illum qui dominator viuorum & mortuorum est. Qui venturus est iudicare viuos & mortuos.

Hic finis erat libri Sacramentorum Grimoldi Abbatis, in praecipuo codice MS. Colonienfi. Quia tamen in Prologo huius libri etiam Praefationum meminit, quas in fine codicis huius posuerit, & Benedictionum ab Episcopo super populum dicendarum, nec non eius quod in codice B. Gregorij ad gradus inferiores in Ecclesia constituendos, non habetur, patet esse mutilum codicem. Porro ad Praefationes quod attinet, quia nullus codicum MS. separatim eas continebat, ad Praefationes sub calcem primi Tomi positas lectorem remittimus; vti etiam ad Ordinem Romanum, quod ad gradus inferiores attinet. Ceterum Benedictiones Episcopales (quarum fragmentum quoque erat sub finem Colonien. praecipui Cod. alia manu scriptum) ex MS. cod. Ultraiectino, & alio quodam Colonienfi, qui Episcopatum functionum ordinem complectebatur descripsimus, atque adeo etiam numerum CXLVIII. illis adscripsimus. Et Colonienfis quidem hic Codex XXIII. Dominicarum post octauas Pentecostes Benedictiones suppeditauit, quas idcirco etiam, & quod cum Euangelij Dominicarum concordiam habere viderentur, priore loco collocauimus. Undecim vero quae solae erant in Ultraiectino codice post has reposuimus.

CXLVIII. BENEDICTIONES EPISCOPALES PER ANNI CIRCVLVM.

Bene-

Benedictiones de Aduentu Domini.

OMNIPOTENS Deus, cuius vnigeniti aduentum & praeteritum creditis, & futurum exspectatis, eiusdem aduentus vos illustratione sanctificet, & sua benedictione locupletet. Amen.

IN praesentis vitae stadio vos ab omni aduersitate defendat, & se vobis in iudicio placabilem ostendat. Amen.

QVO à cunctis peccatorum contagijs liberati, illius tremendi examinis diem exspectetis interriti. Amen.

QVOD ipse praestare dignetur, qui cum Patre & Spiritu sancto viuuit, & gloriatur Deus, per omnia secula seculorum. Amen.

BENEDICTIO Dei Patris, & filij & spiritus sancti, & pax Domini sit semper vobiscum. Amen.

Item Alia.

OMNIPOTENS Deus vos placido vultu respiciat, & in vos suae benedictionis donum infundat. Amen.

ET qui hos dies incarnatione vnigeniti sui fecit solennes, à cunctis praesentis & futurae vitae aduersitatibus vos reddat indemnes. Amen.

ET qui de aduentu redemptoris nostri secundum carnem deuota mente letamini, in secundo, cum in maiestate sua venerit, praemijs aeternae vitae ditemini. Amen.

QVOD ipse praestare dignetur.

BENEDICTIO Dei patris.

Item alia.

DEVS cuius aduentus incarnationis praeteritus creditur, & iudicij venturus exspectatur, vos antequam veniat, expiet ab omni contagine delicti. Amen.

PRIVS in vobis diluat omne, quod illa futura examinatione puniturus est, vt cum iustus aduenerit iudex, non in vobis inueniat quod condemnet. Amen.

QVO veniente, non incurratis supplicium aeternum, sed donis remuneremini sempiternis. Amen.


QVOD ipse praestare dignetur.

Benedictio.

Item alia.

000 4

Deus



DEVS qui vos & prioris aduentûs gratia reparauit, & in secûdo daturum se vobis regnum cum sanctis angelis repromisit, aduentûs sui vos illustratione sanctificet. Amen.

VINCULA vestra dissoluat antequam veniat, vt liberati à vinculis peccatorû, interriti tremendum eius expectetis aduentum. Amen.

ET quem venisse in terris pro vestra salute creditis, venturumque ad iudicium sustinetis, eius aduentûs gloriam impauidi mereamini contueri.

QVOD ipse præstare dignetur.

Benedictio.

Benedictio proxima Dominica Natiuitati Domini.

EXCITA Domine potentiam tuam, & veni ad saluationem populi tui, quem acquisisti sanguine tuo, ne in eius perditione sæuus ille exultet inimicus, quem aduentûs tui potentia dudum liberasti per gratiam. Amen.

SIT fortitudo dexteræ tuæ ad protectionē huius familiæ tuæ, pro qua dignatus es hoc tempore carnem induere virginalem. Amen.

VT dum infirmitatem nostram tua clementia non ignoras, omnem hanc ecclesiā tuam tuę diuinitatis clypeo protegas. Amen.

QVOD ipse præstare.

Benedictio.

In vigilia Natalis Domini vel Theophan.

DEVS qui filij sui Domini nostri Iesu Christi humilitate iacentem mundum dignatus est erigere, suæ vos benedictionis capaces dignetur efficere. Amen.

VT veterem deponentes Adam cum actibus suis, illius cōuersione viuatis, qui post Deum creatus est in iustitia & sanctitate veritatis. Amen.

SICQVE ab eo hodie sanctificationem mereamini, quatenus natiuitatem saluatoris die crastina celebraturi, conuenientibus illi obsequijs existatis accepti. Amen.

QVOD ipse præstare.

Bene-

Benedictio.

B. In nocte natal. Domini primo Gallicium.

OMNIPOTENS Deus, qui incarnatione vnigeniti sui, mundi tenebras effugauit, & eius gloriosa natiuitate hanc sacratissimam noctem irradiauit, effuget à vobis tenebras vitiorum, & irradiet corda vestra luce virtutum. Amen.

QUIQVE eius sacratissimæ natiuitatis gaudium magnum pastoribus ab angelo voluit nunciari, ipse super vos benedictionis suæ gratissimum imbrem infundat, atq; ipso pastore vos ad æternorum gaudiorum pascua æterna perducatur. Amen.

ET qui per eius incarnationē terrena cœlestibus sociauit, æternæ pacis & bonæ voluntatis nectare vos repleat, & cœlestis militiæ confortes efficiat. Amen.

QVOD ipse præstare.

Benedictio.

B. in nocte Natalis Domini, primo mane.

OMNIPOTENS Deus, qui omne genus humanum tenebris infidelitatis obcæcatum, visitatione veræ lucis hodie illustrauit, ipse vos intrinsecûs & extrinsecûs gratiæ suæ benedictione illuminet. Amen.

VT pannosis tenebrarum operibus abiectis, lucidis iustitiæ vestimentis adornati, decenter incedatis, patrum videlicet exemplis calciati, castitate renes accincti, Christum induti, scuto fidei muniti, gladio sancti spiritûs armati, galea spei decorati, charitatis pallio cooperiti. Amen.

QUATENS hoc amictu per hostium cuneos illæsi transeuntes, & immunes, ad regem vestrum quem in præsepio paruulū inuenere pastores, in regnum cœlorum perueniatis ouantes. Amen.

QVOD ipse præstare.

Benedictio.

B. in die Natalis Domini.

BENEDICAT vos omnipotens Deus, vestramque ad superna

PPP exci-

excitet intentionem, qui hanc sacratissimam diem, natiuitate filij sui fecit esse solemnem. Amen.

ET qui eum, qui panis est angelorum, in præsepî Ecclesiæ, cibum fecit esse fidelium animalium; ipse vos & in præsentî seculo degustare faciat æternorum dulcedinem gaudiorum, & in futuro perducatur ad * fatietatem æternorum præmiorum. Amen.

*al. *fatietatem.*

QUIQUE eius infantiam vilibus voluit indui pannis, ipse vos cœlestium vestimentorum induat ornamentis. Amen.

QUOD ipse præstare dignetur, cuius regnum.

B. in Natali S. Stephani.

DEVS, qui B. Stephanum protomartyrem coronauit, & confessione fidei, & agone martyrij, mentes vestras circumdet in præsentî seculo corona iustitiæ, & in futuro perducatur vos ad coronam gloriæ. Amen.

ILLIVS obtentu tribuat vobis Dei & proximi charitate semper exuberare, qui hanc studuit etiam inter lapidantium impetus obtinere. Amen.

QUO eius exemplo roborati, & intercessione muniti, ab eo quem ipse à dextris Dei vidit stantem, mereamini benedicci. Amen.

QUOD ipse præstare dignetur, qui cum Patre.

B. in Natali S. Ioannis.

OMNIPOTENS Deus dignetur vobis per intercessionem B. Ioannis Apostoli & Euangelistæ benedicere, qui per eum arcana verbi sui voluit Ecclesiæ reuelare. Amen.

CONCEDAT vobis, vt quod ille spiritus sancti munere afflatus, vestris auribus infudit, eiusdem spiritus dono capere mente valeatis. Amen.

QUO, eius documento de diuinitate nostri redemptoris edocti, & amando quod tradidit, & prædicando quod docuit, & exsequendo quod iussit, ad dona peruenire mereamini, quæ idem Dominus noster Iesus Christus repromisit. Amen.

QUOD ipse præstare.

B. in Natali Innocentium.

OMNIPOTENS Deus, pro cuius vnigeniti veneranda infantia, infan-

infantum innocentum cateruas Herodis funesti peremit sæuitia, suæ vobis benedictionis tribuat dona gratissima. Amen.

ET qui eis concessit, vt vnicum filium eius Dominum nostrum non loquendo, sed moriendo confiterentur, concedat vobis, vt fidem veram, quam lingua vestra fatetur, etiam mores probi, & vita inculpabilis fateatur. Amen.

QUIQUE eos primitiuum fructum sanctæ suæ suscepit Ecclesiæ, cum fructu bonorum operum, vos faciat peruenire ad gaudia æternæ patriæ. Amen.

QUOD ipse præstare dignetur.

B. Dominica post Natale Domini.

DEVS qui vnigenitum suum misit vt mundum saluaret, eiusdem salutis vos participes efficiat, & in ea perseuerabiles reddat. Amen.

IRAM, quæ super infideles manet, à vobis amoueat, & ab ea vos in perpetuum liberos efficiat. Amen.

SPIRITVM filij sui vobis attribuat, eiusque donis vos affatim exuberare concedat. Amen.

QUOD ipse præstare dignetur.

B. in Octaua Domini.

OMNIPOTENS Deus, cuius vnigenitus hodierna die, ne legem solueret, quam adimplere venerat, corporalem suscepit circuncisionem, spiritali circuncisione mentes vestras ab omnibus vitiorum incentiuis expurget, & suam in vos infundat benedictionem. Amen.

ET qui legem per Moysen dedit, vt per mediatorem nostrum benedictionem daret, exuat vos mortificatione vitiorum, & faciat perseuerare in nouitate virtutum. Amen.

QUO sic in senarij numeri perfectione in hoc seculo viuatis, & in septenario inter beatorum spirituum agmina requiescatis, quatenus in octouo resurrectione renouati, iubilei remissione ditati, ad gaudia sine fine mansura perueniatis.

QUOD ipse præstare dignetur.

ppp 2

B. in

B.in.Theophania.

DEVS lumen verum, qui vnigenitum suum hodierna die, stella duce, gentibus voluit reuelare, sua vos dignetur benedictione ditare. Amen.

QV O, exemplo magorum mystica Domino Iesu Christo munera offerentes, spreto antiquo hoste, spretisque contagijs vitiorum, ad aeternam patriam redire vultis per viam virtutum. Amen.

DE T QV E vobis veram mentium innocentiam, qui super vnigenitum suum spiritum sanctum demonstrari voluit per columbam; eaque virtute mentes vestrae exerceantur ad intelligenda diuinæ legis arcana, qua in chana Galileæ limpha in vinum conuersa est. Amen.

QV O D ipse præstare dignetur.

B.in octaua Theophaniæ.

DE VM mirabilium & virtutum authorem supplices exoramus, vt qui se tunc mundi lumen stellæ prodidit lumine, & ad quem claritate sideris magi peruenerunt orandum, ipse ignoscendo se vobis concedat agnoscendum. Amen.

ET qui dignatus est hodie ad Iordanis fontem, fons aquæ viue descendere, vt per lauacrum sancti corporis ipsas aquas dilueret, ipse vos interius & exterius ab omni crimine clementer expurget. Amen.

QV I QV E rursus hac eadem die, in Chana Galileæ rogatus ad nuptiarum conuiuium, aquas viles præcipuum conuertit in vinum, ipse vilitatem mortalium corporum vestrorum, gloria resurrectionis absorberi faciat in æternum. Amen.

QV O D ipse præstare &c. cuius regnum.

B.Dominica I. post Theophan.

DE VS, qui filij sui temporalem pueritiam fecit esse mirabilem, spiritu prudentiæ corda vestra illustrare ac docere dignetur. Amen.

QV I QV E illum parentibus temporaliter subdi voluit, ipse vos humilitatis & pietatis muneribus miseratus informet. Amen.

Et

ET qui eum sapientia, ætate & gratia proficere tribuit, spirituum vobis profectuum incrementa propitius largiatur. Amen.

QV O D ipse præstare.

B. Dominica II. post Theophan.

DE VS qui sua mirabili potestate aquam vertit in vinum, vos à vetustate substractos, in beatæ vitæ transferat nouitatem. Amen.

ET qui nuptijs interesse voluit, vt earum sua præsentia comprobaret bonum, ipse vobis castitatis & sobrietatis perpetuæ cōferat donum. Amen.

IP SE vobis sanctarum intelligentiam scripturarum tribuat spiritalem, qui aquas in vina vertendo, hoc ipsum voluit designare. Amen.

QV O D ipse præstare.

B.Dominica III. post Theophan.

OM NIPOTENS Deus vos ab omnium peccatorum maculis emundet, qui Leprosum supplicem tactu proprio dignatus est emundare. Amen.

QV I QV E Centurionis seruum non aspernatus est visitare, ipse cordium vestrorum hospitium dignetur misericorditer introire. Amen.

SIC QV E vos fidei suæ plenitudine informet, vt cum sanctis suis in cœlorum regno accumbere contendat. Amen.

QV O D ipse.

B.Dominica IIII. post Theophan.

TENTATIONVM omnium à vobis Dominus pericula remoueat, & perturbationum procellas miseratus excludat. Amen.

TENTATORIS fraudes atque molimina dissoluat, & vos aduersus eum cautos atque inuincibiles faciat. Amen.

CONTINVAE pacis vobis munera tribuat, & vos in portum tranquillitatis ac securitatis propitiatus constituat. Amen.

QV O D ipse.

B.Dominica V. post Theophan.

DE VS qui bonum semen in sua Ecclesia serere consuevit, in vobis illud conseruare atque multiplicare nunquā desistat. Amē.

ZIZANIORVM superfeminatorem à vobis procul repellat,
& sui verbi pabulo vos indefinenter reficiat. Amen.

QVO, cùm dies iudicij aduenerit, à reprobis separati, ad dexte-
ram iudicis sistamini, & in beatissimo ipsius regno collocemini.
Amen.

Quod ipse præstare.

B. Dominica VI. post Theophan.

DEVS qui mare suis pedibus fecit esse calcabile, vobis quic-
quid est noxium, ipse substernat. Amen.

CONTRARIOS immundorum spirituum motus compefcet,
& vos in sua pace confirmet. Amen.

CRUCIS suæ nauis inter mundi fluctus gubernet, & in littus
beatæ perennitatis perducatur. Amen.

Quod.

B. in Purificatione S. Mariæ.

OMNIPOTENS Deus, qui vnigenitum suum hodierna die in
assumpta carne in templo voluit præsentari, benedictionis suæ
vos munere fultos, bonis operibus faciat exornari. Amen.

ET qui eum, vt legem adimpleret, ministrum voluit effici legis,
mentes vestras instruat legis suæ spiritalibus documentis. Amen.

QVO ei & pro turturibus, castitatis & charitatis munera offer-
re valeatis: & pro pullis columbarum, spiritus sancti donis exube-
retis. Amen.

Quod ipse.

B. in Septuagesima.

IPSE vos in Ecclesia sua fructificare faciat, qui ad excolendam
vineam suam, manè, hora tertia, sexta, nona, & vndecima opera-
rios inuitat. Amen.

QVATENVS inter primos operantes, nec extremis inuidentes,
mercedem laborum vestrorum sine murmure & increpatione
percipiatis. Amen.

VT cum his qui membris Christi minimis subuenire curarunt,
in nouissimo magni iudicij die benedici, atque in æterna taberna-
cula introduci mereamini. Amen.

QVO ipse præstare dignetur, cuius potestas nec initio, nec fi-
ne coangustatur, in secula seculorum. Amen.

B. in

B. in Sexagesima.

DATOR omnium bonorum Christus, bonum semine in cordibus vestris
feminare, & ad maturitatem congruam dignetur perducere. Amen.

QVO nec à dæmonibus comestum, nec duritia cordis arefactum,
nec spinis suffocatum, centenarium possit reddere fructum. Amen.

QVATENVS, in ultimo discrimine, quando multi pro crimine,
vt zizania igni comburenda, tradentur, vobis manipulas frugum
vestrarum portantibus, horrea cælorum aperiantur. Amen.

QVOD summa Trinitas præstare dignetur, quæ quibuslibet
foris impendentibus ministerium, ipsa sola intrinsecus dare potest
incrementum, in secula seculorum. Amen.

B. in Quinquagesima.

LUMEN indeficiens Deus, qui ad illuminationem nostram lu-
men de se genitum in hunc mundum dirigere voluit incarnatum
ipse aperire dignetur oculos præcordiorum vestrorum. Amen.

QVATENVS ipsum sequentes, & alios ad laudem Dei accen-
datis & ipsi ad domum Dei æternam in cælis perueniatis. Amen.

IN quam per ipsum & ostium & ostiarium introducti, diuinis
laudibus in secula seculorum permaneat intenti. Amen.

QVOD eius dignatione fieri postulemus, qui quos ante secu-
lum præsciuit & prædestinavit, & ante finem seculi vocauit & iu-
stificauit, in fine seculi glorificabit, in secula seculorum. Amen.

B. Dominica I. Quadragesimæ.

BENEDICAT vobis omnipotens Deus, qui quadragenarium
numerum in Moyse & Helie, nec non mediatoris nostri ieiunio cõ-
secrauit, concedatq; vobis ita transigere præsentis vitæ dispensa-
tionem, vt accepto à patre familias remunerationis denario, per-
ueniatis ad peccatorum omnium remissionem, & ad gloriosam
cum sanctis omnibus resurrectionem. Amen.

DEIQVE vobis spiritalium virtutum inuictissima arma, quibus ex ipso
Dni deuincere valeatis antiqui hostis sagacissima tentamenta. Amē. ** al. inuictissima. Etricia.*

QVO nõ in solo pane, sed in omni verbo quod de ore eius pro-
cedit, spiritalem sumentes alimoniam, per ieiuniorum obseruationem,
& cæterorum bonorum operum exhibitionem, percipere mereamini

PPP 4 immar.

immarcescibilem gloriæ coronam. Amen.

Quod ipse.

B. Dominica II. Quadragesimæ.

OMNIPOTENS Deus, ieiunij cæterarumque virtutum dedicator atque amator, sua vos benedictione sanctificet. Amen.

ACCENDAT in vobis pię deuotionis affectum, & præbeat supplicantibus suum benignus auditum. Amen.

QUATENVS mentes vestræ sinceris purgatæ ieiunij, bonorum* omnium exuberent incrementis. Amen.

*al. operũ

Quod ipse.

B. Dominica III. Quadragesimæ.

OMNIPOTENS Deus ieiuniorum vestrorum victimas clementer accipiat, & sua vos benedictione dignos efficiat. Amen.

MENTES vestras ita parsimonie bono contra vitia muniat, præceptorum suorum doctrinis erudiat, charitatis dono repleat, vt vos in omnibus sibi placere concedat. Amen.

QUATENVS præsetis quadragesimæ diebus deuotissimè celebratis, ad paschalia festa purificatis cordibus accedere valeatis. Amē

Quod ipse.

B. Dominica IIII. Quadragesimæ.

DEVS qui vos ad præsentium quadragesimalium dierum mediocritatem dignatus est perducere, ipse vos sua miseratione dignetur benedicere. Amen.

ABSTINENTIAM vestram præteritam acceptet, futuram ita sibi placitam reddat, vt sicut ab illicitis cibis, ita vos etiam à vitij omnibus abstinere concedat. Amen.

QUATENVS de præteritis & de futuris spiritalium charismatũ frugibus, ei grates persoluentes, ad sanctũ Pascha peruenire possitis indemnes. Amen.

Quod ipse.

B. Dominica V. Quadragesimæ.

ACCENDAT in vobis Dominus vim sui amoris, & per ieiuniorũ obseruantiam, infundat in vobis donũ suę benedictionis. Amē.

SIC ei parsimonie victimas offeratis, vt illi contriti cordis, & humilitatis sacrificio placeatis. Amen.

Qua-

QUATENVS oratio vestra ieiunij & eleemosynæ alis subuecta, ita ad aures vestri conditoris ascendat, vt vos æternæ beatitudinis hæredes, & supernorum ciuium consortes efficiat. Amen.

Quod ipse.

B. Dom. Indulgentiæ.

BENEDICAT vobis omnipotens Deus, cui & ieiuniorũ maceratione, & præsentium dierũ obseruatione placere studetis. Amen.

CONCEDAT QVE vobis, vt sicut ei cum ramis palmarum, cæterarumque frondium præsentari studuistis, ita cum palma victoria, & fructu bonorum operum, ei post obitum apparere valeatis. Amen.

QUI QVE vnigeniti filij eius passionem puro corde creditis, mente deuota venerari studetis, ad resurrectionis festa, & vestræ remunerationis præmia, ipsius fulti munimine, veniatis. Amen.

Quod ipse.

B. in cœna Domini.

BENEDICAT vobis omnipotens Deus, qui per vnigeniti sui passionem vetus pascha in nouum voluit conuerti, concedatq; vobis, vt expurgato veteris fermenti contagio, noua in vobis perseueret conspersio. Amen.

ET qui ad celebrandam redemptoris nostri cœnam mente deuota conuenistis, æternarum dapium vobiscum epulas reportetis. Amen.

IPSI VS QVE opitulante clemetia, mundemini à fordibus peccatorum, qui ad insinuandum humilitatis exemplum, pedes voluit lauare discipulorum. Amen.

Quod ipse.

B. de Passione Domini.

OMNIPOTENS Deus, qui vnigeniti sui passione tribuit vobis humilitatis exemplum, concedat vobis per eandem humilitatem percipere suę benedictionis ineffabile donum. Amen.

IPSI VS resurrectionis percipiatis consortia, cuius patientiæ veneramini documenta. Amen.

QVO ab eo sempiternæ vitæ munus percipiatis, per cuius tem-

poralem

poralem mortem, æternam vos euadere creditis. Amen.

QVOD ipse præstare.

B. in Sabbato sancto.

DEVS qui de Ecclesiæ suæ vtero intemerato novos populos produçens eam, virginitate manente, noua semper prole fecundat; fidei, spei, & charitatis vos munere repleat, & suæ in vos benedictionis dona infundat. Amen.

ET qui hanc sacratissimam noctem redemptoris nostri resurrectione voluit illustrare, mentes vestras peccatorum tenebris mundatas, virtutum copijs faciat coruscare. Amen.

QVO eorum qui modo renati sunt, innocentiam imitari certis, & vascula mentium vestrarum, exemplo presentium luminum illustretis, vt cum bonorum operum lampadibus, ad huius sponsi thalamum, cuius resurrectionem celebratis, cum prudentibus virginibus intrare possitis. Amen.

QVOD ipse præsta.

B. in die sancto Paschæ.

BENEDICAT VOS omnipotens Deus, hodierna interueniente Paschali solennitate, & ab omni, miseratus, dignetur defendere prauitate. Amen.

ET qui ad æternam vitam, vnigeniti sui resurrectione vos reparat, in ipsius aduentu, immortalitatis vos gaudijs vestiatur. Amen.

ET qui expletis ieiuniorum siue passionis dominicæ diebus, paschalis festi gaudia celebratis, ad ea festa, quæ non sunt annua, sed continua, ipso opitulante, exultantibus animis veniatis. Amen.

QVOD ipse præstare dignetur, qui deuicta morte, patri sanctoque spiritui coequalis, viuit & gloriatur Deus, per omnia secula seculorum. Amen.

B. in octaua Paschæ.

DEVS, cuius vnigenitus hodierna die discipulis suis, ianuis clausis, dignatus est apparere, suæ vos benedictionis donis locupletare, & cælestis vobis regni ianuas dignetur aperire. Amen.

Vt

VT qui ab eorum pectoribus attactu sui corporis vulnus amputauit dubietatis, concedat, vt per fidem, qua eum resurrexisse creditis, omnium delictorum maculis careatis. Amen.

ET qui eum cum Thoma Deum & Dominum creditis, & cernuis vocib' inuocatis, ab eo & in hoc seculo à malis omnibus tueri, & in futuro sanctorum cœtibus adscisci valeatis. Amen.

QVOD ipse.

Item B. de Resurrectione Domini.

BENEDICAT VOS omnipotens Deus, qui vos gratuita miseratione creauit, & in resurrectione vnigeniti sui spem vobis resurgendi concessit. Amen.

RESUSCITET VOS de vitiorum sepulchris, qui eum resuscitauit à mortuis. Amen.

VT cum eo sine fine feliciter viuatis, quem resurrexisse à mortuis veraciter creditis. Amen.

QVOD ipse.

Alia.

DEVS qui per resurrectionem vnigeniti sui vobis contulit, & bonum redemptionis, & decus adoptionis, suæ vobis conferat præmia benedictionis. Amen.

ET quo redimente, percepistis donum perpetuæ libertatis, eo largiente, consortes efficiamini æternæ hæreditatis. Amen.

ET cui cõresurrexistis in baptifmate credendo, adiungi mereamini in cælesti regione benè viuendo. Amen.

QVOD ipse.

Item alia.

DEVS qui pro vobis suscepit iniuriam crucis, lætitia vos innouet suæ resurrectionis. Amen.

ET qui pendenti secum in cruce latroni remisit delictum, vos absoluat à cunctis nexibus peccatorum. Amen.

VT per redemptionis vestræ mysterium & dignè conuersermini in opere, & locupletius æterna perfruamini remuneratione. Amen.

QVOD ipse.

Item alia.

qqq 2

Deus

DEVS qui vos lauit aqua fui lateris, & redemit effusione cruoris, ipse in vobis confirmet gratiam adeptæ redemptionis. Amen.

PER quem renati estis ex aqua & spiritu sancto, ipse vos coelesti confociet regno. Amen.

QUIQUE dedit vobis initia sanctæ fidei, ipse conferat & perfectionem operis, & plenitudinem charitatis. Amen.

QUOD ipse &c. cuius.

Item alia.

DOMINVS Deus noster vos perducatur ad arborem vitæ, qui eruit de lacu miseræ. Amen.

IPSE vobis aperiat ianuam paradisi, qui confregit portas inferni. Amen.

IPSE vos eruat à flagello, & in regnum suum perducatur confidentes, qui pati dignatus est pro impijs innocens. Amen.

QUOD ipse &c. qui cum patre.

Item alia.

OMNIPOTENTIS Dei & Domini nostri benedictionibus repleamini, cuius estis sanguine precioso redempti. Amen.

EIVS vos indeficiens repleat gratia, cuius ineffabilis plasmat potentia. Amen.

VT qui vobis in hoc mundo præstitit conditionem nascendi, ipse in regno æterno tribuat mansionem sine fine viuendi. Amen.

QUOD ipse &c. qui cum patre.

Item alia.

DEVS qui, calcatis inferni legibus, captiuitatem nostram, resoluta catenarum compage, dignatus est ad libertatis præmia reuocare, ipse vobis præstet ita hanc vitam transigere, vt in illam perpetuam, ipso duce, possitis intrare. Amen.

TANTVM præbeat vobis feruorem catholicæ fidei, vt sancti aduentus illius sitis expectatione securi. Amen.

VT quicumque hic meruerunt purgari vnda baptismi, ibi præsentari valeant pio iudici candidati. Amen.

QUOD ipse &c.

B. de

B. de sancta Cruce.

BENEDICAT vos de cœlis omnipotens Deus, qui per crucem & sanguinem passionis suæ, vos dignatus est redimere in terris. Amen.

IPSE vos renouet à vetustate peccati, qui pro vobis dignatus est crucifigi; vosque ad cœlestia suscitet, qui pro vobis inferos penetrauit. Amen.

VITAM suam vobis Dominus tribuat, qui mortem vestram suscepit & perdidit. Amen.

Quod ipse &c. cuius.

Item alia.

BENEDICAT vobis omnipotens Deus, qui per vnigeniti sui Iesu Christi Domini nostri passionem & crucis patibulum, genus redemit humanum. Amen.

CONCEDATQUE vobis, vt cum omnibus sanctis, quæ sit eiusdem crucis longitudo, latitudo, sublimitas & profundum, mente deuota comprehendere possitis. Amen.

QUATENVS vosmetipsos abnegando, crucemque gestando, ita in præsentis vitæ stadio redemptorem nostrum possitis sequi, vt ei inter choros angelorum post obitum mereamini adscisci. Amen.

Quod ipse.

B. in die Ascensionis Domini.

BENEDICAT vobis omnipotens Deus, cuius vnigenitus hodierna die cœlorum alta penetrauit, & vobis vbi ille est, ascendendi aditum patefecit. Amen.

CONCEDATQUE propitius, vt sicut post resurrectionem suam discipulis visus est manifestus, ita vobis in iudicium veniens, videatur placatus. Amen.

ET quem confedere patri in sua maiestate creditis, vobiscum manere vsque in finem sæculi secundum suam promissionem sentiatis. Amen.

Quod ipse.

B. in vigilia Pentecostes.

qqq 3

Bene-

BENEDICAT vobis omnipotens Deus, ob cuius paraleti aduentum, mentes vestras ieiunij obseruantia præparatis, & præsentem diem solennibus laudibus honoratis. Amen.

INSTAR modò renatorum infantium talem innocentiam habeatis, vt templum sancti spiritûs, ipso tribuente, esse possitis. Amen.

ATQVE idè spiritus veritatis ità vos hodie sua habitatione dignos efficiat, vt cras vestris mentibus se, vobiscum perpetim habitaturus infundat; & peracto præsentis vitæ curriculo, vos ad cœlestia regna perducatur. Amen.

QUOD ipse præstare dignetur, qui cū patre & filio vnus Deus viuut & regnat per omnia secula seculorum. Amen.

Item alia.

DEVS pater omnipotens, qui, exaltato Christo filio suo, discipulis eius spiritum paraletum, sicut promiserat, infudit, eodem vos purificare & consolari dignetur. Amen.

VT in vobis in hoc seculo manens, vos in futuro ad visionem suam perducatur. Amen.

AC ipsum filium suum, quem impij in iudicio in hominis visuri sunt forma, post iudicium vobis in maiestate sua conspicibilem reddat. Amen.

Quod ipse.

B. in die sancto Pentecostes.

DEVS qui hodierna die discipulorum mentes spiritus paraleti infusione dignatus est illustrare, faciat vos sua benedictione repleri, & eiusdem spiritus donis exuberare. Amen.

ILLE ignis qui super discipulos apparuit, peccatorû vestrorum fordes expurget, & sui luminis infusione corda vestra perlustrat. Amen.

QUIQVE dignatus est diuersitatè linguarû in vnus fidei confessione adunare, in eadem vos faciat fide perseverare, & per hanc

*al. specie ad *speciem peruenire. Amen.

sc̄. ac̄. sc̄. in
dimis:

Quod ipse.

Item alia.

DEVS, qui Apostolos Christi filij sui recessu quasi orphanos factos,

factos, hodie aduentu spiritus sancti reddidit consolatos, ipso vos semper inhabitante, ab omni malitia faciat alienos. Amen.

ET qui eos charismate donauit, omnium linguarum, vos ditet gratia cunctarum virtutum. Amen.

VT hîc vnanimè, vno ore honorificantes Deum, cum ipsis perueniatis ad regna cœlorum. Amen.

Quod ipse.

B. in octaua Pentecost.

EFFVNDAT super vos Dominus spiritum gratiæ & precum, spiritum agnitionis & dilectionis suæ, & sanctæ spei. Amen.

REQUIESCAT super vos spiritus sapientiæ & intellectûs, spiritus consilij & fortitudinis, spiritus scientiæ & pietatis, repleatq; vos spiritu timoris Domini. Amen.

SPIRITVS eius qui suscitauit Iesum à mortuis, habitet in vobis, vt immortalitatis eius participatione per infinita secula gaudeatis. Amen.

Quod ipse.

Item alia.

DEVS qui regenerauit vos ex aqua & Spiritu sancto, ipse vos in suo constituat regno. Amen.

VT inuisibiliter eodem spiritu instructi, filij eius fiat adoptiui. Amen.

ET à potestate tenebrarum recedentes, in cōspectu ipsius perseveretis lucentes. Amen.

Quod ipse.

BENED. DOMINICA I. POST OCTA. PENTECOST.

CHARITATE sua vos Dominus replere dignetur, vt beata vos hæreditate muneretur. Amen.

QUATENVS per timorem eius castum, gehennæ euadentes tormentum, ad supernum gaudentes perueniatis paradysum. Amen.

9994 Vt inde

VT inde conspectis malorum pœnis, quæ eius gratia euasistis, debitas ei gratiarum actiones in æuum persoluatis. Amen.

Quod ipse.

Dominica II.

DEVS pater omnipotens, qui vos ad suam vocauit cœnam, humiliter sibi obsequentes perducatur ad illam. Amen.

VT infelicibus circa terrestria detentis, vos felices & expediti ad cœlestia perueniatis. Amen.

NEC in aliquo uestrum Deus inueniat, quod expulsionem sit dignum, sed quod præmium mereatur beatum. Amen.

Quod ipse.

Dominica III.

OMNIPOTENS Deus, qui vnigenitum suum ad ouem direxit erroneam, per ipsum vos ad mansionem perducatur supernam. Amen.

ET interim vos à leonum & luporum defendatur insidijs, donec ad secura pascua conscendatis. Amen.

VT fiat de uobis gaudium in cœlis, quod per fidem diabolus deuicistis in terris. Amen.

Quod ipse.

Dominica IIII.

MISERICORS Deus, misericordes uos faciat, ut uobis misericordiam dignanter impendat. Amen.

ET ita uos doceatur iudicare, ne merito uos debeat condemnare. Amen.

SED imitatores patientiæ Christi effectos, in futura gloria constituat in æuum securos. Amen.

Quod ipse.

Dominica V.

OBEDIENTES uos Dominus præstet apostolicæ doctrinæ ut hæredes fiat benedictionis æternæ. Amen.

ET eorum precibus de profundo huius mundi liberati, cum eis possessores gaudeatis regni superni. Amen.

VT cum animaduersionem iudicis pauescant mala facientes, oculi

oculi Domini demulceant uos exultantes. Amen.

Dom. VI.

BAPTISMA quod accepistis in Christo, eius gratia conseruetis illæsum in mundo. Amen.

VT in ipso commortui peccatis, in nouitate uitæ, semper ambuletis. Amen.

ET omni temeritate mentis & linguæ, siue operis deuotata, oblatio deuotionis uestræ Deo patri fiat accepta. Amen.

Quod ipse p.

Dom. VII.

AB omni peccato emundatos efficiat uos Dominus sanctificatos. Amen.

VT tales fructus adferatis, de quibus ipsi placere ualeatis. Amen.

ET hic spiritualibus cibis enutriti, ad cœnam nuptiarum agni ueniatis securi. Amen.

QUOD ipse præstare dignetur, qui ueritas manens & uita, uobis dignatus est fieri uia & esca: cuiusq; imperium sine fine permanet in secula seculorum. Amen.

Dom. VIII.

ITAVOS Dominus omnipotens tribuat facta carnis mortificare, ut digni fiat cum ipso regnare. Amen.

ET hic eius spiritu iustificati, in futuro appareatis filij Dei. Amen.

VT falsis & malis merito damnatis, uos gratia Dei, ut sol, splendatis. Amen. Quod ipse p.

Dom. VIII.

AB omnibus concupiscentijs malis euacuatos, uos Dominus restituat immaculatos. Amen.

ET liberatos à tentationibus, præstet pollere uirtutibus. Amen.

VT innocentia uitæ & eleemosynarum largitate, perfruamini beata æternitate. Amen. Quod ipse p.

Dom. X.

A blasphematoribus Christi secernens uos Dominus, adnumeret suis fidelibus confessoribus. Amen.

VT multiplici sancti spiritus dono ditati, in omnibus inueniamini bonis perfecti. Amen.

NEC eiectionem de domo Dei mereamini æterna, sed in seculis seculorum habitetis in ea. Amen. QVOD ipse p.

Dom. XI.

PER passionem Christi iustificatos, per resurrectionem eius vos Dominus reddat glorificatos. Amen.

VT gratia ipsius de indignis digni, & de minimis efficiamini magni. Amen.

NEC tamen de sanctitate gloriantes, despiciatis aut condemnatis adhuc peccantes. Amen. QVOD ipse p.

Dom. XII.

IDONEOS sibi vos Dominus faciat ministros munere sui spiritus instructos:

VT auribus & ore Christo deuoti, eius fiat praeconio digni. Amen.

QVATENVS ita viuatis, vt ad laudem Dei & alios accendatis. Amen.

Dom. XIII.

QVI vos promissionis Patrum tribuit esse participes, eorum faciat esse coheredes. Amen.

VT qui in Adam de paradiso lugetis eiectione, per Christum gaudeatis reducti. Amen.

Et alios ipsius imitatione, vitae concilietis æternæ. Amen.

QVOD ipse p.

Dom. XIII.

TRIBVAT vobis Dominus carnis desideria contere, vt spiritu possitis ambulare. Amen.

EMVNDET vos à lepræ interioris contagio, vt digni fiat sanctorum consortio:

Et hinc mundatori vestro gratias agentes, ad cœlestem Hierusalem perueniatis ouantes. Amen. QVOD ipse.

Dom. XV.

Præstet

PRÆSTET vos Dominus superare cœnodoxiam, vt veram pertingatis ad gloriam. Amen.

Et hinc seminantes iustitiam, in futuro vitam metatis æternam. Amen.

Et creatori vestro deuotè seruientes, cum ipso regnetis exultantes. Amen.

Dom. XVI.

IN tribulatione vos faciat Dominus patientes, vt eius fieri mereamini cōsortes. Amen.

Et hinc Christo per fidem in vobis habitante, ad videndam claritatem illius possitis intrare. Amen.

SEI VNCTIS QVE à vobis mortuorum baiulis, ipsum cum angelis sanctis collaudetis. Amen. QVOD ipse p.

Dom. XVII.

IN vnitatem spiritus faciat vos Dominus ambulare, vt cum illo mereamini regnare. Amen.

Et baptisma seruantes, patri qui est supra omnia, presentemini lætantes. Amen.

Et fictis debito rubore confusis, vos in æterna gloria gaudeatis. Amen. QVOD ipse p.

SABBATVM IN XII.LECT.

DIGNOS vos Deus efficiat suo sacerdotio, qui suo pro vobis non pepercit vnigenito. Amen.

VT in sancta conuersatione perseverantes, ad illum etiã conuertatis errantes. Amen.

Et pro sterilibus & incuruatis intercessores idonei fiat. Amen. QVOD ipse p.

Dominica. XVIII.

DEVS qui ditauit vos in verbo & scientia, conferuet vos in vita immaculata. Amen.

VT in aduentu filij eius pareatis sine crimine, cuius estis emundati cruore. Amen.

rrr 2 Et

ET impijs scabelli vice sub pedibus eius positus, vos cum ipso sublimati consideratis. Amen.

QVOD ipse p.

Dom. XVIII.

RENOVET VOS omnipotens Deus, vt nobis esse debeat placatus. Amen.

ET depositis omnibus vitijs, in cunctis virtutibus fulgeatis. Amen.

ATQVE hinc proximorum onera portantes, cum ipsis ad cœlum veniatis exultantes. Amen.

QVOD ipse p.

Dom. XX.

CONCEDAT VOBIS omnipotens Dominus, vt hinc cautè ambulantes, ad regna cœlorum perueniatis indemnes. Amen.

ET sancti spiritus pignore ditati, quondam appareatis corpus filij Dei. Amen.

CVM quo ad æternas nuptias intrantes, sanctorum societate perfrui mini gaudentes. Amen.

QVOD ipse p.

Dom. XXI.

CONFORTET VOS Deus omnipotens ad bellandas. &c.

VT scuto fidei, galea spei, & charitatis cingulo muniti, placere valeatis summæ Trinitati. Amen.

ET per exempla credulitatis vestræ, & alij conuersari discant honestè. Amen.

QVOD ipse p.

Dom. XXII.

AUTHOR & inceptor omnium bonorum, confortes efficiat vos felicium præmiorum. Amen.

ET magis ac magis abundantes in sua scientia, in diem Christi perducatur sine offensa. Amen.

INSUPER omnium debitorum contractus remittens, fidelibus seruis suis adæquet miserescens. Amen.

QVOD ipse.

Dom.

Dom. XXIII.

IMITATORES sanctorum faciat vos Dominus, vt vobis dignetur esse placatus. Amen.

ET hinc crucis Christi amici perseuerantes, cœlestis regni fiat participes. Amen.

QUATENVS imagine sua in vobis agnita, gaudia vobis tribuat infinita. Amen.

QVOD ipse p.

Dom. XXIII.

IMPLEAT VOS Dominus agnitione voluntatis suæ, vt hæredes esse mereamini vitæ sempiternæ. Amen.

ET longanimitate patientiæ vestræ, Deo nutriantur animæ rectè. Amen.

QUINETIAM vitijs languidi vel sceleribus mortui, visitatione siue tactu sanctitatis vestræ, salui inueniantur & viui. Amen.

B. Dom. I. post Pentecosten.

Ex Vltraiectino co-

BENEDICAT VOBIS Dominus nostri oris alloquio, & dice alia XI. priorū cor vestrum sinceri amoris copulet nexu perpetuo. A- *Dominicarum post Pentecosten Bene-*

FLOREATIS rerum præsentium copijs iustitia ac- *ditiones.* quisitis, gaudeatis perenniter fructibus sincerissimæ charitatis. Amen.

TRIBVAT VOBIS Dominus dona perennia, vt post tempora feliciter dilatata, percipiatis gaudia sempiterna. Amen.

QVOD ipse.

B. Dom. II. post Pentecosten.

EMVNDET Dominus conscientias vestras ab omni malitia, & repleat sanctificatione perpetua. Amen.

VOTAVESTRA clementer intendat, & peccata omnia propitius indulgeat. Amen.

QUAE piè optatis, miseratus attribuat; & quæ pauescitis, pius propugnator procul repellat. Amen.

QVOD ipse.

B. Dom. III. post Pentec.

rrr 3

Amoueat

AMOVEAT à vobis Dominus totius maculas similtatis, & im-
buat vos muneribus puræ dilectionis. Amen.

SUBVIGET à vobis reluctationem carnis & sanguinis, & opẽ
conferat perpetuæ castitatis. Amen.

ATQVE vos in præfenti feculo diligere faciat, quod à cœlestis
paradyfi hæreditate non diuidat. Amen.

Quod ipse.

B. Dominica. IIII. post Pentecost.

SANCTIFICET vos Domini gratia, & ab omni malo custo-
diat. Amen.

ARCEAT à vobis omne quod malum est, & spiritus vestros
corporaque purificet. Amen.

ALLIGET vos sibi vinculo charitatis, & pax eius abundet in
cordibus vestris. Amen.

Quod ipse.

B. Dom. V. post Pentecost.

DEVS qui est vita mortalium, salusque peccatorum, auferat à
vobis omnes maculas delictorum. Amen.

INDVAT vos decore virtutũ, sanctificet mentes, purificet vo-
luntates, & donet vobis sanctorum consortium angelorũ. Amen.

VT probabiles fide, & opere immaculati, perueniatis ad æter-
nam gaudiorum cœlestium hæreditatem. Amen.

Quod ipse.

B. Dominica. VI. post Pentec.

GRATIA sua vos dominus locupletet, & cœlesti benedictione
multiplicet. Amen.

AB omni vos aduersitate defendat, & pia semper miseratione
custodiat. Amen.

PETITIONES vestras placatus intendat, & culparum omnium
vobis veniam clementer attribuat. Amen.

Quod ipse.

B. Dominica VII. post Pentecost.

BENEDICTIO vos domini comitetur vbiq; , sibiq; semper
vos faciat adhærere. Amen.

Ipse

IPSE vos sua benedictione saluificet, qui dignatus est plasma-
re potenter. Amen.

ATQVE ita vos præstet feliciter viuere, vt cœlestis beatitudinis ef-
ficiat coheredes. Amen.

Quod ipse.

B. Dominica. VIII. post Pentecost.

OMNIPOTENS Deus peccatorum vestrorum maculas ex-
purget, & sua vos benedictione illustret. Amen.

REPLEAT vos spiritualium donis virtutum, & perseuerare
faciat in bonis propositum vestrum. Amen.

SICQVE humilitatem vestram benignus acceptet, vt suæ vos
pietatis remuneratione locupletet. Amen.

Quod ipse.

B. Dom. VIII. post Pentecost.

BENEDITIONIS Domini gratia vos semper protegat, &
ab omni malo defendat. Amen.

MVNDET vos ab omni crimine peccatorum, & sibi met pla-
cere faciat in æternum. Amen.

IBIQVE vobis Dominus placatus occurrat, & suæ benedicti-
onis opem dignanter attribuat. Amen.

Quod ipse.

B. Dom. X. post Pentecost.

OMNIPOTENS Dominus adaperiat cor vestrum in lege sua,
& humiliet animas vestras ad capienda mandata cœlestia. Amen.

QVICQID vobis pro salute animarum vestrarum os morta-
litis nostræ enarrat, acceptũ vobis pietas diuina efficiat. Amen.

VT diuinis sermonibus animati, cum eis qui pro vobis inuigi-
lant, ad æternam beatitudinẽ mereamini peruenire illæsi. Amen.

Quod ipse.

B. Dominica XI. post Pentec.

CONCEDAT vobis Dominus præmium sincerissimæ charita-
tis, vt cum omnibus semper in pace viuatis. Amen.

INIMICORVM omnium insidias superetis et præsentẽ vitam
sincerissimè peragatis. Amen.

SITIS & iam à reatu conscientiaè liberi, vt nihil metuatis in die iudicij post futuri. Amen.

Quod ipse.

Huc vsque Benedictiones Dominicales post Pentecosten. habebat codex Vltraiectinus.

B. in Natali S. Ioannis Baptistæ.

BENEDICAT vobis omnipotens Deus B. Ioannis Baptistæ in intercessione, cuius hodie natalitia celebratis, concedatque vt cuius solennia colitis, patrocinia sentiatis. Amen.

ILLIVS obtentu ab omnibus aduersis tueamini, & bonis omnibus perfruamini, qui aduentum redemptoris mundi necdum natus agnouit, matris sterilitatem nascendo abstulit, patris linguâ natus absoluit. Amen.

QVATENVS ipsius agni, quem ille digito ostendit, cuius immolatione estis redempti, ita virtutum lanis vestiri, & innocentiam valeatis imitari, vt ei in æternæ patriæ felicitate possitis adiungi. Amen.

Quod ipse.

B. in Natali Apostolorum Petri & Pauli.

BENEDICAT vobis omnipotens Deus, qui vos Beati Petri faberrima confessione, in ecclesiasticæ fidei fundauit soliditate. Amen.

ET quos Beati Pauli sanctissima instruxit prædicatione, sua tueatur gratissima defensione. Amen.

QVATENVS Petrus claue, Paulus sermone, vtrique intercessione, ad illam vos certent patriam introducere, ad quam illi, alter cruce, alter gladio, hodiernâ die peruenire. Amen.

Quod ipse.

B. in festiuitate S. Mariæ.

DEVS qui per beatæ Mariæ virginis partum, genus humanum dignatus es redimere, sua vos dignetur benedictione locupletare. Amen.

Eius

EIVS semper & vbique patrocinia sentiatis, ex cuius intemperato vtero authorem vitæ suscipere meruistis. Amen.

ET qui ad eius celebrandam festiuitatem hodierna die deuotis mentibus conuenistis, spiritualium gaudiorum & æternorum præmiorum vobiscum munera reportetis. Amen.

Quod ipse.

B. de martyrio S. Ioannis Baptistæ.

DEVS qui vos B. Ioannis Baptistæ concedit solennia frequentare, tribuat vobis & eadem deuotis mentibus celebrare, & suæ benedictionis dona percipere. Amen.

ET qui pro legis eius præconio carceralibus est retrusus in tenebris, intercessione sua à tenebrosorum operum vos liberet in centiuis. Amen.

ET qui pro veritate quæ Deus est, caput non est cunctatus amittere, suo interuentu ad caput vestrum, quod Christus est, faciat peruenire. Amen.

Quod ipse.

B. in Commemoratione omnium Sanctorum.

Sanctæ Dei genetricis Mariæ, beatorumque spirituum atque omnium sanctorum suorum intercessionibus à periculis & reatibus cripiat, & protegat, & exuat vos Dominus. Amen.

QVATENVS quorum solennia veneramini, fidem & actus deuotius imitemini, vt præmiorum beatitudinem æternaliter consequi mereamini. Amen.

QVOD quia condigna passione nemo meretur, ille cuius miseratio nulla fine concluditur, multiplicatis vobis intercessoribus largiatur. Amen.

QVOD ipse præstare dignetur, qui cum patre & spiritu sancto viuuit & regnat Deus, per omnia secula seculorum. Amen.

Alia.

PER intercessionem supernorum ciuium, custodiat vos Dominus rector angelorum. Amen.

VT eorum tutela contra spirituales & carnales aduersarios muniti, in numero filiorum Dei mereamini computari. Amen.

fff

Qui

QUI per omnimoda certaminum genera, eius ineffabili gratia peruenierunt ad cœlestia regna. Amen.

Quod ipse. Alia.

AUTHOR & remunerator omnium bonorum, tribuat vobis societatem sanctorum suorum. Amen.

QUI vel benè creati in eius amore perstiterunt vel culpa sua prolapsi, illius inestimabili pietate surrexerunt. Amen.

VT imitatione perfectorum Christicolarum, cohæredes fiat cœlestium virtutum. Amen.

Quod ipse. Alia.

BENEDICTIONIS suæ vos Dominus omnipotens iugiter rore perfundat, atq; vberimis gratiæ suæ donis locupletet. Amē.

FACIAT quoq; vos omnium simul sanctorum suorum semper intentos doctrinis, & infixos exemplis, nec non & ipsorum continuis tutos esse suffragijs. Amen.

VT quorum hodie annua solemniter deuotis mentibus festa celebratis in terris, eorundem perpetuis mereamiui collegijs inseparabiliter adunari in cœlis. Amen.

Quod ipse.

Item Alia.

OMNIPOTENS deus qui omnia pariter complectitur, cursa vitæ vestræ propitius moderetur. Amen.

VT ad beatorum spirituum stabilitatem, per mandatorum ipsius perueniatis obseruationem. Amen.

QUIQUE sanctos suos martyrio fecit idoneos regno cœlorum, vos paupertate spiritus faciat confortes eorum. Amen.

Quod ipse.

B. in Natali vnius Apostoli.

DEVS qui vos in Apstolicis tribuit consistere fundamētis, benedicere vos dignetur beati Apostoli sui N. intercedētibus meritis. Amen.

DEFENDATQUE vos à cūctis aduersis, apostolicis p̄sidijs, qui vos eorū voluit ornari & munerari exemplis & documētis. Amē.

QVO per eorum intercessionem perueniatis ad aternæ patriæ heredi-

hereditatem, per quorum doctrinam tenetis fidei integritatem. Amen.

Quod ipse.

B. in Natali vnius Martyris.

BEATI martyris sui N. intercessione vos Dominus benedicat, & ab omni malo defendat. Amen.

EXTENDAT in vos dexteram suæ propitiationis, qui cum suscepit per supplicia passionis. Amen.

QVO eius in cœlo mereamini habere consortium, cuius deuotissimis mentibus in terra celebratis triumphum. Amen.

Quod ipse.

B. in Natali plurimorum Martyrum.

BENEDICAT vos Dominus beatorum Martyrum suorum suffragijs, & liberet ab aduersitatibus cunctis. Amen.

COMMENDET vos intercessio gloriosa, quorum in conspectu eius est mors preciosa. Amen.

VT sicut illi per diuersa genera tormentorum, cœlestis regni sunt sortiti hereditatem, ita vos eorum mereamini consortium per operum exhibitionem. Amen.

Quod ipse.

B. in Natali vnius Confessoris.

OMNIPOTENS Deus det vobis copiam suæ benedictionis, qui beatum N. sibi adsciuit virtute confessionis. Amen.

ET qui illum fecit coruscare miraculis, vos exornet bonorum operum incrementis. Amen.

QVO eius exemplis eruditi, & intercessione muniti cuius depositionis diem celebratis, illi possitis in cœlesti regione adiungi. Amen. Quod ipse.

B. in Natali plurimorum Confessorum.

SANCTORVM confessorum suorum N. meritis vos Dominus faciat benedici, & contra aduersa omnia eorum intercessione muniri. Amen.

EORVM vos efficiat suffragio felices, quorum festiuitatis diem celebratis ouantes. Amen.

fff 2

QVO

QVO eorum imitantes exempla, ad cœlestia peruenire possitis promissa. Amen.

QVOD ipse.

B. in Natali vnus Virginis.

BENEDICAT vobis dominus qui beatæ virginis N. concessit & decorem Virginitatis, & gloriam passionis. Amen.

ET cuius opitulatione illa meruit et sexus fragilitatem, & persequentium rabiem deuincere, vos possitis & vestrorum corporum illecebras, et antiqui hostis machinamenta superare. Amen.

QVO sicut illa sexu fragili virili nisa est certamen adire, & post certamen de hostibus triumphare, ita vos in hac mortalitate viuētes, valeatis & antiquum hostem deuincere, & ad regna cœlestia peruenire. Amen.

QVOD ipse.

B. in Natali plurimorum virginum.

OMNIPOTENS Dominus, intercedentibus sanctis virginibus suis, vos dignetur benedicere, qui de antiquo hoste non solum per viros, verum etiam per feminas voluit triumphare. Amen.

ET qui illis voluit centesimi fructus donum decore virginitatis & agone martirij conferre, vos dignetur & vitiorum squaloribus expurgare, & virtutum lampadibus exornare. Amen.

QVATENVS virtutum oleo, ita pectorum vestrorum lapides possint repleri, vt cum eis cœlestis sponsi thalamum valeatis ingredi. Amen.

QVOD ipse.

B. de Sancta Trinitate.

DEVS ex quo sunt omnia inspiret vobis desideria iusta. Amen.

DEVS per quem sunt omnia, ingredi vos faciat per sua mandata. Amen.

DEVS in quo sunt omnia, sanctificet vos tuitione sua. Amen.

QVOD ipse præstare dignetur, qui trinus & vnus, cuncta bona inchoat, perficit & conseruat, & conseruata sine fine remunerat in secula seculorum. Amen.

Item Alia,

BENE-

BENEDICAT vos Deus pater, ex quo omnia; benedicat vos Deus filius, per quem omnia, benedicat Deus spiritus sanctus, in quo omnia. Amen.

BENEDICAT vos trinus & vnus Deus omni benedictione cœlesti, sanctosq; & puros efficiat in conspectu suo. Amen.

SVPER ABUNDENT in vos diuitiæ gloriæ eius, vosq; verbo veritatis instruat, euangelio salutis erudiat, omniumq; sanctorum charitate locupletet. Amen.

QVOD ipse &c. qui trinus

Benedictiones quotidianis diebus dicendæ.

BENEDICAT vobis dominus, & custodiat vos. Amen.

ILLUMINET faciem suam super vos, & misereatur vestri. Amē.

CONVERTAT vultum suum ad vos, & donet vobis pacem. Amen.

QVOD ipse.

ALIA.

OMNIPOTENS Deus sua vos clementia benedicat, & sensum vobis sapientiæ salutaris infundat. Amen.

CATHOLICAE fidei vos documentis enutriet, & in sanctis operibus perseuerabiles reddat. Amen.

GRESSVS vestros ab errore conuertat, & viam vobis pacis & charitatis ostendat. Amen.

Quod ipse.

ALIA.

INCLINET Dominus aurem suam ad preces vestræ humilitatis, & det vobis gratiam suæ benedictionis, & præmium sempiternæ salutis. Amen.

SEMPER & vbique Dominum propitiū habeatis, & in eius laudibus exultetis. Amen.

OMNIVM peccatorum vestrorum vincula soluat, & ad gloriā sempiternam vos peruenire faciat. Amen.

Quod ipse.

ALIA.

DEVOTIONEM vestram Dominus dignanter intendat, & suæ

fff 3 vobis

vobis benedictionis dono concedat. Amen.

TALIQVE vos in præfenti seculo subsidio muniat, vt paradisi vos in futuro habitatores efficiat. Amen.

SICQVE corda vestra sanctificando benedicat, & benedicens sanctificet, vt vobiscum immo in vobis eum iugiter habitare delectet. Amen. QVOD ipse.

Alia.

DET vobis Dominus munus suæ benedictionis, & repleat vos spiritu veritatis & pacis. Amen.

QVATENVS sic per viam salutis deuota mente curratis vt subripientium delictorum laqueos salubriter euadatis. Amen.

SICQVE efficiamini in eius supplicatione deuoti, & in mutua dilectione sinceri, vt ad cœlestē regnum preuenire possitis securi. Amen. QVOD ipse.

Alia.

CONCEDAT vobis Deus omnipotens munus suæ benedictionis, qui vestræ est conficius infirmitatis. Amen.

ET qui vobis supplicandi tribuit affectum, tribuat consolationis auxilium. Amen.

VT ab eo & præfentis & futuræ vitæ subsidia capiat, cuius vos bonitate creatos esse creditis. Amen.

Alia.

OMNIPOTENS Deus cœlesti vos protectione circundet, & suæ benedictionis dono locupletet. Amen.

CONCEDATQVE vobis, vt qui in sola spe gratiæ cœlestis innitimini, cœlesti etiam protectione muniamini. Amen.

QVATENVS & in præfenti seculo mortalis vitæ solatia capiat, & sempiterna gaudia comprehendere valeatis. Amen.

QVOD ipse.

Alia.

OMNIPOTENS Deus dexteræ suæ perpetuo vos circundet auxilio, & benedictionum suarum repleat dono. Amen.

AB omni vos prauitate defendat, & donis cœlestibus exuberare concedat. Amen.

QVO corpore mundati ac mente, talem ei exhibeatis seruitutem,

tem,

tem, per quam suam consequi valeatis propitiationem. Amen.

Quod ipse.

Alia.

PVRIFICET omnipotens Deus vestrorum cordium arcana, & benedictionis suæ vobis tribuat incrementa. Amen.

AB omnibus vitæ præfentis periculis exuamini, & virtutum spiritualium ornamentis induamini. Amen.

QVO illius adiutorio fulti, sic ei seruiatis in terris, vt ei coniungi valeatis in cœlis. Amen. QVOD ipse.

Alia.

OMNIPOTENS Deus vniuersa à vobis aduersa excludat, & suæ super vos benedictionis dona propitiatu infundat. Amen.

CORDA vestra efficiat facris intenta doctrinis, quò possint repleti beneficijs sempiternis. Amen.

QVATENVS exequenda intelligentes, & intellecta exequentes, et inter aduersa mundi inueniamini indenes, & beatorum spirituum efficiamini cohæredes. Amen. QVOD ipse.

Alia.

OMNIPOTENS Deus dies vestros in sua pace disponat, & suæ vobis benedictionis dona concedat. Amen.

AB omnibus vos perturbationibus libret, & mentes vestras in suæ pacis tranquillitate consolidet. Amen.

QVATENVS spei, fidei, & charitatis gemmis ornati & præfentem vitā transigatis illæsi, & ad æternam perueniatis securi. Amē.

QVOD ipse.

B. in Synodo.

DOMINVS messis & corporalis & spiritualis, det vobis incrementa gratiæ sacerdotalis. Amen.

VT manu & lingua pauperes Christi recreantes, cum ipsis fiat seruiantes. Amen.

ET ad dexterā constituti participiū percipiatis agni Dei. Amē.

QVOD eius dignatione fieri postulemus, qui quos ante seculū præsciuit & prædestinavit, & ante finem seculi vocavit & iustificavit, in fine seculi glorificabit. Amen.

Alia.

CAVTO S vos Dominus faciat contra peccata, à vobis vel à fra-
tribus vestris admiffa. Amen.

VT illa non negligatis, fed studiofè curare curetis. Amen.

QVATENV S de lucro fraterno exultetis cum patre fempiter-
no. Amen.

QVOD ipfe præftare dignetur, cuius regnum & imperium fi-
ne fine permanet.

Item Alia.

QVI difperfos Ifraël congregat, ipfe vos hïc & vbique custo-
diat. Amen.

ET non folùm vos custodiat, fed & ouium fuarum idoneos cu-
ftodes efficiat. Amen.

VT cum fummo pastore Chrifto, de gregum fuorum paffione
gaudeatis in cœlo. Amen.

Quod ipfe & c. qui cum patre.

B. fuper Regem tempore Synodi.

BENEDICAT tibi Dominus, custodiatque te, & ficut te voluit
fuper populum fuum conftituere Regem, ita & in præfenti secu-
lo felicem, & æternæ felicitatis tribuat effe confortem. Amen.

CLERVM ac populum quem fua voluit opitulatione tua fan-
ctione congregari, fua difpenfatione, & tua adminiftratione per
diuturna tempora faciat feliciter gubernari. Amen.

QVATENV S diuinis monitis parentes, aduerfitatibus omni-
bus carentes bonis omnibus exuberantes, tuo ministerio fideli
amore obfequentes, & in præfenti fœculo pacis tranquillitate
fruantur, & tecum æternorum ciuium confortio potiri merean-
tur. Amen.

QVOD ipfe.

Alia.

OMNIPOTENS Deus qui te populi fui voluit effe rectorem,
ipfe te cœlefti benedictione fãctificans, æterni regni faciat effe
confortem. Amen.

CONCEDATQVE tibi contra omnes fidei Chriftianæ hoftes
vifibiles

vifibiles atq; inuifibiles victoriã triumphalem, & pacis & quietis
ecclefiãsticæ feliciffimum te fieri longè lateq; fundatorem. Amẽ.

QVATENV S te gubernacula regni tenente, populus tibi sub-
iectus Chriftianæ religionis iura custodiens, vndiq; tutus, pace
tranquilla perfruatur, & te concilio regnum beatorum colloca-
to, æterna felicitate ibidem tecum pariter gaudere mereantur.
Amen. Quod ipfe.

B. in ordinatione Epifcopi.

OMNIPOTENS Deus, qui in populo fuo ministerio vtitur fa-
cerdotum, cõferat vobis fuæ propitiationis & benedictionis do-
num. Amen.

QVIQVE me indignum, nullis existentibus meritis, fed gratui-
ta fua pietate huic ecclefiæ præeffe voluit, fuffragijs fãctorũ fuo-
rum me ab omnibus vinculis peccatorum abfoluat, fãctisq; fuis
altaribus ftrenuum dignumq; miniftrum efficiat. Amen.

QVATENV S per exempla fãctorum facerdotum, qui in hac
fede & in hoc ministerio ei placuerunt gradientes, gregemq; cõ-
miffum fecundum fuam voluntatem, eo opitulante, regentes, ab
omnium pastorum pastore Chrifto Domino præmia fãctis pro-
miffa, vnã cum fubditis percipere, & in electorum numero me-
reamur adiungi. Amen.

QVOD eius dignatione fieri poftulemus

B. in anniuerfario Pontificis.

DEVS qui populis fuis indulgendo confulit, & amore domi-
natur, det fpiritum fãpientiæ quibus tradidit regimen discipli-
næ, vt de profectu fãctarum ouium fiant gaudia æterna pa-
ftorum. Amen.

ET qui dierum noftrorũ numerũ, tẽporumq; mẽfuras, maiefta-
tis fuæ potestate difpẽfat, propitius ad humilitatis noftræ respiciat
feruitutem, & pacis fuæ abundantiam temporibus noftris præten-
dat & conferuet. Amen.

COLLATIS quoque in me per gratiam fuam propitietur mu-
neribus, & quem fecit gradu Epifcopali fublimem, faciat operum
perfẽctione fibi placabilem, atque in illum affectum dirigat cor

ttt plebis

plebis & præfulis, vt nec pastori obedientia gregis, nec gregi vnquam desit cura pastoris. Amen.

QVOD summa Trinitas præstare dignetur.

B. pro iter agentibus.

DIRIGAT iter vestrum Dominus in beneplacito suo, vobisq; inseparabiliter benignissimus custos inhæreat. Amen.

DVCEM vobis Archangelum Raphaelem adhibeat, & omnem à vobis incommoditatem atque contrarietatem propitiatus amoueat. Amen.

DESIDERIORVM vestrorum pia vota clementer impleat, vt & hîc bona consequi, & ad æternam beatitudinem peruenire feliciter mereamini. Amen. QVOD ipse.

B. in Dedicatione Ecclesiæ.

OMNIPOTENS Deus qui hodierna die ad Dedicationem istius aulae dignatus est adunare, ipse vos cœlesti benedictione dignetur locupletare. Amen. QVOD ipse.

CONCEDATQVE vobis fieri templum suum, & habitaculum spiritus sancti, qui proprium filium suum Dominum nostrum Iesum Christum, pro vobis elegit immolari. Amen.

QVATENVS mente & corpore purificati, habitorem Deum in vobismetipsis semper habere possitis, & æternæ beatitudinis hæreditatem cum sanctis & electis possidere valeatis. Amen.

QVOD ipse.

B. in Dedicatione violatæ Ecclesiæ.

BENEDICAT & custodiat vos omnipotens Dominus donumq; hanc sui sancti muneris præsentia illustret, atq; suæ pietatis oculos super eam die ac nocte dignetur aperire. Amen.

CONCEDATQVE propitiatus, vt omnes qui ad Dedicationem huius basilicæ deuotè conuenistis interuenientibus omnibus Sanctis, veniam hîc peccatorum vestrorum accipere mereamini. Amen.

QVATENVS gratia Dei vos ipsi templum sancti spiritus efficiamini, & in ipso Deo iugiter delectemini habitare. Amen.

QVOD ipse.

B. in

B. in anniuersario Dedicationis Ecclesiæ.

OMNIPOTENS Deus, qui vos annua huius templi Dedicatione dignatus est lætificare, ipse vos æterna benedictione dignetur sanctificare. Amen.

CONCEDATQVE vos mente & corpore castificatos, fieri proprium templum & habitaculum spiritus sancti sempiternum. Amen.

QVATENVS tali habitatore gaudentes, & spiritu sancto feruentes inter mundana discrimina semper cœlestia desideretis, & ad hæc quandoque possidenda peruenire possitis. Amen.

QVOD ipse.

B. in tridvano ieiunio.

Die primo.

DEVS qui operatur in sanctis suis & velle & perficere pro bona voluntate deuotionem vestram, ad exequendam salutaris abstinentiæ medicinam, sua excitet miseratione, & corroboret benedictione. Amen.

QVIQVE castigat omnem filium quem recipit, non vos patiat in flagellis quæ meremur, impatientiæ vitio titubare, sed ad suam faciat pietatem humili supplicatione confugere. Amen.

ET qui fragilitatem humanæ mutabilitatis, vt potè creator, agnoscit, auxilium suum bonis inchoationibus vestris accommodet, vt ipso duce, quo incitatore, quæ ad veram salutem pertinent, peragatis. Amen.

QVOD ipse.

Die secundo.

OMNIPOTENS Deus qui Niniuitarum culpas ita ferire disposuit, vt potius eligeret misereri cõuersis; vos benedictione sua ditatos, dignè faciat pœnitere quod malè gessistis, & largiatur præmia quæ piè desideratis. Amen.

CONCEDATQVE humilitati vestræ, vt ita corpora, amplectendo parsimoniam, ab epularum delicijs abstineant, quatenus mentes vestræ esurientes & sitientes iustitiam, ab illecebris malè blandientium ieiunent vitiorum. Amen.

ACCEDANT corda vestra timore casto & amore perfecto, vt euadatis mala reis timenda & adipiscamini bona perennia beatis speranda. Amen.

Quod ipse.

Die tertio.

MISERICORS & miserator Dominus benignissimus humanæ salutis amator, sua benedictione vos in bono confirmet, & ad æternæ beatitudinis perfectionem vota vestra perducatur. Amen.

ATQVE temporalium iniurias afflictionum, quæ pro excessibus vestris necessaria disciplinæ emendationis prouisione irrogat, ita modificet, vt & aduersa per fortitudinem animi sufferre possitis, & prospera sine mentis eneruatione in gratiarum actionem vertatis. Amen.

*forse sa-
er. a
CONVERTAT luctum vestrum in gaudiû spiritale, & ita vos in se credere, de se sperare, se amare concedat, vt specie acratq; æternæ visionis suæ, vos perfectione beatificet ac coronet. Amen.

Quod ipse.

EXPLICIT LIBER SACRAMENTORVM
A GRIMOLDO ABBATE
EXCERPTVS.

SACRAMENTO=

RVM LIBER TERTIVS

INCERTO AVTHORE, CONSRIPTVS,

QUANTVM APPARET, AB ALCVINO ABBATE.

HVIUS LIBRI CAPITVLA.

- I. Die Dom. Missa de sancta Trinitate
Item alia de gratia Sancti spiritus postulanda.
Item Missa S. Augustini.
- II. Feria. II. Missa pro peccatis. Require retrò in secundo libro cap. LXXX.
Item alia, pro petitione lachrymarum.
Item Missa S. Augustini.
- III. Feria. III. ad postulandum angelica suffragia.
Item alia pro tentationibus cogitationum.
Item Missa S. Augustini.
- IIII. Feria. IIII. Missa de sancta sapientia.
Item alia ad postulandam humilitatem.
Item Missa S. Augustini.
- V. Feria. V. Missa de charitate.
Item alia contra tentationes carnis.
Item Missa S. Augustini.
- VI. Feria. VI. Missa de sancta cruce.
Missa de tribulatione & necessitate eodem die.
Item Missa S. Augustini.
- VII. Sabbato Missa de sancta Maria.
Item commemorationis S. Mariæ.
Item Missa S. Augustini.
- VIII. Missa in veneratione vnius Apostoli.
- IX. Missa in veneratione plurimorum Apostolorum.

Solus etiã Colon. cod. huc lib. habebat. Missas tamen plerasq; sequentes, exceptis vs. q. D. Augustino tribuuntur, habent tres dicti cod. Ms.

- X. Missa in veneratione vnius Martyris.
 XI. Missa vnius Apostoli siue Mart. vel Confessoris.
 XII. Missa in veneratione plurimorum Martyrum.
 XIII. Missa in Ecclesia vbi requiescunt corpora sanctorum Martyrum.
 XIII. Missa in veneratione omnium Sanctorum, quorum reliquiae in qualibet sunt domo reconditae.
 XV. Missa quotidiana omnium Sanctorum.
 XVI. Missa pro inimicis.
 XVII. Missa pro confitente peccata sua.
 XVIII. Missa pro salute viuorum vel reque mortuorum.

Die Dominico.

Missa de sancta Trinitate.

OMNIPOTENS sempiternus Deus qui dedisti famulis tuis in confessione verae fidei, aeternae trinitatis gloriam agnoscere, & in potentia maiestatis adorare vnitatem, quaesumus, vt eiusdem fidei firmitate, ab omnibus semper muniamur aduersis. Per.

Secreta.

SANCTIFICA, quaesumus, Domine Deus per tui nominis inuocationem, huius oblationis hostiam, & per eam nosmetipsos tibi perfice munus aeternum. Per.

Præfatio.

D. & iustum est, vsque; aeternus Deus. Qui cum vnigenito filio tuo & spiritu sancto vnus est Deus, vnus est Dominus, nõ in vnius singularitate personae, sed in vnius Trinitate substantiae. quod enim de tua gloria reuelante credimus, hoc de filio tuo, hoc de spiritu sancto, sine *differentia discretionis sentimus, vt in confessione verae sempiternae deitatis, & in personis proprietates, & in essentia vnitates, & in maiestate adoretur aequalitas. Quem laudant.

*differentia discretionis.

Post Commun.

PROFICIAT nobis ad salutem corporis & animae, Domine Deus, huius sacramenti susceptio & sempiternae sanctae Trinitatis confessio. Per.

Alia

Alia.

DOMINE Deus pater omnipotens, famulos tuae maiestati subiectos per vnicum filium tuum in virtute sancti spiritus benedic & protege, vt ab omni hoste securi, in tua iugiter laude latentur. Per eundem.

LECTIO Epistolae B. Pauli Apostoli ad Corinth.

FRATRES, Gratia Domini nostri Iesu Christi & charitas Dei, & communicatio sancti spiritus sit cum omnibus nobis.

Sequentia S. Euangelij secundum Ioannem.

In illo tempore, dixit Iesus discipulis suis: Cum venerit paracletus, quem ego mittam vobis à patre spiritum veritatis.

MISSA DE GRATIA SANCTI SPIRITVS POSTVLANDA.

DEVS cui omne cor patet, & omnis voluntas loquitur, & quae nullum latet secretum, purifica per infusionem sancti spiritus cogitationes cordis nostri, vt perfecte te diligere, te dignè laudare mereamur. Per.

Secreta.

HAE C oblatio Domine Deus cordis nostri maculas emundet vt sancti spiritus digna efficiatur habitatio. Per. in vnitatem eiusdem spiritus sancti.

Præfatio.

D. & iustum est, vsque; aeternus Deus. Qui inspicias cogitationum secreta, & cui omnis nostrae mentis intentio prouidentiae tuae patefcit intuitu, respice propitius arcana cordis nostri cubilia, & sancti spiritus rore nostras purifica cogitationes, vt tuae maiestati digna cogitemus & agamus. Per Christum.

Post Commun.

SACRIFICIUM salutis nostrae tibi offerentes, concede nobis Domine Deus purificatis mentibus saepius tuae pietatis celebrare mysterium. Per.

Alia.

ttt 4

CONCEDE

CONCEDE, quæsumus, omnipotens Deus, sanctum nobis spiritum votis promerere sedulis, quatenus eius gratia ab omnibus liberemur tentationibus, & peccatorum nostrorum indulgentiam consequamur. Per. in vnitatem eiusdem spiritus sancti.

ITEM MISSA SANCTI AVGVSTINI.

DA mihi Domine peccatori confessionem, quæ tibi sit placita; parturi in corde meo enarrationis gemitus, qui aures possint pulsare tuas. Da mentis intentionem, qua suscipiam profundam bonitatem tuam in humilitate cordis. ipsum mihi Domine da precari, quod te audire delectet ut præstes. Ipsum animæ meæ infere, ut iugis delectatio mea ipse sis. Da mihi lachrymas, ex tuo affectu internas, quæ peccatorum meorum possunt exoluere vincula. Audi Deus meus, audi lumē oculorum meorum, audi quæ peto, & da quæ petam ut audias. Si enim dispexeris, pereō; si respexeris, viuo. Si iustè me intenderis, mortuus scæteō. Si misericordiam respexeris, scætentem suscitās de sepulcro. Si mala respexeris mea, tartarea tormenta vix sufficiunt. Si pietate intendas solita, poteris cōmutare in melius. Quid non mali ego? Aut quid non boni tu? Quid non mali ego corruptibilis creatura? Quid non boni tu creator & creaturæ author? Cecidi de manu tua vitio meo: potens es artifex tibi iterum placitum figurare. Corripe me in misericordia, ne deseras, neque in ira corripas. Quod odis in me, procul fac à me, & in tua voluntate intende in me. Hostem libidinis repelle à me, & castitatis spiritum infere in me. vitium omne mortifica in me, & animam meam viuifica in me. Per Dominum nostrum.

Secreta

HÆC tibi Domine pater sancte, licet manibus meis indignis offerantur munera, qui nec inuocatione tui nominis dignus sum, tamen quia per sanctum atque sanctificatum filij tui nomen oblationes offeruntur, sicut incensum in conspectu tuo cum odore suauitatis ascendant. Per.

Præfatio

DIG-

DIGNVM & iustum est, vsq; æterne Deus. Sed quid tibi dignū offerat minister indignus? nisi hoc ipsum quod, tanto indignus habetur officio fidei pœnitentiam fateatur. Sed tu multæ misericordiæ Deus, nè nos, quæsumus, oris propriij testimonio damnes, sed paternæ indulgentiæ consolatione corroborea atque à peccatorum præcipio tuis semper manibus renoues & reformes. Inuocat te anima mea, qui fecisti me, ut non obliuiscaris oblitum tui, & exquirentem te ne deseras, vita quæ numquam morieris. Qui nouit te, nouit æternitatem. Caritas nouit te. O æterna veritas, & vera caritas. Deus vne, Deus Trinitas, in cuius valde cōfido misericordia, salus esto infirmitati meæ, & verus resuscitator animæ meæ. Doce me patientiam ad sustinendum aduersa. Doce me scientiam scripturarum; ut sic loquar, nè superbiam; sic taceam, nè torpescam. Sic contine, ut non cadam. Sic stringe, ut non dimittas. Tu es enim honor meus, & laus mea, & fiducia mea. Deus meus, gratias ago tibi de donis tuis, sed tu mihi ea serua. Ità enim seruabis me, & augebuntur & perficientur quæ dedisti mihi. Et eris mecum in omnibus; quia & ut sum, & quod sum, tu dedisti mihi. Per Christum Dominum nostrum.

Post Communionem.

VOTA nostra Dominus clementer intendat, & peccata dimittat. Quæ optamus, tribuat; & quæ pauemus, procul repellat: ut cum vniuersitate fidelium vouendo, & reddendo Deo sacrificium laudis, ad fructum iustitiæ peruenire possimus, concedente clementia diuinitatis eius. Per Dominum nostrum Iesum Christum eius vnigenitum filium, cum quo in vnitatem spiritus sancti viuunt & regnat Deus. Per omnia secula seculorum.

FER. II. PRO PECCATIS.

Require in secundo libro in cap. LXXX.

ITEM PRO PETITIONE LACHRYMARVM.

VVV

OMNIPO-

OMNIPOTENS mitissime Deus, qui sitienti populo fontem viuentis aquæ de petra produxisti, educ de cordis nostri duritia compunctionis lachrymas, vt peccata nostra plangere valeamus, remissionemq; te miserante, mereamur accipere. Per.

Infra actionem.

HANC oblationem, quæsumus Domine Deus, quâ tuæ maiestati pro peccatis nostris offerimus, propitius respice, & produc de oculis nostris lachrymarum flumina, quibus debita flammarum incendia valeant extinguere. Per.

Præfatio.

D. & iustum est, vsq; ; per Christum Dominum nostrum. Qui beatum Petrum Apostolum pietatis respexit instituit, vt trinæ negationis peccatum amarissimis dilueret lachrymis, per infusionem sancti spiritus pro peccatorum nostrorum pondere lachrymas nobis elice pœnitentiæ, vt amarè defleamus, quæ iniquè gessimus: Quatenus fructuosus in conspectu pietatis tuæ nostræ petitionis perueniat effectus, atque per eum nobis veniam sperare liceat, qui traditus est pro delictis nostris, vt redimeret nos in sanguine suo, Christus saluator noster. Quem laudant Angeli.

Ad Complendum.

SACRIFICIUM quod tuæ Domine obtulimus maiestati, nobis ad veniam nostrorum proficiat peccatorum, & tuæ miserationis tribuat solatium. Per.

Alia.

GRATIAM sancti spiritus, Domine Deus, cordibus nostris clementer infunde, quæ nos gemitibus efficiat lachrymarum maculas nostrorum diluere peccatorum, atque optatæ nobis, te largiente, indulgentiæ præstet effectum. Per Dominum etc. in unitate eiusdem.

ITEM MISSA S. AVGVSTINI.

IGNOSCE, mihi, quæsumus Domine, quem maculatæ vitæ conscientia trepidum, & criminum meorum confusio facit captiuum. Et qui pro me veniam obtinere non valeo pro alijs rogaturus

turus assisto; profero ad te, si audire digneris, Domine captiuorum gemitus, tribulationes plebium, pericula populorum, necessitates peregrinorum, inopiam debilium, desperationes languentium, defectus senum, suspiria iuuenum, vota virginum, lamenta viduarum. Sed quoniam me eadem quæ populū peccati catena constringit, ideò communes lugeo passiones. Non obsit Domine populo tuo oratio * coniugata peccatis. Per me tibi offertur * al. subie
votum, per te meum compleatur officium. Per. gata.

Super oblata.

MEMORES sumus, æterne Deus pater omnipotens, gloriosissimæ passionis filij tui, resurrectionis etiam ad ascensionisque in cœlum. Petimus ergò maiestatem Deus, vt ascendant preces humilitatis nostræ in conspectum tuæ clementiæ, & descendat super hunc panem, & super hunc calicem plenitudo tuæ diuinitatis. Descendat etiam Domine illa sancti spiritus tui incomprehensibilis inuisibilisque maiestas, sicut quondam in patrum hostias descendebat. Per eundem Dominum.

Ad Complendum.

GRATIAS tibi Domine referentes oramus, vt mundes propitias cor nostrum à vitijs, & repleas iugiter spiritualibus donis. Per Dominum nostrum.

FERIA. III.

III.

AD POSTVLANDA ANGELICA
SVFFRAGIA.

PERPETVVM nobis Domine tuæ miserationis præsta subsidium; quibus & angelica præstitisti suffragia non deesse. Per Dominum nostrum.

Secreta.

HOSTIAS tibi Domine laudis offerimus, suppliciter deprecantes, vt easdem angelico pro nobis interueniente suffragio, & placatus accipias, & ad salutem nostram prouenire concedas. Per Dominum.

V V V 2

Post

Post Commun.

REPLETI Domine benedictione cœlesti suppliciter imploramus, vt quod fragili celebramus officio sanctorū archangelorū nobis prodesse sentiamus auxilio. Per Dominum nostrum.

Super populum.

PLEBEM tuam, quæsumus, Domine perpetua pietate custodi, vt secura semper & necessarijs adiuta subb dijs, spirituum tibi met placitorum pia semper veneratione letetur. Per Dominum nostrum Iesum.

Lectio Apocal. B. Ioannis Apostoli.

IN diebus illis, Dixit mihi angelus: Scribe, Beati qui ad cœnam nuptiarum.

Sequentia S. Euangelij secundum Ioannem.

IN illo tempore, Adscendit Iesus Hierosolyman, Est autem Hierosolyms probatica piscina.

ITEM ALIA PRO TENTATIONIBVS
COGITATIONVM.

OMNIPOTENS mitissime Deus, respice propitius preces nostras, & libera corda nostra de malarum tentatione cogitationū, vt sancti spiritus dignū fieri habitaculū mereamur. Per Dominū.

Secreta.

HAS tibi Domine Deus offerimus oblationes pro salute nostra, quatenus animas nostras, sancti spiritus gratia illuminare digneris. Per Dominum nostrum.

Præfatio.

D. vsque; æterne Deus. Humiliter tuam deprecantes clementiam vt gratiam sancti spiritus animis nostris clementer infundere digneris, vt te perfectè diligere, & te dignè laudare mereamur Per Christum.

Ad Complendum.

PER hoc, quæsumus, Domine sacrificium, tuæ quod obtulimus pietati, ab omnibus corda nostra emundes tentationibus. Per Dominum nostrum.

Alia.

DEVS

DEVS, qui illuminas omnem hominem venientem in hunc mundum; illumina, quæsumus, corda nostra gratiæ tuæ splendore, vt digna maiestati tuæ cogitare & diligere valeamus. Per Dominum nostrum.

ITEM MISSA S. AVGVSTINI.

OFFERENTES tibi Domine hostiam iubilationis pro delictis nostris, pietatem tuam exposcimus, vt placabili pietate petitionibus nostris aurem accommodes, votum nostrum pia dignatione acceptes, tribulationes cordis nostri multiplici miseratione lætifices, & quod in oratione lingua nostra enarrare nō sufficit tu qui cordis cogitationes agnoscis, & renum scrutator es, quæ desiderat mens deuota, per tuam misericordiam consequatur. Per Dominum.

Secreta.

ACCEPTARE digneris terribilis & pijsime Deus hoc sacrificium, quod tibi pro remissione peccatorum nostrorum, vel pro requie defunctorum fratrum offerimus, quia vota nostra, dona sunt tua. Nec tibi quicquam melius, nisi quod dederis, offerimus, hoc est imprimis in commemoratione, vt iustum est Dominicæ institutionis offerre in honore & gloria Domini nostri Iesu Christi filij tui, Regis iudicisque venturi. Per eundem Dominum nostrum Iesum Christum.

Post Commun.

OMNIPOTENS Deus vota nostra dignanter suscipiat, & nos famulos tuos propitiatus intendat, desideria nostra in bonis operibus compleat, & ab insidijs inimicorum nos defendat. Per Dominum.

FERIA. IIII.

DE S. SAPIENTIA.

IIII.

DEVS qui per cœternam tibi sapientiam hominem, cū nō esset, condidisti, perditumque misericorditer reformasti; præsta, quæsumus, vt eadem pectora nostra, inspirante te tota mente amemus, & ad te toto corde curramus. Per Dominum.

VVV 3

Lectio

Lectio Epistolæ B. Pauli Apostoli.

FRATRES, Scientes quòd fidei vestræ patientiam probatio operatur.

Sequentia S. Euangelij secundum Matthæum.

IN illo tempore, Respondens Iesus, dixit: Confiteor tibi pater, Domine cœli & terræ, quia abscondisti.

Secreta.

SANCTIFICETVR, quæsumus, Domine Deus huius nostræ oblationis munus, tua cooperante sapientia, vt tibi placere possit ad laudem, & nobis proficere ad salutem. Per Dominum.

Ad Complendum.

IN FVNDE quæsumus Domine per hæc sancta, quæ sumpsimus, tuæ cordibus nostris lumen sapientiæ, vt te veraciter agnoscamus, & fideliter diligamus. Per eundem.

Super populum.

DEVS qui misisti filium tuum, & ostendisti creaturæ creatorē, respice propitius super nos famulos tuos, & præpara agiæ sophiæ dignam in cordibus nostris habitationem. Per eundem.

MISSA AD POSTVLANDAM
HYMILITATEM.

DEVS qui superbis resistis, & gratiam præstas humilibus, auge in nobis veræ humilitatis virtutem, cuius in se formam fidelibus vnigenitus filius tuus exhibuit, vt numquam indignationem tuam prouocemus elati, sed potius semper pietatis tuæ capiamus dona subiecti. Per eundem.

Secreta.

HÆC oblatio Domine, quæsumus, nobis remissionem omnium peccatorum & veræ humilitatis obtineat gratiam, simulque à cordibus nostris concupiscentiam carnis & oculorum, atque ambitionem seculi auferas, quatenus coram te sobriè, iustè, pièque viuentes, præmia consequamur æterna. Per Dominum.

Post Commun.

HVIVS

HVIVS Domine sacramenti perceptio, peccatorum nostrorum maculas tergat, & nos ad cœlestia regna perducatur. Per Dominum.

ITEM MISSA S. AVGVSTINI.

DOMINE Deus incomprehensibilis, æterne, perpetue, benedicte, qui dixisti: Non veni vocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiam, & cum profectu nostro non egeas, gaudes tamen super vno peccatore pœnitentiam agente, magis quam supra non agnita nouem iustis, qui non indigent pœnitentia. Quia tu es Deus solus, & præter te non est alius, qui non vis mortem peccatoris, sed vt conuertatur & viuat: Conuerte nos Domine ad te, & conuertemur. Conuerte nos Deus salutaris noster, & auerte iram tuam à nobis. Nè perdas nos cum peccatis nostris, nè tradas bestijs animas confitentes tibi, nè derelinquas nos in finem. Nè intres in iudiciū cum seruis tuis, neque in ira furoris tui corripias. miserere nobis Domine, miserere nobis. Opera manuum tuarum sumus. nè pereamus. Memento congregationis tuæ, quam creasti ab initio. Dirige nos in via recta, doce nos facere voluntatem tuam, quia tu es Deus noster. Per Dominum nostrum Iesum Christum.

Secreta.

HANC quoque oblationem Domine digneris, quæsumus, misericorditer benedicere, & clementer sanctificare, quam tibi pro remissione peccatorum nostrorum, vel pro requie defunctorum fratrum offerimus, vt tua sanctificatio, salus sit, & defensio omnium animarum. Per.

Præfatio.

Dvsq; æterne Deus. Rex cœlorum, Rex regum, Deus Deorum, & Dominus Dominorum, tibi gratias agere & laudis hostias immolare. Exaudi orationem & deprecationem famularumque famularumque tuarum, omnium orthodoxorum; auribus percipe lachrymas eorum. Abba pater, imple nominis tui officium, super hanc congregationem tuam, atque super vniuersam

VVV 4

Eccle-

Ecclesiam tuam catholicam, quæ est super vniuersum orbem terrarum in pace diffusa. Tu eos rege omnipotens pater, tu protege, tu conserua, tu sanctifica, tu gubernas, tu castiga, tu consolare. Sicut non es dedignatus congregare, & vocare eos, ita tuo inflammentur amore, vt à te non despiciantur clementissime & pijsime pater. Oramus te Domine, non pereat à nobis factura redemptionis & vocationis tuæ. Sicut vocare dignatus es errantes, ita custodire digneris in hoc ouili habitantes atque conuenientes. Per Christum Dominum.

Ad Complendum.

Quos cœlesti Domine dono satiasti, præsta, quæsumus, vt sicut pijsima misericordia tua dedisti nobis voluntatem veniendi ad te, ita nobis seruis tuis donare digneris sapientiæ intellectum, virtutem, & possibilitatem, vt tibi secundum voluntatem tuam seruire mereamur. Per Dominum.

V.

FERIA. V.
DE CHARITATE.

OMNIPOTENS sempiternæ Deus, qui iustitiam tuæ legis in cordibus credentium digito tuo scribis, da nobis fidei, spei, & charitatis augmentum, & vt mereamur assequi quod promittis, fac nos amare quæ præcipis. Per.

Alia.

DEVS qui diligentibus te facis cuncta prodesse, da cordibus nostris inuiolabilem charitatis affectum, vt desideria de tua inspiratione concepta, nulla possint tentatione mutari. Per Dominum.

Lectio libri Epistolæ B. Pauli Apostoli ad Corinthi.

FRATRES, Charitas patiens est, benigna est. Charitas non æmulatur.

Sequentia S. Euangelij secundum Matthæum.

IN illo tempore, Dixit Iesus discipulis suis: Filioli adhuc modicum vobiscum sum, Queritis me.

Secreta

Secreta.

MITTE Domine, quæsumus, spiritum sanctum, qui & hæc munera præsentia nostra tuum nobis efficiat sacramentum, & ad hoc percipiendum, nostra corda purificet. Per. in vnitatem eiusdem spiritus sancti.

DEVS qui nos ad imaginem tuam sacramentis renouas & præceptis, perface gressus nostros in semitis tuis, & charitatis donum quod fecisti à nobis sperari, per hæc quæ offerimus, facias sacrificia ad præhendi. Per Dominum nostrum.

Præfatio.

DEVSque æternæ Deus. Qui fideles tuos mutua faciens lege concordans, pacem tuam tali foedere nexuisti, vt nec alteri quisquam moliretur infligere, quod sibi nollet inferri, et bona quæ suis vtilitatibus cuperet à conforte natura, hæc idem ipse quoque præstaret; quatenus dum per alterutram pietatem se reperiunt, communis in singulis fuerit semetipsam diligens, essetque mens vna cunctorum. Per Christum. * foret.

Post Communionem.

SPRITVM nobis Domine tuę charitatis infunde; vt quos vno cœlesti pane satiasti, vna facias pietate concordans. Per Dominum eiusdem. * tñ.

SANCTI spiritus gratia, quæsumus, Domine corda nostra illuminet, & perfectę charitatis dulcedine abundanter reficiat. Per Dominum. in vnitatem eiusdem spiritus sancti.

DEVS vita fidelium, gloria humiliu, beatitudo iustorum, propitius accipe supplicum preces, vt animæ quæ promissiones tuas sitiunt, de tuæ semper charitatis abundantia repleantur. Per Dominum.

ITEM ALIA CONTRA TENTATIONES CARNIS.

VRigne sancti spiritus renas nostros, & cor nostrum Domine, vt tibi castè & corpore seruiamus, & corde placeamus. Per.

Secreta.

xxx

Dis-

DISRVMPEDomine vincula peccatorū nostrorum, vt sacrificare tibi hostiam laudis absoluta libertate possimus; retribue quæ antè tribuisti, & salua nos per indulgentiam, quos dignatus es saluare per gratiam. Per Dominum.

Ad Complendum.

DOMINE adiutor & protector noster, quæsumus, reforeat caro nostra vigore pudicitiae, & sanctimoniae nouitate, ereptaque de manu tartari, in resurrectionis gaudio iubeas presentari. Per Dominum

ITEM MISSA S. AVGVSTINI.

DOMINE Deus omnipotens, qui saluos facis sperantes in te, tu clementissime qui reuocas errantes, tu misericors qui non despicias confitentes, tu Domine pater, cum ceciderit iustus, manū apponis, tu excelsus in caelis, habitorem te promissisti in terris, ubi fuerint congregati in tuo nomine duo vel tres, esse in medio eorum, te Domine tenemus promissorem, vt des veniam penitentibus, te inueniat qui oēs querunt te. Te enim perscrutatorē conscientiarum nostrarum scimus, idèd veniam petimus delictorum. Tu magnus Dominus & laudabilis valdè. Te deprecamur, & petimus, vt sis nobis propitius. Tibi confitemur mala nostra, vt mereamur consequi bona tua. Per.

Secreta.

VNDENOS Domine de tua pietate confisi, & tua laude deuoti, hanc hostiam immaculatam singularis sacrificij tibi deferimus, vt seruis tuis nobis viuentibus, peccatorum nostrorum veniam concedas, & defunctis fratribus nostris requiem sempiternam tribuas. Per Dominum nostrum.

Præfatio.

D. vsque; æterne Deus. Implorâtes clementiam tuam, vt qui te authore subsistimus te dispensante dirigamur. Non nostris sensibus relinquamur, sed ad tuæ adducti semper tramitem veritatis hæc studeamus exercere, quæ præcipis, vt possimus dona percipere, quæ promittis. Per Christum.

Post Communionem.

GRA.

GRATIAS tibi Domine referētes oramus, vt mundes propitius cor nostrum à vitijs, & repleas iugiter spiritalibus donis. Per Dominum.

FERIA. VI.

MISSA DE SANCTA CRUCE.

DEVS qui vnigeniti filij tui precioso sanguine viuificæ crucis vexillum sanctificari voluisti. Concede, quæsumus, eos qui eiusdem sanctæ crucis gaudent honore, tua quoque vbique protectione gaudere. Per.

Lectio Epistolæ B. Pauli Apostoli ad Philipenses.

FRATRES, Christus factus est pro nobis obediens patri vsque ad mortem.

Sequentia S. Euangelij secundum Matthæum.

IN illo tempore, Ascendens Iesus Hierosolymam, assumpsit. Secreta.

HAEC oblatio Domine ab omnibus nos purget offensas, quæ in ara crucis etiam totius mundi tulit offensa. Per Dominum nostrum.

Præfatio.

D. vsque; æterne Deus. Qui salutem humani generis in ligno crucis constituisti, vt vnde mors oriebatur in dè vita resurgeret, & qui in ligno vincebat, in ligno quoque vinceretur. Per Christum.

Ad Communionem.

ADESTO nobis Domine Deus noster, & quos sanctæ crucis lætari honore fecisti, eus quoque perpetuis defende subsidijs. Per.

ITEM MISSA PRO
PETITIONE LACHRYMARVM.

OMNIPOTENS sempiternæ Deus, respice propitius preces nostras, & da capiti nostro abundantiam aquæ, & oculis nostris fontem lachrymarum, vt peccati macula abluti, vltices pœnarum flammæ, sletus vbertate vincamus. Per Dominum nostrum.

Secreta

xxx 2

Per

PER has oblationes, quæsumus Domine, vt non tantum oculis nostris lachrymas infundas, sed et cordi nostro nimium peccatorum luctum tribuas. Per.

Præfatio

D. vsque, æterne Deus. Audiêtes Diuini sermonis sonum, dicêtis, Beati qui lugent nunc, quoniam ipsi consolabuntur, multum nostra flere peccata desideramus, sed non possunt oculi nostri lapidei, et propter cordis duritiam lachrymare nõ valemus. Ideo rogamus te Domine, vt fontem duritię cordis nostri primùm per nostram pœnitentiam emollias, & postmodum per donum gratiæ tuę nostris flumina lachrymarum oculis largiter infundas. Per Christum Dominum.

Post Communionem.

CORPORE & sanguine tuo, quæsumus Domine satiati, vt pro nostris semper peccatis nobis compunctionē cordis et luctū fluminaq; lachrymarum largiaris, quatenus cœlestem in futuro cōsolationem mereamur. Per.

MISSA S. AVGV TINI.

OMNIPOTENS sempiternæ Deus, respice propitius ad preces Ecclesiæ tuæ, da nobis fidem rectam, charitatem perfectam, humilitatem veram. Concede Domine, vt sit in nobis simplex affectus, patiētia fortis, obedientia perseuerans, pax perpetua, mens pura, rectum et mundum cor, voluntas bona, conscientia sancta, cōpunctio spiritalis, virtus animæ, vita immaculata, consummatio irreprehensibilis, vt viriliter currentes, in tuum feliciter mereamur introire regnum. Per.

Secreta.

OB L A T I S tibi Domine libaminibus sacrificiorum, respice humilitatis nostræ confessionem, vt hæc oblata sanctifices quæ tibi offerimus, pro remissione peccatorum nostrorum, vel defunctorum fratrum requie, et vt sumentium ariditatem tuæ benedictionis vbertas sustentet. Per Dominum.

Post

Post Commun.

DEVS apud quem est misericordia copiosa, efficiat nos sibi vasa mundissima, & spiritalibus delicijs reficiat infirmitatem nostrā vt corda nostra eum semper esuriant atque sitiant, & vota nostræ humilitatis clament. Per Dominum nostrum Iesum Christum.

SABBATO

MISSA DE SANCTA MARIA.

CONCEDE nobis famulis tuis, quæsumus Domine Deus, perpetua mentis & corporis prosperitate gaudere, & gloriosa Beatæ Mariæ semper virginis intercessione à præsentī liberari tristitia & futura perfrui lætitia. Per Dominum nostrum.

Lectio Libri Sapientiæ.

Ab initio & ante secula creata sum, & vsque in.

Sequentia S. Euangelij secundum Lucam.

In illo tempore, Intrauit Iesus in quoddam castellum, et mulier.

Secreta.

TVA Domine propitiatione, & Beatæ Marię semper virginis intercessione, ad perpetuam atque præsentem hæc oblatio nobis proficiat prosperitatem. Per Dominum nostrum.

Post Communionem.

SVMPTIS Domine salutis nostræ, subsidijs da, quæsumus, eius patrocinij nos vbique, protegi, in cuius veneratione hæc tuæ obtulimus maiestati. Per.

Super populum

OMNIPOTENS Deus, famulos tuos dextera potentiæ tuæ à cunctis protege periculis, & Beata Maria, semper virgine intercedente, fac nos præsentī gaudere prosperitate & æterna. Per.

ITEM. MISSA IN COMMÉMORATIO
NE SANCTÆ MARIAE.

FAMVLORVM tuorū, quæsumus, delictis ignosce, & qui place

xxx 3 re de

re de actibus nostris non valemus genetricis filij tui Domini Dei nostri Iesu Christi intercessione, quæ tibi sunt placita semper meditantibus mundo corde iugiter & dictis exequamur & factis.

Secreta.

OB-LATIONIBVS nostris quæsumus Domine precibusque susceptis intercedete beata Maria, semper virgine peccata nostra mundetur, & ad te nostras etiam rebelles compelle propitius voluntates, vitamque nobis largire æternam. Per.

Ad Com.

QVÆSVMS Domine Deus noster vt sacrosancta mysteria quæ pro reparationis nostræ munimine contulisti, & præsens nobis remedium esse facias & futurum.

Item ad Commu.

FIDELIS tuos, quæsumus Domine, intercedente Beata Maria semper virgine corpore pariter & mente purifica, vt tua inspiratione compuncti noxias delectationes vitare valeant, & vt earum non capiamur illecebris tua iugiter pascamur dulcedine. Per.

ITEM. MISSA S. AVGVSTINI.

DOMINE Deus noster, magne & omnipotens, qui sanas contritos corde, eorumque alligas contritiones; tua te pietas nobis efficiat placabile, quos conditio fragilitatis humanæ constituit in mœrore. Exaudi Domine preces nostras, & dimitte nobis cunctas offensiones. Manus tuæ fortitudine à cunctis angustijs liberemur, vt cum tuis sanctis hic & in æternum lætemur. Per Dominum nostrum.

Secreta.

HANC quoque oblationem Domine dignare, quæsumus, misericorditer benedicere, & clementer sanctificare, quam tibi obtulimus pro viuorum salute & mortuorum requie; vt tua sanctificatio sit salus & defensio animarum. Per Dominum.

Præfatio.

D. vsque; per Christum Dominum nostrum. Per ipsum te omnipotens Deus pater supplices exoramus, vt hoc sacrificium acceptes quod tibi offerimus, & nobis famulis tuis pietatis tuæ solatium

tium concedas propitius. Tuum est Domine sanare contritos corde, tuum est consolari merentes. Placeat iam tuæ pietati, eripere oppressos, reuocare captiuos, lætificare in angustijs constitutos. Per ipsum te oramus summe pater, quem tecum & cum sancto spiritu collaudant cœlestia pariter ac terrena, & hunc hymnum dulci modulatione proclamant, dicentes: Sanctus, Sanctus, Sanctus Domine Deus Sabaoth.

Post Communionem.

OMNIPOTENS Deus propitius cordis nostri adspiciat gemitus, & petitionibus nostris suæ pietatis aurem inclinet, atque ab omni defensor mœrore nos lætificet, mentem nostram miserationis suæ subsidio muniat, & remedia gaudij sempiterna nobis clementer adtribuat. Per Dominum nostrum Iesum Christum.

MISSA IN VENERATIONE
VNIVS APOSTOLI.

DEVS qui fidelium mentes vnus efficis voluntatis, intercessione Beati Apostoli tui da nobis id amare quod præcipis, id desiderare quod promittis, vt inter mundanas varietates ibi nostra sint fixa corda, vbi vera sunt gaudia. Per Dominum.

Lectio Epistolæ B. Pauli Apostoli ad Ephesios.

FRATRES, iam non estis hospites & aduenæ sed estis ciues sanctorum, & domestici dei.

Sequentia Sancti Euangelij secundum Ioannem.

IN illo tempore, Dixit Simon Petrus ad Iesum: Ecce nos reliquimus omnia & secuti sumus te.

Secreta.

HIS nobis Domine mysterijs supplicatione Beati Apostoli tui

xxx 4 con-

conferantur, quo terrena desideria mitigantes, discamus amare
cœlestia, & de die in diem ad cœlestis vitæ transferamur, purifica-
tis mentibus, actionem. Per Dominum.

Post Communionem.

TRIBVE nobis Domine, intercedente Beato Apostolo tuo,
cœlestis mensæ virtutis societatem, & desiderare quæ recta sunt
& desiderata percipere. Per Dominum.

MISSA IN VENERATIONE PLVRIMO-
RVM APOSTOLORVM.

BEATORVM Apostolorum nos Domine, quæsumus, contra
nua oratione custodi, vt iisdem suffragatoribus dirigatur Eccle-
sia, quibus principibus gloriatur. Per.

Lectio Epistolæ B. Pauli Apostoli ad Romanos.

FRATRES, Corde enim creditur ad iustitiam, ore autem con-
fessio fit ad salutem.

Sequentia .S. Euangelij secundum Ioannem.

IN illo tempore, dixit Iesus discipulis suis: Hoc est præceptum
meum, vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos. Maiorem.

Secreta.

RESPICE Domine, quæsumus, munera quæ in sanctorum tu-
orum Apostolorum N. commemoratiõe deferimus, vt quorum
tibi grata sunt honore, eorum nobis intercessione sint salubria.
Per Dominum.

Præfatio.

D. vsque æternæ Deus. Suppliciter exorantes, vt gregem tuum
Pastor æternæ non deferas, sed per beatos Apostolos tuos. N. cõ-
tinua protectione custodias, vt iisdem rectoribus dirigatur, quos
operis tui vicarios, eidem contulisti præesse pastores. Per Chri-
stum Dominum.

Post Communionem.

PIGNVS vitæ æternæ capiētes humiliter imploramus, Apostoli-
cis vt fulti patrocinij, quod in imagine contingimus, sacramenti
mani-

manifesta perceptione sumamus. Per.

Super populum.

PROTECTOR in te sperantium Deus, familiam tuam propitius
respice, & per beatos Apostolos N. à cunctis etiam aduersitatibus
potentiæ tuæ nos brachio defendas. Per Dominum nostrum.

MISSA IN VENERATIONE
VNIVS MARTYRIS.

X.

DEVS in te sperantium fortitudo, Martyris tui intercessione
preclara, adesto propitius inuocationibus nostris, & quia sine te
nihil potest mortalis infirmitas, præsta nobis auxilium gratiæ tuæ
vt exequendis mandatis tuis, & voluntate tibi & actione placea-
mus. Per Dominum nostrum.

Super oblata.

SUSCIPE Domine fidelium preces cum oblationibus hostia-
rum, vt orationibus gloriosi martyris tui per hæc pię deuotionis
officia remissionem omnium peccatorum percipiamus, & ad cœ-
lestem gloriam transeamus. Per Dominum nostrum.

Post Communionem.

SUMPTIS Domine, muneribus, quæsumus, vt beato Martyre
tuo intercedente, sancti nominis tui timorem pariter & amorem
facias nos habere perpetuum, vt cum frequētatione mysterij, cre-
scat nostrę salutis effectus. Per Dominum.

MISSA VNIVS APOSTOLI SIVE MAR- XI.
TYRIS VEL CONFESSORIS

In Vigilia.

CONCEDE nobis, quæsumus omnipotens Deus, venturam
beati N. Apostoli, Confessoris vel Martyris solennitatem, cõgruo
præuenire honore, venientē digna celebrare deuotione. Per Do-
minum.

Secreta

ACCEPTA tibi fit Domine nostræ deuotionis oblatio, & ad
yyy Apo-

Apostolicam puriores faciat nos venire festiuitatē. Per.

Post Communionem.

BENEDICTIONIS tuæ Domine gratiam, intercedete B. A. apostolo tuo, Confess. vel Martyre N. suscipiamus, vt cuius præueniēdo gloriam celebramus, eius supplicando auxilium sentiamus. Per.

ITEM MISSA IN IVDIE.

DEVS, quies omnium sanctorum tuorum splendor mirabilis: qui que hunc diem Apostoli tui N. martyrio consecrasti, da Ecclesie tuæ de natalitia tanti pontificis festiuitate letari, vt apud misericordiam tuam, exemplis eius protegamur & meritis. Per Dominum.

Lectio libri sapientiæ.

BEATVS vir qui inuentus est sine macula, & qui post aurum non abiit.

Sequentia S. Euangelij secundum Matthæum.

IN illo tempore, Dixit Iesus discipulis suis: Amen, amen, dico vobis, Nisi granum frumenti.

Secreta.

BEATI Apostoli tui N. Domine solenni recensentes ut eius auxilio tua beneficia capiamus, pro quo tibi hostias laudis offerimus. Per Dominum.

Post Communionem.

PRAECEPTIS Domine sacramentis suppliciter exoramus vt intercedente beato N. Apostolo tuo, vt quæ p illius venerandagerimus passione, nobis proficiat ad medelam. Per Dominum nostrum.

Alia:

DA nobis Domine, quæsumus, Deus noster, beati Apostoli tui N. intercessionibus subleuari, vt per quos Ecclesie tuæ superni muneris rudimenta donasti, per eos subsidia perpetuæ salutis impendas. Per Dominum nostrum.

XII. MISSA PLVRIMORVM MARTYRV. M.

Deus.

DEVS qui sanctis Martyribus, ad sempiternam gloriam veniendi copiosum munus gratiæ contulisti, da nobis famulis tuis nostrorum veniã peccatorum, vt sanctorum tuorum intercedētibus meritis, ab omnibus mereamur aduersitatibus liberari, quatenus ad eorum nos facias gaudia æterna pertingere, de quorum nos virtute tribus quotidiana solennitate gaudere. Per.

Lectio libri Apocalip. B. Ioannis Apost.

IN diebus illis, vidi turbam magnam, quam dinumerare.

Sequentia S. Euangelij secundum Matthæum

IN illo tempore, videns Iesus turbas, ascendit in montem. Et cum sedisset, acceperunt ad eum discipuli eius: & aperiens os suum, docebat eos, dicens: Beati pauperes spiritu, quoniam.

Super oblata.

SUSCIPE Domine munera, quæ tibi in honore sanctorum Martyrum tuorum de tua largitate deferimus, vt eorum intercessio onibus hæc sacrosancta mysteria, gratiæ tuæ operante virtute, præsentis vitæ nos conuersatione sanctificent, & ad gaudia sempiterna perducant. Per.

Post Communionem.

SIT nobis Domine reparatio mentis & corporis cœlestemysterium cuius operatione precamur, & vitia nostra purgentur, & intercedentibus sanctis martyribus tuis, iusta desideria compleantur. Per.

Alia.

OMNIPOTENS sempiternus Deus, qui abundantia pietatis tuæ & merita supplicum excedis, & vota, effunde super nos misericordiam tuam, vt meritis Martyrum tuorum dimittas nobis omnia quæ conscientia metuit, & abijcias quæ oratio non præsumit. Per.

MISSA IN ECCLESIA SANCTORVM MARTYRV. M.

XIII.

PROPITIARE Domine nobis famulis tuis per horum Martyrum tuorum, qui in præsentem requiescunt Ecclesia, merita gloriosa vt eorum pia intercessione, ab omnibus protegamur aduersis. Per Dominum.

yyy 2

Lect.

LINGVA sapientium ornat scientiam, os fatuorum ebullit stultitiam.

Sequentia S. Euangelij secundum Lucam.

IN illo tempore, dixit Iesus discipulis suis, Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes.

Secreta.

* *clementia.* SVSCIPIAT * Ecclesia tua Domine, quæsumus, de manibus * *nostris.* * vestris munus oblatum, & per horum beatorum Martyrum tuorum orationem, ab omnibus nos emundet peccatis. Per.

Ad Complendum.

DIVINA libantes mysteria, quæ pro sanctorum Martyrum tuorum veneratione tuæ obtulimus maiestati, præsta, quæsumus Domine vt per ea veniam mereamur peccatorum, & cœlestis gratiæ donis reficiamur. Per Dominum.

Alia.

DA æterne consolationis pater, per beatorum Martyrum tuorum preces populo tuo pacem & salutem, vt tuis tota dilectione inhercant præceptis, & quæ tibi placita sint, tota perficiant voluntate. Per Dominum nostrum.

XIIII.

IN NATAL. SANCTORVM, QVORVM
RELIQVIAE IN VNADOMO SVNT.

CONCEDE quæsumus, omnipotens Deus, vt sancta Dei genitrix, sanctique tui Apostoli, Martyres, Cōfessores, Virgines atque omnes sancti, quorum reliquiæ in ista continentur Ecclesia, patrocinia nos vbique adiuuent, quatenus hîc illorum præsentis suffragio tranquilla pace in tua laude lætemur. Per.

Item alia.

AUXILIUM tuum nobis, Domine, quæsumus placatis impende, & intercedentibus sanctis tuis, quorum in hac præsentis Ecclesia preciosa patrocinia colligere curauimus, fac nos ab omni aduersitate liberari, & in æterna lætitia gaudere cum illis. Per.

MVNER-

MVNERA tuæ misericors Deus maiestati oblata benigno, quæsumus, suscipe intuitu, vt eorum nobis precibus fiant salutaria, quorum sacratissima in hac basilica reliquiæ sunt reconditæ. Per Dominum.

Post Communionem.

DIVINA libantes mysteria, quæsumus Domine vt eorum nos vbique intercessio protegat, quorum hîc sacra gaudemus præsentia. Per Dominum.

Super populum.

EXAUDI Domine Deus clementer in hac domo tua preces seruorum tuorum, quatenus illorum meritis tuam consequamur gratiam, quorum hîc patrocinia veneramur. Per.

MISSA QVOTIDIANA SANCTORVM. XV.

DEVS qui nos Beatæ Mariæ semper virginis, & beatorum Apostolorum, Martyrum, Confessorum, Virginum atque omnium simul sanctorum cōtinua lætificas solennitate, præsta, quæsumus, vt quos quotidiano veneramur officio, etiam piæ conuersationis sequamur exemplo. Per.

Secreta.

MVNERA tibi Domine nostræ deuotionis offerimus, quæ & pro tuorum tibi grata sint honore sanctorum, & nobis salutaria te miserante, reddantur. Per.

Post Communionem.

PRÆSTA, quæsumus, Domine nobis intercedentibus omnium sanctorum tuorum meritis vt quæ ore contingimus, puro corde capiamus. Per Dominum nostrum.

Super populum.

FAC nos, Domine Deus, sanctæ Mariæ semper virginis subsidijs adtolli, & gloriosa beatorum Apostolorum, Martyrum, Confessorum, Virginum, omniumque simul sanctorum protectione defendi, vt dum eorum pariter quotidie festa celebramus, eorum pariter quotidie ab omnibus aduersis protegamur auxilio. Per.

YYY 3 MIS-

SACRAMENTORVM LIBER, AV-
MISSA PRO INIMICIS.

DEVS pacis charitatisque amator & custos, da omnibus inimi-
cis nostris pacem charitatemque verã, cunctorumque eis remis-
sionem tribue peccatorum, nosque ab eorum insidijs potenter
eripe. Per.

Secreta.

OBLATIS Domine, quæsumus, placare muneribus: & nos ab
inimicis nostris clementer eripe, eisque indulgentiam tribue deli-
ctorum. Per Dominum nostrum.

Ad Complendum.

DEVS qui famulos tuos, Moysen, Samuel, & Stephanum Pro-
tomartyrem virtute patientiæ donasti, vt p suorũ delictis inimico-
rum æquanimitè exorarent; da nobis, quæsumus, omnium me-
ritis sanctorum, vt inimicos nostros veræ dilectionis amore diliga-
mus, eorũque pro excessibus tota mentis intentione preces assi-
duas in conspectu maiestatis tuæ fundamus. Per.

MISSA PRO CONFITENTE
PECCATA SVA.

OMNIPOTENS sempiternè Deus, qui es verus, sanctus & san-
ctorum omnium protector, tibi pio Domino deuotis mentibus
hostias laudis offerimus, suppliciterque pro famulo tuo N. depre-
camur vt ei indulgentiam tribuas omnium delictorum suorum,
& ne iterum ad voluntatem peccati redeat, propitius eum custo-
dire digneris. Per Dominum nostrum.

Secreta.

SUSCIPE clementissime pater hostiam placationis & laudis,
quas ego indignus & peccator famulus tuus tibi offerre præsumo
ad honorem gloriæ nominis tui, & pro incolumitate famuli
tui N. vt omnium delictorum suorum veniam consequi merea-
tur. Per Dominum nostrum.

Post

Post Communionem.

PRECAMVR Domine, vt intercedentibus sanctis tuis pro fa-
mulo tuo N. indulgentiam ei tribuas omnium peccatorum, opus
eius in bonum perficias, nam & gratiam tuam ei concedas, fide,
spe & charitate eum repleas, mentem eius ad cœlectia desideria
erigas, & ab omni aduersitate eum defendas, & ad bonam perse-
uerantiam perducas. Per Dominum.

MISSA PRO SALVTE VIVORVM ET RE- XVIII.
QUIE MORTVORVM.

OMNIPOTENS sempiternè Deus, qui viuorum Dominaris
simul & mortuorum, omniumque quos tuos fide & opere futu-
ros esse prænocis, te suppliciter exoro, vt pro quibus effundere
preces decreui, quosque vel præsens seculum adhuc in carne re-
tinet, vel futurum iam exutos corpore suscepit, pietatis tuæ cle-
mentia, delictorum suorum veniã consequantur. Per Dominum
nostrum Iesum Christum.

Secreta.

DEVS, cui soli cognitus est numerus electorum in superna feli-
citate locandorũ: tribue quæso, vt vniuersorum, quos in oratione
commendatos suscepi, vel omnium fidelium nomina, beatæ præ-
destinationis liber ascripta retineat. Per Dominum.

Post Communionem.

DIVINAE largitor, & humanæ salutis amator, quæ-
sumus clementiam tuam, vt nomina famulorum famula-
rumque tuarum, quæ hîc pio dilectionis officio pariter
yyy 4 pariter

riter conscripsimus, in libro vitæ, miserationis tuæ gratia, iubeas conscribi. Per Dominum nostrum Iesum Christum.

EXPLICIT LIBER SACRAMEN-
TORVM TERTIVS.

Quæ sequitur, ex eodem codice Appendicis loco subiecimus.

BENEDICT. DIVERSAE.

BENEDICAT te Dominus ex Sion qui fecit coelum & terram, in sapientia sua benedictione æterna, qui benedixit omnes sanctos patres & patriarchas nostros, Abraham, Isaac, & Iacob, & multiplicet in te gratiam suam spiritalem, sicut multiplicauit semen eorum tamquam stellas cœli, & velut arenâ quæ est in littore maris, ipse protegat atque defendat omnibus diebus vitæ tuæ, & perducatur te in regnum gloriæ suæ. Amen.

ADSPICIAT in te creator æternus, conferuet in te gratiam suam, quam super te infudit, mentem tuam regat, vias tuas dirigat, cogitationes tuas in bono illustret, roboret ac confirmet, præterita peccata indulgeat, præsentia ac futura protegat ac defendat, sit manus Domini auxiliatrix tui, & brachium sanctum eius tibi auxilium concedat omnibus diebus vitæ tuæ. Amen.

BENEDICAT Dominus corda & corpora nostra, & det super nos benedictionem, sicut Isaac benedixit Iacob. manus Domini super nos, mittat angelum suum custodem, qui custodiat nos in omnibus vijs nostris, perficiatque gressus nostros, vt non moueantur vestigia nostra; foris nos protegat atque defendat, intus corroboret & confirmet in omni bono & felicitate. Amen.

COLLECTA SVPER IVDICI-
VM DICENDA.

OMNIPOTENS sempiternus deus, qui tua iudicia incommutabili dispo-

dispositione iustus vbique iudex decernis, tu clemens in hoc tuo iudicio, ad inuocationem sancti tui nominis, quod à te fidelium intentio implorat, tua iustissima examinatione declara. Per.

Item alia.

DEVS iudex iustus, fortis & patiens, qui author pacis es & iudicas æquitatem. Tu iudica quod iustum est Domine, & rectum iudicium tuum: qui respicis super terram, & facis eam tremere. Tu Deus omnipotens, qui per aduentum filij tui Domini nostri Iesu Christi mundum saluasti, & per sanctissimam eius passionem genus humanum redemisti. Tu hanc aquam igne feruentem, siue ferrum calidum sanctifica, qui tres pueros, id est, Sidrac, Misac & Abdeneo, iubete rege Nabuchodonosor, in camino ignis, accensa fornace, saluasti illæfos, & per angulum tuum eduxisti. Tu clemens sanctissime dominator p̄sta, vt si innocens de hoc furto vel de stupro in aquam hanc igne feruentem siue ferrum calidum manum suam miserit, sicut tres pueros supra dictos in camino ignis soluisti, & Susannam de falso crimine liberasti, ita de hac aqua igne feruente, siue ferro calido, manum saluam & illæsam educat. Si verò culpam ingrauatè diabolo, cor induratum præsumperit in hanc aquam igne feruentem, siue ferrum calidum, manum suam mittere, tua iustissima veritas hoc declarat, & in huius corpore tuam veritatem manifesta; vt anima per pœnitentiam saluetur. Et si culpabilis per aliqua maleficia, aut per herbas peccata sua contueri voluerit, tua dextera hoc euacuare dignetur. Per vnigenitum Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, qui tecum viuit & regnat Deus, in vnitatem spiritus sancti, per omnia secula seculorum. Amen.

ORATIONES AD HORAS CANONICAS.
ORATIO AD PRIMAM.

DEVS, qui ad principium istius diei tuam gratiam nos peruenire fecisti, tua nos salua virtute vt in hac die ad nullum declinemus

zzz pecca-

peccatum, sed semper ad tuam iustitiam faciendam nostram præcedent eloquia. Per Dominum.

ORATIO AD TERTIAM.

DOMINE Deus Iesu Christe, qui hora diei tertia ad crucē passionis pro mūdi salute ductus es; te supplices deprecamur, vt nostra deleas peccata, & vt de præteritis malis nostris semper inueniamus veniā, & de futuris iugiter habeamus custodiā. Qui viuus.

ORATIO AD SEXTAM.

DOMINE Deus Iesu Christe, qui hora sexta pro redemptione mundi, crucis lignum adscēdisti, vt vniuersus mundus qui in tenebris erat, illuminaretur; te supplices deprecamur, vt illam lucem nobis in animo & corpore nostro semper tribuas, per quā ad vitam æternam peruenire mereamur. Qui viuus.

ORATIO AD NONAM.

DOMINE Deus Christe Iesu, qui hora nona de crucis patibulo confitentem latronem ad gloriam paradyfi transire fecisti, te supplices deprecamur, vt post obitū nostrum in paradyfi portas nos facias introire gaudentes. Qui viuus & regnas.

ORATIONES DE SANCTA CRUCE.

ADESTO familiæ tuæ clemēs & misericors Deus, vt in aduersis & prosperis preces exaudias, & per auxilium sanctæ crucis nefas aduersariorum digneris conterere, vt portum salutis tuæ valeant apprehendere. Per Dominum nostrum Iesum.

DEVS cui cunctę obediunt creature, & oīa verbi tui fecisti sapientia, supplices quæsumus ineffabilē clementiā tuam, vt quos per lignum sanctæ crucis, filij tui pio cruore dignatus es redimere

tu qui

tu qui es lignum vitæ, paradyfiq̄ue reparator, omnibus in te credentibus dira serpentis venena extingue, & per gratiam sancti spiritus, poculum salutis semper infunde. Per.

ORATIONES AD CRUCEM
DICENDAE.

CUNCTIS nos, quæsumus, Domine reatibus & periculis clementer absolue, quos per lignum sanctæ crucis redimere dignatus. Qui viuus & regnas.

TVEATUR quæsumus, Domine dextera tua populum supplicentem, & gloriosa filij tui passione ab omnibus peccatis absoluat. Per Dominum nostrum.

TVA nos misericordia, Deus, per virtutem sanctę crucis, ab omnibus tueatur aduersis, & remedijs sempiternis instauret. Per Dominum.

ADESTO supplicationibus nostris omnipotens Deus, vt quos triumpho crucis redemisti, ab omnibus aduersitatibus & peccatis vbique defende. Qui.

PRÆSTA, quæsumus, omnipotēs & misericors Deus, vt virtute sanctæ crucis, ab omni aduersitate mentis & corporis liberemur. Per Dominum nostrum Iesum.

QUÆSUMVS, omnipotens Deus, vt ab omni tribulatione liberemur, quos filij tui passione redemisti. Qui tecum.

ABSOLVE, quæsumus, Domine nostrorum vincula peccatorum, & virtute sanctæ crucis nos vbique custodi. Per.

PECCATA nostra Domine, quibus impugnamur, virtute sanctæ crucis expelle, & tua miseratione nos, ab omni aduersitate defende. Per Dominum.

TVA nos, quæsumus Domine, protectione custodi, & viuificæ crucis vexillo ab omnibus peccatis absolue per te Iesu Christe qui per trophæum sanctæ crucis mundū redimere dignatus es. Concede propitius, vt qui redemptione lætamur, æternis gaudijs te donante, perfrui mereamur. Qui viuus.

SACRAMENTORVM LIBER, AV.
ORATIONES DE SANCTA MARIA.

CONCEDE nos famulos tuos, quæsumus Domine Deus, perpetua mentis & corporis sanitate gaudere, & gloriosa beatæ Mariæ semper virginis intercessione, à præsentī liberari tristitia, & futura perfrui lætitia. Per Dominum.

OMNIPOTENS Deus, famulos tuos dextera potentia tuæ à cunctis protegat periculis, & beata Maria semper virgine intercedente, fac eos præsentī gaudere prosperitate & futura. Per.

PORRIGE nobis Deus dexteram tuam, & per intercessionem beatæ & gloriosæ semperque virginis Dei genetricis Mariæ, auxilium nobis supernæ virtutis impende. Per Dominum nostrum Iesum Christum.

PROTEGE Domine famulos tuos subsidijs pacis, & beatæ Mariæ patrocinijs confidentes à cunctis hostibus redde securos. Per Dominum.

BEATÆ & gloriosæ semperque virginis Dei genetricis Mariæ nos Domine, quæsumus, merita prosequatur, & tuam nobis indulgentiam semper implorent. Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, qui.

BENEDICTIO CANONICORVM.

PRÆSTA Domine, quæsumus, famulis tuis renunciantibus secularibus pompis, gratia tuæ ianuas aperiri, qui despecto diabolo confugiunt sub titulo Christi. Iube venientes ad te sereno vultu suscipi, nè de eis inimicus valeat triumphare. Tribue eis brachium infatigabile auxilij tui, mentes eorum fidei lorica circunda & felici muro vallati, mundum se gaudeant euasisse. Per Dominum nostrum.

ORATIO SVPER HEBDOMADARIOS.

DEVS, cui semper humilium accepta sunt vota animarum,
respi-

respice propitius super horum seruorū tuorum fratrum nostrorum obsequia, & ad tuam, fac eos pertingere gratiā: vt quia nunc huius hebdomadæ seruitia deuota mente compleuerunt, plenissimam atque largissimam veniam consequantur. Per Dominum nostrum Iesum.

MISERICORS ac pijsime Deus, qui vbiq; famulos tuos tueris ac iuuas horum seruorum tuorum fratrum nostrorum accumulatum votum, auge desiderium, vt rectè fratribus suis impendant seruitia. Per Dominum nostrum Iesum Christum.

ORATIONES AD MANDATVM.

ADESTO Domine officio nostræ seruitutis, quia tu pedes lauare dignatus es tuis discipulis, nè despicias opera manuum tuarum quæ nobis retinenda mandasti, vt sicut hic exteriora abluuntur inquinamenta, sic à te omnium nostrorum interiora lauentur peccata. Quod ipse præstare.

DEVS qui discipulorum tuorum pedes abluens, pio affectu eis exemplum præbuit, mandatumque dedisti: concede propitius, vt per obsequium mandatorum tuorum, eorum obtentu de tuo sine fine lætemur adspectu. Qui viuus & regnas.

PRÆFATIONES ANTIQVAE PER
PRÆFATIONES
 ANTIQVAE PER ANNI
 CIRCVLVM.

Quarum pleræque D. Gregorij ætate vetustiores sunt. Immo mea. quidem sententia, Gelasianæ & Ambrosianæ complures. Quibus A. & G. literas ac, ijs, quas ex Manuscriptis codicibus recens edidimus, MS. prænotauimus

PRÆFATIONES DE TEMPORE.

In Vigilia Natiuitatis Domini.

A. **AETERNE DEUS.** Per Christum Dominum nostrum. Cuius hodiè, &c. vt suprâ inter Ambrosianas.

In media nocte.

G. Per Christum Dominum nostrum. Cuius diuinæ natiuitatis potentiam ingenita virtutis tuæ genuit magnitudo. Quem semper filium & ante tēpora æterna genitum, quia tibi pleno atque perfecto, ætreni patris nomē non defuit, prædicamus: & honore, maiestate, atque virtute, æqualem tibi cum spiritu sancto confitemur, & in trino vocabulo, vnicâ credimus maiestatem. Et ideò cum Angelis.

In crepusculo lucis.

A. **AETERNE DEUS.** Quia nostri saluatoris, &c. vt suprâ inter Ambrosianas.

In die sancto.

G. **AETERNE DEUS.** Quia per incarnati verbi mysterium, noua mentis nostræ oculis lux tuæ claritatis infulsit vt, dum visibiliter Deum cognoscimus, per hunc in inuisibilem amorem rapiamur. Et ideò.

Alia.

MS. **AETERNE DEUS.** Tuæ laudis hostiam iugiter immolantes, cuius figuram Abel iustus instituit, agnus quoque legalis ostēdit, celebra-

celebrauit Abraham, Melchisedech sacerdos exhibuit, vt verus agnus & æternus Pōtifex, hodiè natus Christus impleuit.

In die S. Stephani.

G. **AETERNE DEUS.** B. Stephani Leuitæ simul & Martyris natalitia recolentes, qui fidei, qui sacræ militiæ, qui dispensationis & castitatis egregiæ, qui prædicationis mirabilisquæ constatiæ, qui confessionis ac patientiæ nobis exempla veneranda proposuit. Et ideò natiuitatem filij tui meritò præ ceteris, passionis suæ festiuitate prosequitur: cuius gloriæ sempiternæ primus martyr occurrit. Et ideò

In die S. Ioannis Euangelistæ.

C. **AETERNE DEUS.** Beati Apostoli tui & Euangelistæ Ioannis veneranda natalitia recensentes, qui Domini Iesu Christi filij tui vocationis suscepta, terrenum respuit patrem, vt posset inuenire cœlestem; adeptus in regno cœlorum sedem apostolici culminis qui tantum reia carnalia contempserat genitoris: qui quæ ab vni-genito filio tuo familiariter est dilectus, & immensæ gratiæ muneribus approbatus, vt eum idē Dominus in cruce iā positus, vicarium suæ matri virgini filium subrogaret, quatenus beatæ genitricis integritati, probati dilectique discipuli virginitas deseruaret. Nam & in cœnæ mysticæ sacrosancto conuiuio, super ipsum vitam fontem æternum, scilicet pectus recubuerat saluatoris, de quo perenniter manātia cœlestis hauriens fluenta doctrinæ, tam profundis ac mysticis reuelationibus est imbutus, vt omnem transgrediens creaturam, excelsa mente respiceret, & Euangelica voce proferret: quod in principio erat verbum, & verbum erat apud Deum et Deus erat verbum. Et ideò, &c.

In die sanctorum Innocent.

AETERNE DEVS. Et in preciosis mortibus paruulorum

lorum, quos propter nostri saluatoris infantiam, bestiali feuitia Herodes funestus occidit, immensa clementiae tuae dona praedicare. In quibus fulget sola magis gratia, quam voluntas: & clara est prius confessio, quam loquela: ante passio, quam membra idonea passioni. Existunt enim testes Christi, qui eius nondum fuerunt agnitores. o infinita benignitas. o ineffabilis misericordia, quae pro suo nomine trucidatis, meritum aeternae gloriae, perire non patitur. Sed proprio cruore perfusis, & salus regenerationis adhibetur, & imputatur corona martyrij. Et ideo.

Dominica. I. post Natale.

G. AETERNE DEUS. Et sursum cordibus erectis diuinum adorare mysterium: vt quod magno munere Dei geritur, magnis Ecclesiae gaudijs celebretur. Quoniam humana conditio vetere terrenaque lege cessante, noua caelestique substantia mirabiliter restaurata profertur. Per Christum Dominum nostrum. Per quem.

Octaua Natiuitatis Domin.

G. AETERNE DEUS. Per Christum Dominum nostrum. Cuius hodie circumfisionis diem, & natiuitatis octauum celebrantes, tua Domine mirabilia veneramur. Quia quae peperit, & virgo & mater est: qui natus est, & infans & Deus est. Merito caeli locuti sunt, angeli gratulati, pastores laetati, magi inuitati, reges turbati, paruuli gloriosa passione coronati. Et ideo.

In Vigilia Epiphaniae.

G. AETERNE DEUS. Et te laudare mirabilem Deum in omnibus operibus suis, quibus sacratissima regni tui mysteria reuelasti. Hac etenim festiuitatem Dominicę apparitionis index stella praecessit, quae natum in terra caeli Dominum, Magis stupentibus nunciaret: vt manifestandus mundo Deus & caelesti denunciaretur indicio, & temporaliter procreatus, signorum temporalium ministerio panderetur. Et ideo.

IN

In Epiphania Domini.

G. AETERNE DEUS. Quia notam fecisti in populis misericordiam tuam, & salutare tuum cunctis gentibus declarasti: hodiernum eligens diem, in quo adorandam veri regis infantiam, excitatos de remotis partibus Magos, clarior caeteris fideribus stella perduceret: & caeli ac terrae Dominum corporaliter natum, radio suae lucis ostenderet. Et ideo.

Alia.

G. AETERNE DEUS. Qui cum vnigenitus tuus in substantia nostrae mortalitatis apparuit, in noua nos immortalitatis suae luce reparauit. Et ideo.

In festo Purificationis sanctae Mariae.

G. AETERNE DEUS. Quia per incarnati verbi mysterium, noua mentis &c. vt in Natali Domini.

Dom. II. post Natalem Domini.

G. AETERNE DEUS. Qui peccato primi parentis hominem a salutis finibus exulantem, pietatis indulgentia ad veniam vitamque reuocasti, mittendo nobis vnigenitum filium tuum Dominum & Saluatorem nostrum.

Dom. I. post Theophaniam.

AETERNE DEUS. Quia cum vnigenitus tuus in substantia nostrae mortalitatis apparuit. &c.

Dom. II. post Theophaniam.

A. AETERNE DEUS. Semperque virtutes & laudes tuas labijs exultationis effari &c. vt supra inter Ambrosianas.


Dom. III. post Theophaniam.

A. AETERNE DEUS. Et te in omni tempore collaudare, & benedicere, quia in te viuimus &c. vt supra inter Ambrosianas.

Dom. IIII. post Theophaniam.

AETERNE DEUS. Qui genus humanum praeruatione sua in ipsius originis radice damnatum, per florem virginis vteri red-

A a a a dere



dere dignatus es absolutum: vt hominē quem vnigenitum creaueras, per filium tuum Deum & hominem recreares. Et diabolus qui Adam in fragili carne deuicerat, conseruata iustitia, à Deo carne vinceretur assumpta. Per quem maieft.

Dom. V. post Theophaniam.

A. AETERNE DEUS. Vt tibi hanc immolationis hostiam offerre, quæ salutifero &c. vt suprà inter Ambrosianas.

Alia.

MS. QVI per peccatum primi parentis, hominem à salutis finibus exulantem, pietatis indulgentia ad veniam, vitamque reuocasti, mittendo nobis vnigenitum tuum Iesum Christum saluatorem nostrum.

Dom. VI. post Theophi.

G. AETERNE DEUS. Ad cuius immensam pertinet gloriam, vt nō solum mortalibus tua pietate succurreres, sed de ipsa etiā mortalitate nostra nobis remedium prouideres, & perditos quosq; vnde perierant, indè saluares. Per Christum.

Dom. in Septuagesima.

AETERNE DEUS. Quia per ea quæ conspiciuntur, instruimur, quibus modis ad inuisibilia tendere debeamus. Deniquè admone-mur, anni ducente successu, de præteritis ad futura, de vetustate ad nouitatem vitæ transire, vt terrenis sustentationibus expediti, cælestis doni capiamus desiderabilius vbertatem, Et per eum cibum, qui beneficijs prærogatur alterius, perueniamus ad victum sine fine mansurum, Iesum Christum Dominum nostrum. Per quem.

Dom. in Sexagesima.

AETERNE DEUS. Qui rationabilem creaturam, nè temporalibus dedita bonis, ad præmia sempiterna nō tendat, ea dispensatione dignaris erudire, vt nec castigatione deficiat, nec prosperitatibus insolescat, sed hoc potius fiat eius gloriosa deuotio, quod nullis aduersitatibus obruta superetur. Per Christum.

Dom.

Dom. in Quinquagesima.

AETERNE DEUS. Et maiestatē tuam cernua deuotione exorare, vt modulū terrenæ fragilitatis adspiciēs, nō in ira tua pro nostra prauitate nos arguas, sed immēsa clementia tua purifices, erudias, consoles. Qui cū sine te nihil possimus facere, quod tibi sit placitum, tua nobis gratia sola præstabit, vt salubri conuersatione viuamus. Per Christum Dominum nostrum. Per quem.

Feria III. in capite ieiunij.

AETERNE DEUS. Qui corporali ieiunio vitia comprimis, mentem eleuas, virtutem largiris & præmia. Per Christum.

G.

FERIA V.

AETERNE DEUS. Quoniam ista festa remeant, quibus nostre mortalitati procuratur immortale commercium, ac temporali vitæ subrogatur æternitas: & de peccati poena, peccata mundantur, mirisq; modis conficitur de perditione saluatio: vt status conditionis humanæ, qui per felicitatis insolentiam venit ad tristitiā: humilis & modestus ad æterna gaudia redeat per mœrorem. Per Christum.

Feria VI.

AETERNE DEUS. Et maiestatē tuam suppliciter deprecari, vt intelligentiæ nobis spiritū benignus infundas, quō vel ipsi rationabiliter agenda cernamus, vel eis qui inutilia sentiūt, indicemus esse censendū: nec studia nostra sectemur, sed offerētibus meliora subdamur. Quoniā hæc apud te sapiētia est, quæ nō suis inheret vitijs, sed vndecunquē prolatam diligit veritatem. Per Christum.

Sabbato.

AETERNE DEUS. Et maiestatem tuam suppliciter deprecari, vt mentem nostram tibi placitā benignus efficias: quæ non tantum speciem bonitatis ostendat, sed iustitiæ fructibus illuminata clarescat, tuæq; semper dedita maieftati, beneficia desiderata percipiat. Qui necessarijs prosequi muneribus non omittis, quos tuo cultui præstiteris conuenienter intentos. Per Christum.

Aaaa 2

Dom.

Dom. I. in Quadrag.

A. FERIA
III. huius
hebd.

AETERNE DEUS. Per Christum Dominum nostrum. Qui continuatis quadraginta diebus & noctibus, hoc ieiunium non esuriens dedicauit: postea enim esuriit, non tam cibum hominum, quam salutem. Nec escaurum secularium epulas concupiuit, sed animarum desiderauit potius sanctitatem. Cibus namque eius est, redemptio populorum: Cibus eius est, totius bonae uoluntatis affectus. Qui nos docuit operari non solum cibum, qui terrenis dapibus apparatus: sed etiam eum, qui diuinarum scripturarum lectione percipitur. Per quem maiest,

FERIA II.

A.

AETERNE DEUS. Qui das escam omni carni, & nos non solum carnalibus, sed etiam spiritualibus escis reficis: ut non in solo pane uiuamus, sed in omni uerbo tuo uitalem habeamus alimoniam: nec tantum epulando, sed etiam ieiunando pascamur. Nam ut dapibus & poculis corpora, sic ieiunijs & uirtutibus animae saginantur. Magnam in hoc munere salubritatem mentis & corporis contulisti, quia ieiunium nobis uenerabile dedicasti: ut ad paradysum de quo, non abstinendo, cecidimus, ieiunando solemnius redeamus. Per Christum.

FERIA III.

A.

AETERNE DEUS. Per Christum Dominum nostrum. In quo ieiunantium fides alitur &c. ut supra Dom. I. Quadrag. Ambros.

FER. IIII.

A.

AETERNE DEUS. Qui in alimentum corporis humani frugum copiam produci iussisti, & in alimentum animarum, ieiunij nobis medicinam indidisti. Te itaque supplices inuocamus, ut tibi sit acceptabile ieiunium nostrum, & nos a cibis ieiunantes, a peccatis absoluas. Per Christum.

FERIA V.

A.

AETERNE DEUS. Quia competenter atque salubriter religiosa sunt nobis instituta ieiunia, ut corporeque iocunditatis immoderatas coerceamus

mus illecebras: ut terrenae delectationis insolentia refrenata, purior atque tranquillior appetitus, ad caelestia contemplanda mysteria, fidelium reddatur animarum. Per Christum.

FERIA VI.

AETERNE DEUS. Qui ieiunij obseruatione & eleemosynarum gratissima largitione nos docuisti nostrorum remedia consequi peccatorum. Unde tuam imploramus clementiam, ut his obseruationibus, & caeteris bonorum operum exhibitionibus muniti, ea operemur, quibus ad aeterna gaudia consequenda, & spes nobis suppetat, & facultas. Per Christum.

Sabbato.

AETERNE DEUS. Illuminator & redemptor animarum nostrarum, qui nos per primum Adam abstinentiae lege violata, paradiso eiectos, fortioris ieiunij remedio, ad antiquae patriae beatitudinem, per gratiam reuocasti: nosque pia institutione docuisti, quibus obseruationibus a peccatis omnibus liberemur. Per Christum. Per quem.

A. FER. V.
hebd. V.
quadr.

Dom. II. in quadages.

AETERNE DEUS. Et maiestatem tuam suppliciter exorare, ut mentibus nostris medicinalis obseruantiae munus infundas: & qui negligentibus etiam subsidium ferre non desinis, beneficia prebeas potiora deuotis. Per Christum.

G.

FERIA II.

AETERNE DEUS. Et pietatem tuam supplici deuotione deprecari, ut ieiunij nostri oblatione placatus, & peccatorum nobis concedas ueniam, & nos a noxijs liberes infidijs. Per Christum.

A.

FERIA III.

AETERNE DEUS. Qui ob animarum medelam, ieiunij deuotione corpora castigari precepisti: concede quesumus, ut corda nostra ita pietatis tuae ualeant exercere mandata, ut ad tua mereamur (te opitulante) peruenire promissa. Per Christum.

Aaaa 3 Fe.

Feria III.

A. AETERNE Deus. Per Christum Dominum nostrum. Per quem, humani generis reconciliationem, mirabili dispensatione operatus es: praesta, quaesumus, vt sancto purificati ieiunio, & tibi toto corde simus subiecti, & inter mundanae prauitatis insidias, te miserante, perseueremus illaesi. Per quem maiest.

Feria V.

A. AETERNE Deus. Et tuam cum celebratioe ieiunij pietatem deuotis mentibus obsecrare, vt qui peccatis ingruentibus malorum pondere premimur, & a peccatis omnibus liberemur, & libera tibi mente famulemur. Per Christ.

Feria VI.

AETERNE Deus. Qui delinquentes perire non pateris, sed vt ad te conuertantur, & viuant, hortaris: Poscimus itaque pietatem tuam, vt a peccatis nostris tuae seueritatis suspendas vindictam, & nobis optatam misericorditer tribuas veniam. Nec iniquitatum nostrarum moles te prouocet ad ultionem, sed ieiunij obseruatio & morum emendatio, te flectat ad peccatorum nostrorum remissionem. Per Christ.

Sabbato.

A. AETERNE Deus. Et tuam iugiter exorare clementiam, vt mentes nostras, quas conspicias terrenis affectibus praegravari, medicinalibus tribuas ieiunij exonerari: vt pro afflictione corporum, proueniat nobis robur animarum. Per Christ.

Dom. III. in Quadrages.

AETERNE Deus. Et te suppliciter exorare, vt cum abstinentia corporali, mens quoque nostra sensus declinet illicitos: & quae terrena delectatione carnalibus epulis abnegamus, humanae voluntatis prauis intentionibus amputemus: Quatenus ad sancta sanctorum fideliter salubriterque capienda, competenti ieiunio valeamus aptari. Tanto nobis certi propensius iugiter affutu-

ra,

ra, quanto fuerimus eorum institutionibus gratiores. Per Christ.

Feria II.

AETERNE Deus. Et clementiam tuam cum omni supplicatione precari, vt per hanc ieiuniorum obseruationem crescat nostrae deuotionis affectus: quatenus, te auxiliante, & ab humanis semper retrahamur excessibus, & monitis inhærere valeamus, te largiente, caelestibus. Per Christ.

Feria III.

AETERNE Deus. Qui peccantium non vis animas perire, sed culpas: & peccantes non semper continuo iudicas, sed ad poenitentiam prouocatos expectas: Auerte, quaesumus, a nobis quam meremur iram, & quam optamus, super nos effunde clementiam: vt sacro purificati ieiunio, electorum tuorum mereamur adscisci collegio. Per Christ.

Feria IIII.

AETERNE Deus. Tuamque misericordiam suppliciter exorare, vt ieiuniorum nostrorum sacrosancta mysteria, tuae sint pietati semper accepta: Concedasque vt quae corpora abstinentiae obseruatione macerantur, mentes quoque virtutibus & caelestibus in-

* quorum

Feria V.

AETERNE Deus. Et tuam immensam clementiam supplici voto deposcere, vt nos famulos tuos & ieiunij maceratione castigatos, & ceteris bonorum operum exhibitionibus eruditos, in mandatis tuis facias perseuerare illaesos, sicque praesentibus subsidijs consolemur, quatenus ad aeterna gaudia pertingere mereamur. Per Christ.

Feria VI.

AETERNE Deus. Per Christum Dominum nostrum. Qui ad insinuandum * humilitatis suae mysterium, fatigatus resedit ad puteum. Qui a muliere Samaritana, aquae sibi petijt porrigi potum, qui in ea creauerat fidei donum: & ita eius sitire dignatus est fidem, vt dum ab ea aquam peteret, in ea ignem diuini amoris.

A. Dom. II. Quadr. * humanis tatis

accen-

accenderet. Imploramus itaque tuam immensam clementiam, ut contemnentis tenebrosam profunditatem vitiorum, & relinquentes noxiarum hydriam cupiditatum, & te qui fons vitæ & origo es bonitatis, semper sitiamus, & ieiuniorum nostrorum obseruatione tibi placeamus. Per quem.

Sabbato.

- A. **AETERNE** Deus. Qui ieiunij Quadragesimalis obseruationem in Moyse & Helia dedicasti, & in vnigenito filio tuo, legis & Prophetarum, & nostrorumque omnium Domino exornasti. Tuam igitur immensam bonitatem supplices exposcimus, ut quod ille iugi ieiuniorum compleuit continuatione, nos adimplere valeamus, illius adiuti largissima miseratione: Et adimplentes ea quæ præcepit, dona percipere mereamur quæ promisit. Per quem.

Dom. III. in Quadrages.

- A. fer. III. **AETERNE** Deus. Et te creatorem omnium de præteritis fructibus glorificare, & de futuris suppliciter exorare, ut cum de perceptis non inuenimur ingrati, de percipiendis nõ iudicemur indigni: Sed exhibito totiès solenni ieiunio, cum subsidijs corporalibus profectum quoquæ capiamus animarum. Per Christum.

Feria II.

- A. **AETERNE** Deus. Et tuam suppliciter misericordiam implorare, ut exercitatio veneranda ieiunij salutaris, nos à peccatorum nostrorum maculis purgatos reddat, & ad supernorum ciuium societatem perducatur. Et ut hinc deuotum actuum sumamus augmentum, & illic æternæ beatitudinis percipiamus emolumentum. Per Christum.

Feria III.

AETERNE Deus. Per mediatorem Dei & hominum, Iesum Christum Dominum nostrum. Qui mediante die festo, ascendit in templum docere, qui de cælo descendit, mundum ab ignorantie tenebris liberare, Cuius descensus genus humanum doctrina salu-

lutari

lutari instituit: mors à perpetua morte redemit, adscensio ad cælestia regna produxit. Per quem te summe pater poscimus, ut eius institutione edocti, salutaris parsimonie deuotione purificati, ad tua perueniamus promissa securi. Per quæ maiestatem.

Feria IIII.

AETERNE Deus, Per Christum Dominum nostrum. Qui illuminatione suæ fidei, tenebras expulit mundi, & genus humanum quod primæ matris utero, pfuderat cæcū, incarnationis suæ mysterio reddidit illuminatū, fecitque filios adoptionis, qui tenebantur vinculis iustæ damnationis. Per ipsum te petimus, ut tales in eis inueniamur iustissima examinatione, quales facti sumus in lauari salutaris felicissima regeneratione: ut eius incarnationis medicamine imbuti, sacrosancti lauacri ablutione loti, parsimonie deuotione ornati, ad æterna gaudia perueniamus illæsi. Per quem maiestatem

Feria V.

AETERNE Deus. Cuius bonitas hominem condidit, iustitia damnauit, misericordia redemit. Te humiliter exoramus, ut sicut per illicitos appetitus à beata regione decidimus, sic ad æternam patriam per abstinentiam redeamus: sicque moderetur tua miseratione nostra fragilitas, ut & transitorijs subsidijs nostra sustentetur mortalitas, & per bonorum operum incrementa, beata acquiratur immortalitas. Per Christum.

Feria VI.

AETERNE Deus. Per Christum Dominum nostrum. Qui est Deus æternus, lux indeficiens, claritas sempiterna. Qui hinc sequaces suos in luce præcepit ambulare, ut noctis æternæ valeat caliginem euadere & ad lucis patriam feliciter peruenire. Qui per humilitatem assumptæ humanitatis Lazarum fleuit, per diuinitatis potentiam vitæ reddidit. Genusque humanum quadrifida peccatorum mole obrutum, ad vitam reduxit. Per quem petimus ieiunij obseruatione à peccatorum nostrorum nexibus solui, æternæ vitæ felicitati reddi, & in sanctorum cœtibus connumerari.

Sabbato.

b b b b

AETER

A. **AETERNE DEUS.** Misericordiae dator, & totius auctor bonitatis Qui ieiunij, orationibus & eleemosynis peccatorum remedia & virtutum omnium tribuis incrementa. Te humili deuotione precamur, vt qui ad hanc agenda saluberrimam dedisti doctrinam ad complenda indefensam tribuas efficaciam: vt obedienter tua exequentes precepta, feliciter tua capiamus promissa. Per Christum.

Dominica. V. in passione Domini.

A. *Feria.* **AETERNE DEUS.** Maiestatem tuam propensius implorantes, vt, quanto magis dies salutiferæ festiuitatis accedit tanto deuotus ad eius dignè celebrandum proficiamus paschale mysterium. Per Christum.

Feria II.

G. **AETERNE DEUS.** Te suppliciter exorantes, vt sic nostra sanctiificentur ieiunia, quo cunctorum nobis peccatorum proueniat indulgentia: quatenus, appropinquante vnigeniti filij tui passione bonorum operum tibi placeamus exhibitione. Per eundem Christum.

Feria III.

AETERNE DEUS. Et te deuotis mentibus supplicare, vt nos interius exteriusque restaures, & parsimonia salutari à peccatorum fordibus purges. Et quos illecebrosis delectationibus non vis impedire, spiritualium virtutum facias vigore muniri: & sic in rebus transitorijs foueas, vt perpetuis inhærere concedas. Per Christum.

Feria IIII.

AETERNE DEUS. Et te supplici deuotione exorare, vt per ieiunia quæ sacris institutis exequimur, à cunctis reatibus emundari mereamur: tuamque valeamus percipere propitiationem, qui præparamur ad celebrandam vnigeniti filij tui passionem. Per quem maiestatem.

Feria V.

AETER-

AETERNE DEUS. Qui sic nos tribuis solennitate tibi deferrè ieiunium, vt indulgentiæ tuæ speremus nos percipere subsidium. Sic nos instruis ad celebranda paschalia festa, vt per hæc acquiramus gaudia sempiterna. Per Christum.

Feria VI.

AETERNE DEUS. Cuius nos misericordia præuenit, vt benè agamus: subsequitur, nè frustrà agamus: accendit intentionem, qua ad bona opera peragenda inardescamus, tribuit efficaciam, qua hæc ad perfectum perducere valeamus. Tuam ergò clemenciam indefensis vocibus obsecramus, vt nos ieiunij victimis à peccatis mundatos, ad celebrandam vnigeniti filij tui Domini nostri passionem facias deuotos. Per quem maiest.

Sabbato.

AETERNE DEUS. Cuius nos fides excitat, spes erigit, charitas iungit; cuius miseratio gratuita purificat, quos conscientia reatus accusat. Te igitur cum interno rugitu deprecamur, vt carnalis alimentia refrenatione castigati, ad celebrandum paschale mysterium inueniamur idonei. Per Christum. Per quem.

Ante missarum solennia, inter benedictiones ramorum.

AEOVVM & salutare. Te Domine inter cetera mirabilium tuorum præcepta laudare & benedicere qui Lamech, semen iustum dedisti Noe, cui reuelasti per spiritum aquas diluuij futuras cognoscere. Cuius arcam ad nostram salutem testatur Ecclesia, de qua emissa columba volas, spirituales oliuæ fructuosum ramusculum retulit, quam ad se reuertentem Noe gaudens suscepit. De cuius rami vnctione Iacob electus, titulum erexit, Domino votum vouit, & oleum desuper fudit * manantis de caelis gratia, sua & populi vasa replentis. Hæc est gratia, quæ & viduam benedixit in oleo: hæc est indicio rami illius plantati secus decursus aquarum, cuius folium non defluit, per quod quotidie per lauacrum baptismatis Ecclesia procreatur, & nostra

ORDO
ROM.
pag. 45.
* Hæc est
indicio rami
illius
manantis.

bbbb 2 delen-

delentur peccata. Hæc est tua Domine plantatio bona valdè, & tu es vita & resurrectio mortuorum, qui quatrduanum Lazarum resuscitasti à mortuis. Propterea & turba cum ramis palmarum obuians tibi, clamabat: Osanna, benedictus qui venit in nomine Domini rex Israel. Quapropter quæsumus Domine clementiam tuam, vt nos famulos tuos, qui huius rei gratiam & fidem veritatis percepimus, eruas de ore inferni, & adiutorium nobis gratiæ tuæ tribuere digneris, vt iustè & piè sancteque uiuentes, cum electis & sanctis tuis facias habere consortium. Per eundem.

Dominica in Palmis.

AETERNÆ DEUS. Per Christum Dominum nostrum. Per què nobis indulgètia largitur, & pax omne seculum prædicatur, traditur cunctis credentibus disciplina, vt sanctificatos nos possit di es venturus excipere. Et ideo cum ang.

Feria II.

A. **AETERNÆ DEUS.** Per Christum Dominum nostrum. Cuius nos humanitas colligit, humilitas erigit, traditio absoluit, pœna redimit, crux saluificat, sanguis emaculat, caro faginat. Per què te summe pater cum ieiuniorum obsequio obsecramus, vt ad eius celebrandam passionem, purificatis mentibus accedamus. Per quem.

Feria III.

A. **AETERNÆ DEUS.** Per Christum Dominum nostrum. Cuius salutiferæ passionis, & gloriosæ resurrectionis dies appropinquare noscuntur, in quibus & antiqui hostis superbia triumphatur, & nostræ redemptionis celebratur mysterium. vnde poscimus tuam immensam clementiam vt sicut in eo solo consistit totius nostræ saluationis summa, ita per eum tibi sit ieiuniorum & actuum nostrorum semper victima grata. Per quem.

Feria IIII.

A. **AETERNÆ DEUS.** Per Christum Dominum nostrum. Qui innocens pro impijs voluit pati, & pro sceleratis indebitè condemnari. Cuius mors delicta nostra detorsit, & resurrectio nobis iustificationem

tionem exhibuit, per quem tuam pietatem supplices exoramus vt sic nos hodiè à peccatis emacules, vt cràs venerabilis carnis dapibus saties, hodiè acceptes confessionem nostrorum peccaminum, & cràs tribuas spiritualium incrementa donorum. Hodiè ieiuniorum nostrorum vota suscipias, & cràs nos ad sacratissimæ carnis conuiuium introducas. Per quem maiestatem.

Feria V. in Cœna Domini.

AETERNÆ DEUS. Per Christum Dominum nostrum. Quem in hac nocte inter sacras epulas increpantem, mens sibi conscia traditoris ferre non potuit. Sed Apostolorum relicto consortio sanguinis precium à Iudæis accepit, vt vitam perderet quam distraxit. Cœnauit igitur hodiè proditor mortem suam, & cruentis manibus, panem de manu saluatoris exiturus accepit, vt faginatam cibo maior pœna constringeret, quem nec sacrati cibi collatio ab scelere reuocaret. Patitur itaque Dominus noster Iesus Christus filius tuus, cum hoste nouissimum participare conuiuium, à quo se nouerat continuè esse tradendum vt exemplum innocentiae mundo relinqueret, & passionem suam pro seculi redemptione suppleret. Pascit igitur mitis Deus immitem Iudam & sustinet pius crudelem conuiuiam. Qui merito laqueo suo periturus erat, quod de magistri sanguine cogitârat. ô Dominum per omnia patientem. ô agnū inter suas epulas mitem. Cibum eius Iudas in ore ferebat, & quibus eum traderet, persecutores aduocabat. Sed filius tuus Dominus noster tanquam pia hostia, & immolari se tibi pro nobis patienter promisit, & peccatum quod mundus commiserat, relaxauit. Per quem maiestatem.

Infra actionem.

COMMUNICANTES, & diem sacratissimum celebrantes, quo Dominus noster Iesus Christus est traditus, sed & memoriã venerantes, &c.

HANC igitur oblationem seruitutis nostræ, sed & cunctæ familiæ tuæ, quam tibi offerimus, ob diem in qua Dominus noster Iesus Christus tradidit discipulis suis corporis & sanguinis sui mysteria celebranda: quæsumus Domine, vt placatus accipias.

bbb 3

Qui

Qui pridie quam pro nostra omnium salute pateretur, hoc est, hodie, accepit panem in sanctas ac venerabiles manus suas.

Sabbato sancto.

G. AEQVVM & salutare. Te quidem Domine, omni tempore, sed in hac potissimum nocte gloriosius praedicare, cum pascha nostrum immolatus est Christus; ipse enim verus est agnus, qui abstulit peccata mundi. Qui mortem nostram moriendo destruxit & vitam resurgendo reparavit. Et ideo.

Alia.

AETERNE Deus. Et te omni quidem tempore, sed in hac potissimum nocte gloriosius collaudare & praedicare, per Christum Dominum nostrum. Qui inferorum claustra disrumpens, victoriae suae clara vexilla suscepit, & triumphato diabolo * mortuis resurrexit. O noctem, quae finem tenebris ponit, & aeternae lucis viam pandit. O noctem, quae videre meruit, & vinci diabolum, & resurgere Christum. O noctem, in qua tartara spoliatur, sancti ab inferis liberantur, caelestis patriae aditus aperitur. O noctem, in qua in baptisate delictorum turba perimitur, filij lucis oriuntur. Quos exemplo dominicae matris Mariae, sine corruptione sancta mater Ecclesia concipit, sine dolore parit, & cum gaudio ad meliora prouehit. Et ideo.

*F. victor
a mortuis

Infra actionem.

G. COMMUNICANTES, & noctem sacratissimam celebrantes, resurrectionis Domini nostri Iesu Christi secundum carnem, sed & memoriam venerantes in primis gloriosae semper virginis Mariae, genitricis eiusdem Dei & Domini nostri Iesu Christi, Sed et beatorum Apostolorum.

G. HANC igitur oblationem seruitutis nostrae, sed & cunctae familiaritatis tuae, quam tibi offerimus pro his quoque quos regenerare dignatus es, ex aqua & spiritu sancto, tribuens eis remissionem omnium peccatorum: quaesumus Domine vt plac.

In die

In die sancto Paschae.

AEQVVM & salutare. Te quidem Domine omni tempore, sed in hoc potissimum die. vt sup. **G.**

Alia.

AETERNE Deus. Et te omni quidem tempore, sed in hac precipue die laudare, benedicere, & praedicare; quo Pascha nostrum immolatus est Christus. Per quem ad aeternam vitam filij lucis oriuntur, fidelibus regni caelestis atria referantur, & beati commercij, diuinis humana mutatur. Quia nostrorum omnium mors cruce Christi perempta est, & in resurrectione eius omnium vita resurrexit. Quem in susceptione mortalitatis Deum maiestatis agnoscimus, et in diuinitatis gloria Deum et hominem confitemur. Qui mortem nostram moriendo destruxit, & vitam resurgendo reparavit. Et ideo cum ang.

Infra actionem.

COMMUNICANTES, & diem sacratissimum celebrantes resurrectionis Domini Dei nostri secundum carnem, sed & memoriam venerantes. Hanc igitur. vt sup. **G.**

Feria II.

TE quidem omni tempore, vt sup.

Alia.

AETERNE Deus. Et te suppliciter exorare, vt fidelibus tuis dignanter, & c. vt sup. sequ. Sabbato inter Ambr. **A.**

Feria III. ad sanctum Paulum.

AETERNE Deus. Per Christum Dominum nostrum. Qui oblatione sui corporis, & c. vt sup. fer. V. inter Ambr. **A.**

Feria IIII. ad S. Laurentium.

AETERNE Deus. Et pietatem tuam indefessis precibus implorare, vt qui paschalis festiuitatis solennia colimus, in tua semper sanctificatione viuamus. Quo per temporalis festi obseruationem, peruenire mereamur ad aeternorum gaudiorum continuationem Per Christum. **G.**

Feria V. ad SS. Apostolos.

bbbb 4

AETER-

PRAEFATIONES ANTIQVAE PER

AETERNE Deus. Per Christum Dominum nostrum. Qui nos per paschale mysterium edocuit vetustatem vitæ relinquere, & in nouitate spiritûs ambulare. A quo ppetuæ mortis superatur acerbitas, & æternæ vitæ fidelibus tribuitur integritas, Per quem.

Feria VI. ad S. Marcum.

A. **AETERNE** Deus. Per Christum Dominum nostrum. Qui secundum promissionis suæ incommutabilem &c. ut supra inter Ambr.

Sabbato ad S. Ioannem.

A. **AETERNE** Deus. Per Christum Dominum nostrum. Per quem supplices exposcimus, ut cuius muneris. &c. ut supra feria VI. inter Ambr.

Dominica post Oct. Paschæ.

A. **AETERNE** Deus. Suppliciter obsecrantes, nè nos ad illum sinas redire actum, &c. ut supra inter Ambr.

In Pascha annot.

AETERNE Deus. Per Christum Dominum nostrum. Et redemptionis nostræ festa recolere, quibus humanâ substantiam vinculis preuaricationis exuta, spem resurrectionis per renouatam originis dignitatem assumpsit. Et ideo.

Dominica I. post Oct. Paschæ

G. **AETERNE** Deus. Et immensam bonitatis tuæ pietatem humiliter exorare, ut ignorantiam nostræ mortalitatis attendens, ex tua inspiratione nos facias postulare quod rectum est, & tua clementia tribuas impetrare quod poscimus. Per Christum. Per quem.

Dominica II. Post Oct. Paschæ

AETERNE Deus. Per Christum Dominum nostrum. Qui de virgine nasci dignatus, per passionem & mortem à perpetua nos morte liberavit, & resurrectione sua æternam nobis vitam contulit. Per quem maiestatem.

Dominica III.

A. **AETERNE** Deus. Et tui misericordiâ muneris postulare, ut tempora quib. post resurrectione suâ Dominus noster Iesus Christus

cum.

cum discipulis suis corporaliter habitauit, sic ipso opitulante pia deuotione tractemus, quatenus in his, omnium vitiorum fordibus careamus. Per eundem. Per quem.

Dominica IIII.

AETERNE Deus. Et maiestatem tuam indefensis precibus, &c. ut supra. Dominica V. inter Ambr.

A.

Feria II. Rogationum.

AETERNE Deus. Et te authorem & sanctificatorem ieiunij collaudare, per quod nos liberas à nostrorû debitis peccatorum. Ergo suscipe ieiunantium preces, atque ut nos à malis omnibus propitiatus eripias, iniquitates nostras, quibus merito affligimur placatus absolue.

MS.

Feria III. Rogationum.

AETERNE Deus. Et maiestatem tuam suppliciter exorare, ut nos nostræ malitiæ, sed indulgentiæ tuæ preueniat semper affectus: qui nos à noxijs voluptatibus indefinenter expediat, & à mundanis cladibus dignanter eripiat. Per Christum.

Feria IIII. Rogationum.

Ut quia tui est operis, si quod tibi placitum est, aut cogitemus aut agamus, tu nobis semper & intelligendi quæ recta sunt, & exequendi tribuas facultatem.

MS.

In Vigilia Ascensionis.

AETERNE Deus. Et in hac præcipuè die, qua Iesus Christus filius tuus Dominus noster, diuini cõsummato sine mysterij, dispositio- nis antiquæ munus expleuit, ut & diabolû cœlestis operis inimicû per hominem quem subiugarat elideret, & humanâ substantiam ad superna dona reduceret. Per quem maiestatem.

A.

In die sancto Ascensionis.

AETERNE Deus. Per Christum Dominum nostrum. Qui post resurrectionem suam omnibus discipulis suis manifestus apparuit & ipsis cernentibus est eleuatus in cœlum, ut nos diuinitatis suæ tribueret esse participes. Et ideo.

G.

Infra actionem.

COMMUNICANTES & diem sacratissimum celebrâtes, quo

G.

cccc

Domi-

Dominus noster vnigenitus filius tuus vnitā sibi fragilitatis nostrae substantiam, in gloriae tuae dextera collocavit, sed & memor in primis gloriosae.

Dominica post Ascensionis.

**Leg. qui* AETERNE Deus. Per Christum Dominum nostrum. Qui genitum deum deicit, per gloriam resurrectionis vitae aeternae aditum patefecit, & per suam ascensionem ad caelos, nobis spem ascendendi donauit. Per quem maiestatem.

In Vigilia Pentecostes.

G. AETERNE Deus. Per Christum Dominum nostrum. Qui ascendens super omnes caelos, sedensque ad dexteram tuam, promissum spiritum sanctum hodierna die in filios adoptionis effudit. Quapropter profusis gaudijs totus in orbe terrarum mundus exultat. Sed & supernae virtutes atque angelicae potestates, hymnum gloriae tuae concinunt, sine fine dicentes: Sanctus, &c.

Alia.

AETERNE Deus. Qui, sacramentum Paschale consummans, quibus per vnigeniti tui confortium filios adoptionis esse tribuisti, per spiritum sanctum largiris dona gratiarum. Et sui cohaerentibus redemptoris iam nunc supernae pignus hereditatis impendis, vt tanto se certius ad eum confidant esse venturos, quanto se sciunt ab eo redemptos, & eiusdem sancti spiritus infusione ditatos. Et ideo.

Infra actionem.

G. COMMUNICANTES, & diem sacratissimum Pentecostes praenuntiantes, quo spiritus sanctus Apostolos plebemque credentium presentia sua maiestatis impleuit: sed & memor. Hanc igitur oblationem seruitutis nostrae, sed & cunctae familiae tuae, quam tibi offerimus pro his quoque, quos regenerare dignatus es ex aqua & spiritu sancto, tribuens eis remissionem omnium peccatorum, quaesumus Domine, vt placatus accipias.

In die san-

In die sancto Pentecostes.

QVI ascendens super omnes caelos, &c. vt supra.
Infra actionem.

COMMUNICANTES, & diem sacratissimum Pentecostes celebrantes, quo spiritus sanctus Apostolis innumeris linguis apparuit, Sed & memor, Hanc igitur oblationem, vt supra.

Feria II.

G. AETERNE Deus. Per Christum Dominum nostrum. Qui promissum spiritum paraclitum super discipulos misit. Qui in principio nascentis Ecclesiae cunctis gentibus imbuentis, & deitatis scientiam inderet, & linguarum diuersitatem in vnus fidei confessione sociaret. Per quem tuam maiestatem supplices exoramus, vt cuius celebramus aduentum, eius multimodae gratiae capiamus effectum. Per quem.

Feria III.

AETERNE Deus. Per Christum Dominum nostrum. Qui promissum spiritus sancti paracliti infusione repleuit corda fidelium, qui sua admirabili operatione & sui amoris in eis ignem accenderet, & per diuersitatem linguarum gentes in vnitate fidei solidaret. Cuius dono petimus & illecebrosas a nobis excludi voluptates, & spirituales in nobis extrui plantarique virtutes. Per quem maiestatem.

Feria IIII.

AETERNE Deus. Per Christum Dominum nostrum. Per quem discipulis spiritus sanctus in terra datur ob dilectionem proximi & de caelo mittitur propter dilectionem tuam: cuius infusio, petimus vt in nobis sordes peccatorum exurat, tui amoris ignem nutriat, & nos ad amorem fraternitatis accendat. Per quem.

Feria V.

G. AETERNE Deus. Per Christum Dominum nostrum. Per quem pietatem tuam suppliciter petimus, vt spiritus sanctus corda nostra clementer expurget, & sui luminis irradiatione perlustrat. vt in eo qui gratiarum largitor est, recta sapiamus, & de eius consolatione in perpetuum gaudeamus. Per quem.

cccc 2 Feria VI.

Feria V I.

AETERNE DEUS. Et maiestatem tuam suppliciter exorate, vt spiritus paracletus ad nos veniat, & nos inhabitando templum suae maiestatis efficiat. Quod cum vnigenito filio tuo elementis respectu semper digneris inuisere, & tuae in habitationis fulgore in perpetuum perlustrare. Per quem.

Sabbato.

AETERNE DEUS. Et tuam omnipotentiam deuotis precibus implorare, vt nobis spiritus tui lumen infundas, cuius nos sapientia creat, spiritus recreat, & prouidentia gubernat. Qui cum a tua substantia nullo modo sit diuersus, diuersitate tamen donorum repleuit tuorum corda fidelium. Et ideo.

De Sancta Trinitate.

G. AETERNE DEUS. Qui cum vnigenito filio tuo & spiritu sancto vnus es Deus, vnus es Dominus: non in vnus singularitate personae, sed in vnus trinitate substantiae. Quod enim de gloria tua, reuelante te, credimus, hoc de filio tuo, hoc de spiritu sancto, sine differentiae discretionem sentimus. vt in confessione verae sempiternaeque deitatis, & in personis proprietatis, & in essentia vnitas, & in maiestate adoretur aequalitas. Quam laudant angeli atque archangeli, Cherubin quoque & Seraphin, qui non cessant clamare, vna voce dicentes.

In quatuor temporum Pentecostali ieiunio.

Feria IIII.

AETERNE DEUS. Quia post illos laetitiae dies, quos in honore Domini a morte resurgentis, & in caelos adscendentis exegimus: postquam perceptum sancti spiritus donum, necessaria nobis ieiunia sancta prouisa sunt, vt pura conuersatione viuentibus, quae diuinitus sunt, Ecclesiae collata, permaneant. Per Christum.

Feria V I.

AETERNE DEUS. Maiestatem tuam propensius obsecrantes, vt nos saluari compendio bonos dignanter efficias; quo te principaliter

paliter & solum credamus authorem, & solum saluatore. Quem laudant angeli, adorant archangeli, Cherubin quoque, &c.

Sabbato.

G. AETERNE DEUS. Pietatem tuam votis omnibus expetentes, vt humanarum rerum prosperitate percepta, terrenis consolationibus gratulemur. Nec gaudia querere superna cessemus, sed quicquid laetitiae temporalis impenditur, eruditioni proficiat sempiterna. Per Christum Dominum nostrum.

Dominica I post Oct. Pent.

G. AETERNE DEUS. Cuius est operis, quod conditi sumus, muneris, quod viuimus, pietatis, quod tua erga nos dona cognoscimus. Quamuis ergo natura nostra peccati vitata sit vulnere, a terrenis tamen ad caelestia prouehimur tuo inenarrabili munere. Per Christum Dominum nostrum.

Dominica II post Oct. Pent.

A. AETERNE DEUS. Qui Ecclesiae tuae filios sicut non cessas erudire, ita non desinis adiuuare: Vt & scientiam, te miserante, resta facienda, & possibilitatem capiant exequendi. Per Christum. Per quem.

Dominica III.

AETERNE DEUS. Cuius hoc mirificum opus ac singulare mysterium fuit, vt per diti dudum atque prostrati, de diabolo & mortis aculeo, ad hanc gloriam vocaremur, qua nunc genus electum, sacerdotiumque regale, populus acquisitionis & gens sancta vocaremur. Agentes igitur indefesas gratias; sanctamque munificentiam tuam praedicantes, maiestati tuae haec sacra deferimus: quae nobis ipse salutis nostrae author Christus instituit. Per quem.

Dom. IIII.

AETERNE DEUS clementiam tuam pronis mentibus obsecrantes, vt mentes nostras sensusque disponas: quia tunc esse

cccc 3.

te no-

te nobis propitium Domine sentiemus, si à noxijs temperemur excessibus. tunc nos beneficia tua sumpturos esse confidimus, si nobis studiū veritatis, quo hæc mereamur, infundas. Per Christum.

Dominica V.

AETERNE Deus. Et omnipotentiam tuam iugiter implorare, vt nobis & presentis vitæ subsidium, & æternæ tribuas premium sempiternum. quo hîc mutabilia bona capiamus, vt per hæc ad incommutabilia dōna peruenire valeamus. Sic temporalis lætitiæ tēpora transeant, vt eis gaudia sempiterna succedant. Per Christum.

Dominica VI.

G. AETERNE Deus. Maiestatem tuam suppliciter deprecantes, vt opem tuam petentibus dignanter impendas, & desiderantibus benignus tribuas profuturam. Per Christum.

Dominica VII.

G. AETERNE Deus. Per Christum Dom. nost. Verum æternumq; pontificem & solum sine peccati macula sacerdotem: Cuius sanguine fidelium corda mundantur: cuius institutione placationis tibi hostias, non solum pro delictis populi, sed etiam pro nostris offensionibus immolamus, Tuam poscentes clementiam, vt omne peccatum, quod carnis fragilitate contraximus, ipso summo pro nobis antistite interueniente, soluator. Per quem.

Dominica VIII.

AETERNE Deus. Et tibi vouere contriti sacrificium cordis, tibi libare humiliati victimam pectoris, à quo omne bonum sumimus, omnem iocunditatem haurimus. Precamur itaque vt tibi conscientia nostra famuletur, & vt in te de die in diē meliorata proficiat, tuæ gratiæ intemerata subdatur. Nostris nos, quæsumus Domine, euacua malis, tuisq; reple per ònia bonis. Vt percepta gratia, quæ nostra non exigunt merita, à cunctis aduersitatibus liberati in bonis omnibus confirmati, supernis ciuibus mereamur coniungi. Per Christum.

Dominica

Dominica IX.

AETERNE Deus. Et tuam misericordiam totis nisibus exorare, nè pro nostra nos iniquitate condemnes, sed pro tua pietate in via recta semper disponas. Nec sicut meremur delinquentibus irascaris, sed fragilitati nostræ inuicta bonitate subuenias. Per Christum. Per quem.

Dominica X.

AETERNE Deus. Et tuam misericordiam exorare, vt te annuente valeamus, quæ mala sunt, declinare: & quæ bona sunt, consequenter explere. Et quia nos fecisti ad tua sacramenta pertinere, tu clementer in nobis eorum munus operare. Per Christum.

Dominica XI.

G. AETERNE Deus. Et tibi debitam seruitutem per mysterij huius impletionem persolvere, quia non solum peccantibus veniam tribuis, sed etiam præmia petentibus impartiris. Et quod perpeti malis operibus promeremur, magnifica pietate depellis, vt nos ad tuæ reuerentiæ cultum, & terrore cogas, & amore perducas. Per Christum.

Dominica XII.

G. AETERNE Deus. Cuius primum pietatis tuæ est indicium, si tibi nos facias toto corde subiectos, & spiritum nobis tantæ deuotionis infundas, vt propitius largiaris consequenter auxilium. Per Christum.

Dominica XIII.

G. AETERNE Deus. Qui nos castigando sanas: & refouendo benignus erudis: dum magis vis saluos esse correctos, quàm perire deiectos. Per Christum. Per quem.

Dominica XIII.

G. AETERNE Deus. Quia tu in nostra semper faciens infirmitate virtutem, Ecclesiam tuam inter aduersa crescere tribuisti, vt cum putaretur oppressa, tunc potius præualeret exaltata: dum simul & experientiam fidei declarat afflictio, & victoriosissima semper perseuerat, te adiuuante, deuotio. Per Christum Dominum nostrum.

Dominica XV.

AETERNE Deus. Qui nos de donis bonorum temporalium, ad perceptionem prouehis æternorum, & hæc tribuis, & illa largiris, vt & mansuris iam incipiamus inferi, & prætereuntibus non teneri. Tuum est enim quod viuimus: quia licet peccati vulnere natura nostra sit vitiata, tui tamen est operis, vt terreni generati, ad cœlestia renascamur. Per Christ.

Dominica XVI.

G. AETERNE Deus. Per Christ. Dom. nostrum. Qui æternitate sacerdotij sui, omnes sibi seruientes sanctificat sacerdotes. Quoniam mortali carne circumdati, ita quotidianis peccatorum, remissionibus indigemus, vt non solum pro populo, sed etiam pro nobis, eiusdem te Pontificis sanguis exoret. Per quem.

Dominica XVII.

AETERNE Deus. Et te incessanter precari, vt qui te authore subsistimus, te dispensante dirigamur: Non nostris sensibus relinquamur, sed ad tuæ reducti semper tramitem veritatis, hæc studemus exercere quæ præcipis, vt possimus dona percipere quæ promittis. Per Christ.

Feria III. mensis septimi ad S. Mariam.

AETERNE Deus. Qui nos idè collectis terræ fructibus per abstinentiam tibi gratias agere voluisti, vt ex ipso deuotionis genere nosceremus, non hæc ad exuberantiam corporalem, sed ad fragilitatis sustentationem percepisse. Vt quod ex his parcius sumeremus, egentium proficeret alimentis: Et vt salutaris castigatio mortalitatis insolentiam mitigaret, & pietas largitoris nos tuæ benignitati commendatos efficeret. Sicquæ donis vteremur transitorijs, vt disceremus inhiare præpetuis. Per Christ.

Feria VI. quatuor temporum, ad S. Apostolos.

AETERNE Deus. Qui iusto pioque moderamine, & pro peccatis flagella irrogas, & post flagella veniam propitiatus condonas. Et peccatorum vitam potius volens quàm mortem, non eos ad interitum condemnas, sed vt corrigantur, miseratus expectas. Per Christ.

Sabbato

Sabbato ad S. Petrum.

AETERNE Deus. Et tibi sanctificare ieiunium, quod nos ob ædificationem animarum, & castigationem corporum seruare docuisti. Quia restrictis corporibus animæ saginantur, in quo homo noster affligitur exterior, dilatatur interior. Memento, quæsumus, Domine ieiuniorum nostrorum, & misericordiarum tuarum, quas peccatoribus piè semper ieiunantibus contulisti: & præsta, vt non solum à cibis sed à peccatis omnibus abstinentes, deuotionis tibi ieiunio placeamus. Per Christ.

Dominica XVIII.

AETERNE Deus. Quia cùm laude nostra non egeas, grata tibi tamen est tuorum deuotio famulorum. Nec te augment nostra præconia, sed nobis proficiunt ad salutem. Quoniam sicut fontem vitæ prætereire, causa moriendi est, sic eodem iugiter redundare, affectus est sine fine viuendi. Per Dominum.

Dominica XIX.

AETERNE Deus. Per Christ. Dom. nost. Qui vicit diabolum & mundum, hominemque paradyso restituit, & vitæ ianuas credentibus patefecit. Per Christ. **G.**

Dominica XX.

AETERNE Deus. Et tuam maiestatem humiliter implorare vt Iesus Christus filius tuus Dominus noster, sua nos gratia protegat & conseruet. Et quia sine ipso nihil rectè valemus efficere, ipsius munere capiamus, vt tibi semper placere possimus. Per quem. **G.**

Dominica XXI.

AETERNE Deus. Et suppliciter exorare, vt sic nos bonis tuis **G.**
d d d d instruas

instruas sempiternis, vt temporalibus quoque consolari digneris. Sic præsentibus refoue, vt ad gaudia nos mansura perducas. Per Christum.

Dominica XXII.

ÆTERNÆ DEUS. Qui propterea iure punis errantes, & clementer refoues castigatos, vt nos à malis operibus abstrahas, & ad bona faciendâ conuertas: quia non vis inuenire quod damnes, sed esse potiùs quod corones. Qui cum pro nostris meritis iugiter mereamur affligi, tu tamen iudicium ad correctionem temperas, non perpetuam exerces ad pœnam. Iustè vtroque misericors: qui nos ea lege disponis, vt coërcendo in æternum perire non finas, & parcendo spatiû tribuas corrigendi. Qui idè malis præsentibus nos flagellas, vt ad bona futura perducas. Idè bonis temporalibus cõsolaris, vt de sempiternis facias certiores; quo te, & in prosperis, & in aduersis, pia semper confessione laudemus. Per Christum. Per quem.

Dominica XXIII.

ÆTERNÆ DEUS. Et nos clementiam tuam suppliciter exorare, vt filius tuus Iesus Christus Dominus noster, qui se vsque in finem seculi suis promisit fidelibus ad futurum, & præsentis corporalis mysterijs non deferat, quos redemit, & maiestatis suæ beneficij non relinquat. Per quem.

Dom. XXIII. post oct. Pentecost.

MS. **PER** Christum Dom. nostr. Per quem sanctum & benedictum nomen maiestatis tuæ ubique veneratur, adoratur, prædicatur, & conlatur. Qui est origo salutis, via virtutis, & tuæ propitiatio maiestatis.

Dominica XXV.

MS. **ÆTERNÆ DEUS.** Cuius est operis, quòd conditi sumus; muneris, quòd

ris, quòd viuimus; pietatis, quòd tua erga nos dona cognoscimus. Quamuis enim natura nostra peccati vitiata sit vulnere, à terrenis tamen ad cœlestia prouehitur, tuo inenarrabili munere.

Dominica XXVI.

ÆTERNÆ DEUS. Et tibi, debitas laudes pio hõnore deferre, **MS.** & mirabilium tuorum inenarrabilia præconia deuotæ mentis veneratione celebrare; teque ineffabilem & inuisibilem Deum laudare, benedicere, adorare.

Dom. V. ante Natale Domini.

ÆTERNÆ DEUS. Maiestatem tuam suppliciter deprecantes, **G.** vt expulsis azymis vetustatis, illius agni cibo satiemur & poculo, qui & nostram imaginem reparauit, & suam nobis gratiam repermisit, Iesus Christus Dominus noster. Per quem.

Alia.

PER Christum Dom. nostr. Cuius petimus primi aduentûs mysterium ita facias, nos dignis laudibus & officijs celebrare, præsentemque vitam inculpabilem ducere vt secundum valeamus imperterriti expectare. **MS.**

Dominica. IIII. ante natale Domini.

ÆTERNÆ DEUS. Cui proprium est ac singulare, quòd bonus es, & nulla vnquam à te es commutatione diuersus. Propitiare quæsumus, supplicationibus nostris, & Ecclesiæ tuæ misericordiâ tuam, quam precatur, ostende. Manifestans plebi tuæ, & incarnationis mysterium, & aduentûs admirabile sacramentum; vt in vniuersitate nationum constet esse perfectum, quod Vatum oraculis fuit antè promissum, percipiantque dignitatem adoptionis, quos exornat confessio veritatis. **MS.**

d d d d 2

Dominica

PRAEFATIONES ANTIQVAE PER
Dominica III. ante Natale Domini.

MS. AETERNE Deus. Qui tuo inenarrabili munere prestitisti, vt natura humana ad similitudinem tui condita, dissimilis per peccatū & mortem effecta, nequaquā in aeterna damnatione periret; Sed vnde peccatum & mortem contraxerat, indè vitam tuæ pietatis immentitas repararet; & antiquæ virginis facinus, noua & intemerata virgo Maria piaret. Quæ ab angelo salutata, ab spiritu sancto obumbrata, illum gignere meruit, qui cuncta nasci suo nutu concessit. Quæ mirabatur & corporis integritatem, & conceptus fecunditatem, gaudebatque suum paritura parentem Iesum Christum Dominum nostrum.

Dominica II. ante Natale Domini.

MS. PER Christ. Dom. nostrum. Cuius incarnatione salus facta est mundi, & passione redemptio procurata est hominis procreati. Ipse nos quæsumus, ad aeternum perducatur præmium, qui redemit de tenebris infernorum, iustificetque in Aduentu secundo, qui nos redemit in primo: quatenus illius nos ab omnibus malis defendat. sublimitas cuius ad vitam erexit humilitas.

Feria III. mensis decimi.

MS. PER Christ. Dom. nostrum. Quem pro salute hominum nasciturum, Gabriel Archangelus nunciauit; virgo Maria, spiritus sancti cooperatione, concepit; vt quod angelica nunciauit sublimitas, virginea crederet puritas, ineffabilis perficeret deitas. Illius itaque optamus, te opitulante, cernere faciem sine confusione, cuius incarnationis gaudemus solennitate; quatenus purificati ieiunij, cunctis purgati à vitij natalis eius interesse mereamur solennibus festis.

Feria VI.

AETERNE

AETERNE Deus. Qui sanctificator & institutor es abstinentiæ, cuius nullus finis, nullusque est numerus: Effunde, quæsumus, super nos in diebus ieiuniorum nostrorum spiritum gratiæ salutariis, & ab omnibus nos perturbationibus seculi huius tua defensione conferua; vt qui vnigeniti tui celebramus aduentum continuū eius sentiamus auxilium.

Sabbato in XII. lectionibus.

G.

AETERNE Deus. Qui non solum peccata dimittis, sed ipsos etiam iustificas peccatores, & reis non tantum poenas relaxas, sed dona largiris & præmia: Cuius nos pietatem supplices exoramus vt qui ieiunij & votis solennibus natiuitatem vnigeniti tui præuenimus, illius dono & præsentis vitæ perturbationibus careamus & aeterna munera capiamus.

Domin. vacat, siue I. ante Nat. Dom.

PER Christ. Dom. nostrum. Quem Ioannes præcessit nascendo, & in deserto cremi prædicando, & in fluentis Iordanis baptizando, & ad inferna descendendo: Cuius venerandæ Natiuitatis proximè ventura solennitas, ita nos quæsumus, tibi placitos reddat, vt cum fructu bonorum operum ad regna cœlestia introducat; vt parandā in cordibus nostris viam Domino, fructusque dignos poenitentiae faciendos; per prædicationem Ioannis obtemperemus monitis saluatoris. Sicque perueniamus per filium sterelis, ad filium virginis, per Ioannem hominem magnum, ad eundem Dominum nostrum hominem Deum. Qui sicut venit ad nos redimendum occultus, ita iustificet, quum venerit ad iudicandum manifestus.

PRAEFATIONES DE SANCTIS.

In festo S. Felicis.

ddd 3;

AETERNE

AE TERNE Deus. Et confessionem S. Felicis memorabilem non tacere; quinec hereticis prauitatibus, nec seculi blandimentis, à sui status rectitudine potuit immutari: sed inter vtraque discrimina veritatis adsertor, firmitatem suæ fidei non reliquit. Per Christum.

In festo S. Marcelli.

AE TERNE Deus. Qui glorificaris in tuorū confessione sanctorum, & non solum excellentioribus præmijs martyrum tuorū merita gloriosa prosequeris, sed etiam sacra mysteria competentibus seruitijs exequentes, gaudium Domini sui tribuis benignus intrare. Per Christum.]

In festo S. S. Fabiani & Sebastiani Mart.

AE TERNE Deus. Quoniam beatorum Martyrum Fabiani & Sebastiani pro confessione nominis tui venerabilis sanguis effusus, simul & tua mirabilia manifestat, qui perficis in infirmitate virtutem, & nostris studijs das profectum, & infirmis apud te præstas auxilium. Per Christum.

In festo S. Agnetis

A. AE TERNE Deus. Et diem beatæ Agnetis martyrio consecratam solenniter, &c. vt sup. inter præfat. Ambr.

In festo S. Vincentij Mart.

AE TERNE Deus. Per Christ. Dom. nost. Pro cuius nomine gloriosus leuita Vincētius & miles inuictus, rabidi hostis insaniam interritus adiit, modestus sustinuit, securus irrisit: sciēs paratus esse vt resisteret: nesciens elatus esse, quo vinceret. In vtroque magistri ac Domini sui vestigia sequens qui & humilitatis custodiendæ, & de hostibus triumphandi suis sequenda exempla monstrauit. Per quem.

In festo Couersionis S. Pauli Apostoli.

AE TERNE

AE TERNE Deus. Et maiestatem tuam suppliciter exorare, vt Ecclesiam beati Pauli Apostoli tui prædicatione edoctam, nulla finas fallacia violari. Et quia nihil in vera religione manere dinoscitur, quod non eius cōdierit disciplina, ita ad peragenda ea quæ docuit, eius obtentu, fidelibus tribuatur efficacia, sentiatque credentium gentium multitudo eum pro se apud te intercessorem, quem habere se nouit magistrum atque doctorem. Per Christ.

In oct. S. Agnetis:

AE TERNE Deus. Beatæ Agnetis natalitia geminantes: Verè enim huius honorandus est dies, quæ hinc terrena generatione profecit, vt ad diuinitatis consortium perueniret. Per Christ.

In festo S. Agathæ.

AE TERNE Deus. Per Christum Dominum nostrum. Pro cuius nomine pœnarum mortisque contemptum in vtroque sexu fidelium cunctis ætatibus contulisti: vt inter felicium martyrum palmas Agathen quoque beatissimam virginem victrici patientia coronares. Quæ nec minis territa, nec supplicij superata, de diaboli sæuitia triumphauit, quia in tuæ deitatis confessione permansit. Et idcò.

In festo Cathedræ S. Petri Apostoli.

AE TERNE Deus. Et te laudare mirabilem Deum in sanctis tuis, in quibus glorificatus es vehementer, per quos vnigeniti tui sacrum corpus exornas, & in quibus Ecclesiæ tuæ fundamanta cōstituis. quam in patriarchis fundasti, in prophetis preparasti, in Apostolis condidisti: Ex quibus beatum Petrum Apostolorum principem, ob confessionem eiusdē vnigeniti filij tui, per os eiusdē verbi tui confirmatum, in fundamento domus tuæ mutato nomine, cœlestium claustrorum præfulem custodemque fecisti, diuino ei iure concesso, vt quæ statuisset in terris seruarentur in cœlis: in cuius veneratione hodierna die maiestati tuæ hæc festa persoluimus; & gratiarum ac laudis hostiam immolamus. Per eundem Christ.

d d d d 4

In

In festo S. Mathiae Apostoli.

AE TERNE DEUS. Et te laudare mirabilem Deum in beatis Apostolis tuis, in quibus glorificatus es vehementer, per quos vnigeniti tui sacrum corpus colligis, & in quibus Ecclesiae tuae fundamenta constituis: Vnde poscimus clementiam tuam, pijsime omnipotens Deus, vt intercessione B. Apostoli tui Mathiae, cuius passionis triumphum solenniter celebramus, mereamur à peccatorum nostrorum nexibus solui, & aeternae vitae felicitati reddi, atque sanctorum tuorum cœtibus connumerari. Per eundem.

[In festo S. Gregorij Papae.

*Recitior
D. Grego-
rij atate,
quare li-
neis hanc
& similes
inclusi-
mus.*

MS.

AE TERNE DEUS. Qui beatum Gregorium confessorem tuum atque pontificem lætificas in regno tuo in beatitudine semper sine fine: vt omnia possit videre in tua claritate mirabilis: Vbi refrigerium ineffabile, & lætitia inenarrabilis: Vbi praesentia saluatoris filij tui Domini nostri, in quem semper lætantes prospicere desiderant angeli, adorant dominationes, tremunt, &c.

Alia.

AE TERNE DEUS. Quia sic tribuis Ecclesiam tuam S. Gregorij pontificis tui commemoratione gaudere, vt eam semper illius & festiuitate lætifices, & exemplo piæ conuersationis exerceas, & verbo praedicationis erudias, grataque tibi supplicatione tuearis.]

[In festo depositionis S. Benedicti.

AE TERNE DEUS. Honorandum patris Benedicti & gloriosum celebrantes diem, in quo hoc triste seculum deferens, ad caelestis patriae gaudia migravit aeterna. Qui sancti spiritus repleti dono, decori monachorum gregis dignus pater effulsit. Quicquid sacris admonuit dictis, sanctis impleuit operibus: vt quam diuinis inchoauerat oraculis semitam, lucidis monstraret exemplis. Vt gloriosa monachorum plebs, paterna intuens vestigia, ad perpetua lucis aeternae praemia venire mereretur. Per Christum.]

In festo Annunciationis S. Mariae.

AE TERNE DEUS. Qui beatæ Mariae virginis partum Ecclesiae tuae tribuisti celebrare mirabile mysterium, & inenarrabile sacramentum, in qua manet intacta castitas, pudor integer, firma constantia.

stantia. Quae lætatur quod virgo concepit, quod caeli Dominum castis portauit visceribus, quod virgo edidit partum admirandam diuinæ dispensationis operationem, quae virum non cognouit, & mater est; & post filium est virgo: Duobus enim gauisa muneribus, miratur quod virgo peperit, lætatur quod redemptorem mundi edidit, Iesum Christum Dominum nostrum. Per quem.

In Nat. SS. Tiburtij, Valeriani, & Maximi.

AE TERNE DEUS. Et te in sanctorum Martyrum tuorum festiuitate laudare, qui semper es laudabilis in tuorum commemoracione sanctorum, qui & magnae fidei largiris affectum, & tolerantiam tribuis passionum, & antiqui hostis facis superare machinamentum: quo egregij Martyres tui ad capiendam supernorum beatitudinæ praemiorum, nullis impediuntur retinaculis blandimentorum. Et ideo.

[In Nat. S. Georgij Mart.

AE TERNE DEUS. Per Christum Dominum nostrum. Pro cuius nomine veneranda confessione beatus Martyr Georgius diuersa supplicia sustinuit, & ea deuinces, perpetuitatis promeruit coronam. Per Christum.

In Nat. S. Marci Euangelistae.

AE TERNE DEUS per Christum Dominum nostrum. Cuius gratia beatum Marcum in sacerdotium elegit, doctrina ad praedicandum erudit, potentia ad perseverandum confirmauit: vt per sacerdotalem infulam perueniret ad martyrij palmam. Docensque subditos praedicando, instruens viuendi exemplo, confirmans patientiando: vt ad te coronandus perueniret, qui persecutorum minas intrepidus superasset. Cuius interuentus nos, quæsumus, à nostris mundet delictis, qui tibi placuit tot donorum praerogatiuis. Per quem.

e e e e

IN

G. MS. ET maiestatem tuam suppliciter exorare, vt non nos nostrę ma-
litia, sed indulgentiæ semper proueniat effectus. Qui nos à noxijs
voluptatibus semper expediat, & à mundanis cladibus clementer
eripiat.

In Nat. Apostolorum Philippi & Iacobi.

G. AETERNE DEUS. Qui Ecclesiam tuam, in Apostolica soliditate
firmasti, de quorum consortio sunt beatus Philippus & Iacobus,
quorum hodiè festa veneramur, poscentes, vt sicut eorum doctri-
nis instituiamur, ita exemplis muniamur, & precibus adiuuemur.
Per Christ. Dom. nost.

In festo Inventionis S. Crucis.

AETERNE DEUS. Per Christum Dominum nostrum. Qui per
passionem crucis mundum redemit, & antiquę arboris amarissi-
mum gustum crucis medicamine indulcauit; Mortemque que per
lignum vetitum venerat, per ligni trophæum deuicit. Vt mirabili
suę pietatis dispensatione, qui per ligni gustum à florigera sede dis-
cesseramus, per crucis lignum redeamus ad gaudia paradyfi. Per
quem.

In Nat. SS. Nerei, Achillei, & Pancratij.

AETERNE DEUS. Quoniam à te constantiam fides, à te virtutem
funit infirmitas. Et quicquid in persecutionibus sæuum est, quic-
quid in morte terribile, nominis tui facis confessione superari.
Vndè benedicimus te Domine in operibus tuis, teque in sanctorum
tuorum Nerei & Achillei atque Pancratij prouectu laudamus. Per
Christum.

In Nat. S. Urbani pp. Mart.

G. AETERNE DEUS. Debitæ pietatis obsequium sancti confesso-
ris & martyris tui Urbani commemoratione exhibentes, potentiã
tuam Domine, cuius gratia talis extitit, in eius solennitate prædi-
camus. Per Christ.

In

In Nat. SS. Marcellini & Petri.

AETERNE DEUS. Apud quem semper est præclara vita sancto-
rum, quorum nos mors preciosa lætificat & tuetur. Quapropter
martyrum tuorum Marcellini & Petri gloriosa recensentes natali-
tia, laudes tibi referimus, & magnificentiam tuam supplices exora-
mus, vt quorum sumus martyria venerantes, beatitudinis mereamur
esse confortes. Per Christum.

In Nat. SS. Marci & Marcelliani.

AETERNE DEUS. Qui sanctorum martyrum tuorum Marci &
Marcelliani pia certamina ad copiosam perducis victoriam, atq;
perpetuum eis largiris triumphum, vt Ecclesię tuę semper sint in
exemplum. Præsta nobis quæsumus, vt per eorum intercessionem
quorum festa celebramus, tuę capiamus munera pietatis. Per
Christum.

In Nat. SS. Geruasij & Protasij.

AETERNE DEUS. Per Christ. Dom. nost. Pro cuius nominis con-
fessione beati martyres Geruasius & Protasius passi, in cœlesti re-
gione æternis perfruuntur gaudijs, & pro eorum solenni recor-
datione Ecclesia religiosis exultat officijs. Per quem.

In Vigil. S. Ioan. Baptistæ.

AETERNE DEUS. Exhibentes solennem ieiunium, quo, &c. Vt A.
suprà inter præf. Ambr.

In Natiuitate Præcursoris.

AETERNE DEUS. Et in die festiuitatis hodiernæ, qua beatus Io-
annes exortus, &c. vt suprà inter præf. Ambr. A.

Alia.

c c c c 2

AETERNE

AETERNE Deus. Vt hunc diem, praecursoris Domini baptistae, & prophetae Ioannis, cum gaudio celebremus. ipse est enim qui annunciauit poenitentiam, & viam salutis vniuersae terrae praedixit; Ipse est, quem sacra tuba cecinit saluatoris, quia non surrexit quisquam inter natos mulierum maior Ioanne Baptista. o quam beata mater, quae talem filium meruit de caelo promissum. Agnoscit natum ex verbo, praecorem, qui praedicauit omnibus saluatorem. o quam geminae in ciuitate virtutes, vbi duae matres, sterilis & virgo. o quam mirum mysterium, vbi vtraque honoratur: e caelo vna misit praecorem, altera iudicem. Elisabeth genuit praecursorem & Maria virgo genuit magnificum redemptorem.

In Nat. SS. Ioannis & Pauli.

AETERNE Deus. Per Christ. Dom. nost. Pro cuius amore gloriosi martyres Ioannes & Paulus martyrium non sunt cunctati subire, quos in nascendi lege iunxit germanitas, in gremio matris Ecclesiae fidei vnitas, in passionis acerbitate ferenda, vnus amoris societatis. Per quem nos petimus eorum precibus adiuuari, quorum festa noscimus venerari. Per quem maiest. tuam.

In vigilia Apostolorum Petri & Pauli.

A. **AETERNE** Deus apud quem cum beatorum Apostolorum continuata festiuitas, triumphique &c. Vt supra inter praefat. Ambr.

In Passione Apostolorum Petri & Pauli.

G. **AEQVVM** & salutare. Te Domine supplices exorare, vt gregem tuum pastor aeternae non deseras, sed per beatos Apostolos tuos Petrum & Paulum continua protectione custodias: Vt eisdem rectoribus gubernentur, quos operis tui vicarios eidem contulisti praesae pastores. Et ideo.

[In ordinatione S. Martini.

AETERNE

AETERNE Deus. Qui mundum per sanctos. doctores ad verae fidei agnitionem illuminasti: de quorum societate. beatus Martinus excellentius enituit: virtutum meritis copiosius effulsit; signorum titulis clarius eluxit, & totius pietatis populo tuo magister emicuit. Alios caelestis doctrinae verbis erudiuit, alios religiosae vitae exemplis roborauit, ab omni quoque infirmitatum molestia multos sanauit; quosdam vero a daemoniis spiritibus liberauit: alios quoque morte praereptos, sacris orationibus resuscitauit. Omnibus odor vitae factus ad salutem, vt omnes, ad aeternam beatitudinis gloriam reuocaret. Per Christ.]

In Nat. SS. VII. fratrum.

AETERNE Deus. Donari nobis suppliciter exorantes, vt sicut sancti tui mundum in tua virtute vicerunt, ita nos a mundanis erroribus postulent expediti. Per Christ. **G.**

[In translatione S. Benedicti.

AETERNE Deus. Et gloriam tuam, profusis precibus exorare, vt qui beati Benedicti confessoris tui veneramur festa te operante eius sanctitatis imitari valeamus exempla, & cuius meritis nequam possumus coequari eius precibus adiuuari mereamur. Per Christ.]

In Nat. S. Iacobi.

AETERNE Deus. Quia licet nobis salutem semper operetur diuini celebratio sacramenti; propensius tamen confidimus nobis profutura, si beati Apostoli tui Iacobi intercessionibus adiuuemur. Per Christ. **G.**

In Nat. SS. Abdon & Sennes.

AETERNE Deus. Et te laudare mirabilem Deum in sanctis tuis quos ante constitutionem mundi in aeternam tibi gloriam praeparasti,
e e e e a rasti,

rãsti, vt per eos huic mundo veritatis tuæ lumen ostenderes, quos ita spiritu veritatis armãsti, vt fortitudinem mortis per infirmitatẽ carnis euincerent. De quorum collegio sunt martyres tui Abdon & Sènes: qui in Ecclesiæ tuæ prato sicut rosæ & lilia floruerunt.

**Leg. per fudit.* Quos vnigeniti tui sanguis in prælo cõfessionis roseo colere pro fudit, & ob præmium passionis, niueo liliorum splendore vestiuit. Per quem.

In Nat. SS. Machabæorum.

ÆTERNE DEUS. Qui licet in omnium sanctorum tuorum protectione sis mirabilis: in his tamen speciale tuum munus agnoscimus, quos fratres forte nascendi, & magnifica præstitisti passione germanos, Vt simul esset & veneranda gloria genitricis, & florentissima proles Ecclesiæ. Et ideo.

In inuentione S. Stephani & sociorum.

MS. **ÆTERNE DEUS.** Donari nobis suppliciter exorantes, vt sicut S. S. tui Stephanus, Nicodemus, Gamahel, & Abibon, mundum in tua virtute vicerunt, ita nos à mundanis erroribus postulent exediri; vt qui eorum sacratiss. inuentionem & merita veneramur, beatitudinis mereamur esse consortes.

In Nat. S. Sixti mart.

ÆTERNE DEUS. Et præcipuè in die festiuitatis hodiernæ, qua beatus Sixtus pariter sacerdos & martyr, deuotum tibi sanguinem exultanter effudit. Qui ad eandem gloriam promerendam doctrinæ suæ filios incitauit: & quos erudiebat hortatu, præueniebat exemplo. Per Christ.

In Vigilia S. Laurentij.

G. **ÆTERNE DEUS.** Et deuotis mentibus natale martyris tui Laurentij præuenire, qui Leuita simul martyrq; veneradus, & proprio claruit gloriosus officio, & memorandæ passionis martyrio effulfit. Per Christ.

In die eiusdem.

G. **ÆTERNE DEUS.** Et præcipuè in die solenitatis hodiernæ, qua beatus Laurentius hostia sancta & viua, tibi placens est oblatus. Qui igne accensus tui amoris constanter ignem sustinuit passionis.

passionis. Et per immanitatẽ tormentorum, ad societatem ciuium supernorum peruenit. Per Christ.

In Nat. S. Tiburtij.

ÆTERNE DEUS. Quia dum beati Tiburtij martyris merita gloriosa veneramur, auxiliũ nobis tuæ propitiationis affore deprecamur: quoniam credimus nos per eorum intercessionem, qui tibi placuere, peccatorum nostrorum veniam impetrare. Per Christ.

In Nat. S. Hippolyti.

ÆTERNE DEUS. Et tuam clementiam votis supplicibus implorare, vt B. Hippolyti sociorumque eius intercessio, peccatorum nostrorum obtineat veniam, qui per tormenta passionis, æternã peruenit ad gloriam. Per Christ.

In Nat. S. Eusebij.

ÆTERNE DEUS. Et clementiam tuam pronis mentibus implorare, vt per beati Eusebij confessoris intercessionem, salutiferam in nostris mentibus firmes deuotionem, Cõcedasq; vt sicut te solum credimus authorẽ, & veneramur saluatorem, sic in perpetuũ eius interuentu habeamus adiutorem. Per Christ.

In Vigilia Assumptionis B. Mariæ. Virg.

ÆTERNE DEUS. Et in die festiuitatis hodiernæ, qua beatæ Mariæ solennem Assumptionis recolentes diem, debita præuenimus feruitute. Cuius veneranda festiuitas nobis tanto amplius eius intercessione erit profutura, quanto humilius nostra fuerit deuotione celebrata. Per Christ.

In die Assumptionis B. Mariæ.

ÆTERNE DEUS. Et te in veneratione sacrarum virginum exultantibus animis, &c. vt supra inter Ambros.

In Oct. S. Laurentij.

ÆTERNE DEUS. Beati Laurentij natalitia repetentes: cui fidem cõfessionemq; ignis passionis ingestus non abstulit, sed eũ vt magis luceret, accendit. Quoniam sicut aurum flammis nõ vritur, sed probatur: sic beatus martyr non consumitur tormentorum incendijs, sed aptatur cœlestibus ornamentis. Per Christ.

In Natali S. Magni Martyris.

AETERNE Deus. Qui humanum genus de profundo mortis eripiens, captiuitatem nostram, Iesu Christi filij tui Domini nostri passione soluisti. Per quem ita virtus antiqui hostis elisa est, vt quem superauerat, etiam beatum Martyrem tuum Magnum faceret esse victorem. Cuius triumphum in die quo sanguinem suum fudit, colentes, in tua gloria exultamus. Per quem.

G.
MS.

In Natali S. Timothei Martyris.

AETERNE Deus. Tibi enim festa solennitas agitur, tibi dies sacrata celebratur, quam beati Timothei Martyris tui sanguis in veritatis tuae testificatione profusus, magnifico nominis tui honori signauit.

In Natali S. Bartholomæi.

G.
AETERNE Deus. Qui Ecclesiam tuam sempiterna pietate non deseris, sed per Apostolos tuos iugiter erudis, & sine fine custodis. Per Christum.

[In Natali S. Augustini Episcopi.

AETERNE Deus. Qui beatum Augustinum confessorem tuum & scientiae documentis replesti, & virtutum ornamentis ditasti. Quem ita multimodo genere pietatis imbuiisti, vt ipse tibi & arca & sacrificium, & sacerdos esset & templum. Per Christum.]

Eodem die S. Hermetis.

AETERNE Deus. Quoniam fiducialiter laudis tibi immolamus hostias, quas S. Hermetis Martyris tui precibus tibi esse petimus acceptas. Per Christum.

In decollatione S. Ioannis Baptistæ

AETERNE Deus. Qui præcursores filij tui tanto munere ditasti, vt pro veritatis præconio capite plecteretur. Et qui Christum aqua baptizauerat, ab ipso in spiritu baptizatus, pro eodem sanguine tingeretur. Præco quippe veritatis quæ est Christus, Herodæ à fraternis thalamis prohibendo carceris obscuritate detruditur, vbi solius diuinitatis tuæ lumine frueretur. Deinde capitalem sententiam subiit, & ad inferna Dominum prækursurus descendit. Et quem

Et quem in mundo digito demonstrauit, ad inferos preciosa morte præcessit. Et ideo.

In Nat. S. Prisci mart.

AETERNE Deus. Qui sic tribuis Ecclesiam tuam sanctorum commemoratione proficere, vt eam semper illorum & festiuitate lætifices, & exemplo piæ conuersationis exercitas, grataq; tibi supplicatione tuearis. Per Christum.

[In Nat. S. Mariæ.

AEOVVM & salutare. Nos tibi in omnium sanctorum tuorum prouectu gratias agere, Domine sancte, pater omnipotens, æterne Deus. Et præcipue pro meritis beatæ Dei genitricis & perpetuæ virginis Mariæ gratia, plenè tuam omnipotentiam laudare, benedicere, & prædicare. Per quem]

In Nat. S. Gorgonij mart.

AETERNE Deus. Teque in sanctorum tuorum confessionibus laudare, in cuius facti sunt virtute victores. Quando enim humana fragilitas vel passionem æquanimiter ferre sufficeret, vel hostis aerei nequitas vincere, nisi tuæ firmitatis subsidium ministrares, & saua furentis inimici arma contereris. Per Christum.

In Natali SS. Cornelij & Cypriani.

AETERNE Deus. Tuamque in sanctorum tuorum Cornelij simul & Cypriani prædicare virtutè, quos diuersis terrarum partibus greges sacro diuino pane pascentes, vna fide, eadem die, pari nominis tui confessione coronasti. Per Christum.

In Natali S. Euphemie virginis.

AETERNE Deus. Et in hac solennitate tibi laudis hostias immolare, qua beatæ Euphemie martyris tuæ passionem venerando recolimus, & tui nominis gloriam debitis præconijs magnificamus. Per Christum.

In Nat. S. Matthæi Apostoli & Euangelistæ.

AETERNE Deus. Qui Ecclesiam tuam in tuis fidelibus vbique pollentè, apostolicis facis costare doctrinis. Præsta, quæsumus, vt
f f f per

G.

G.

Deest x so
lennitate,
aut simile
quid.

G.

A.

per quos initium diuinæ cognitionis accepit, per eos vsque ad finem seculi capiat regni cœlestis augmentum. Per Christum.

[In Nat. S. Mauritij sociorumque eius.

AEQVVM & salutare. Nos tibi semper & vbique gratias agere, & laudes decantare, Domine sancte, pater omnipotēs, æterne Deus: Per Christum. Dom. nost. Quoniam cognoscimus, quantum apud te sit præclara vita sanctorum, quorum nos etiam mors preciosa lætificat & tuetur. Quapropter martyrum tuorum, Mauritij, Exuperij, Candidi, Victoris, Innocētij & Vitalis, ac sociorum eorundem gloriosa recensentes natalitia, laudes tibi referimus, suppliciter ei confessione dicentes: Sanctus, &c.]

In Nat. SS. Cosmæ & Damiani.

ÆTERNE Deus. Et clementiam tuam suppliciter obsecrare, vt cum exultantibus sanctis in cœlestis regni cubilibus gaudia nostra subiugas. Et quos virtutis imitatione nō possumus sequi, debitæ venerationis contingamus effectum. Per Christum.

[In Dedicat. S. Michaelis Archangeli.

ÆTERNE Deus. Sancti Michaëlis archangeli merita prædicantes, Quamuis enim nobis sit omnis angelica veneranda sublimitas, quæ in maiestatis tuæ consistit conspectu; illa tamen est propensius honoranda, quæ in eius ordinis dignitate cœlestis militiæ meruit principatum. Per Christum.]

In Nat. S. Hieronymi.

ÆTERNE Deus. Et in hac die potissimum, quam festiuitate beati Hieronymi decorasti, tui muneris beneficia personare. Quæ ita voluisti fluentis satiari totius scientiæ, vt suorum splendore doctorum, multarum suscitator fieret animarum. vnde tuam pijsissime Deus supplices quæsumus pietatem, vt eius nos & doctrinis repleas, meritis munias, & exemplis exornes: quatenus omni cæcitate

citate ignoratiæ depulsa, & hinc eius precibus fulti, tua mereamur implere præcepta, & gaudia postmodum capere sempiterna. Per Christum.

[In Natali SS. Dionysij, Rustici, & Eleutherij.

ÆTERNE Deus. Qui sanctorum martyrum tuorum pia certamina ad copiosam perducis victoriam, atque perpetuum eis largiris triumphum, vt Ecclesiæ tuæ semper sint in exemplum: Præsta nobis, quæsumus, vt per eorum intercessionem quorum festa celebramus, pietatis tuæ munera capiamus. Per Christum.]

In Natali S. Lucæ.

ÆTERNE Deus. Et te in sanctorum tuorum meritis, & cæt. vt suprâ inter Ambros.

A.

In vigilia Apostolorum Simonis & Iudæ.

ÆTERNE Deus. Quia tu es mirabilis in omnibus sanctis tuis, quos et nominis tui cōfessione præclaros, et suscepta pro te passione fecisti gloriosos. Vnde sicut illi ieiunando operâdoque certauerunt, vt hanc possent obtinere victoriam: ita nos eorum exemplis informemur, vt ad celebranda præsentia festa idonei inueniamur, & ad æterna percipienda, eorum interuentu, digni iudicemur. Per Christum.

In die SS. Apostolorum Simonis & Iudæ.

ÆTERNE Deus. Te in tuorum Apostolorum glorificantes honore, & c. vt suprâ inter Ambros.

A.

[In vigilia omnium Sanctorum.

ÆTERNE Deus. Reuerentiæ tuæ dicato ieiunio grantulan- *hac & se-* tes: quia veneranda omnium sanctorum solēnia, desideratis præ- *quæ Præ* uenimus officijs, vt ad eadem celebranda solenniter præparemur. *fatio, &* Per Christum. *quot quos*

In die omnium Sanctorum.

ÆTERNE Deus. Clementiâ tuam suppliciter obsecrâtes, vt cū *lineis in-* clusa sunt *exultan-*

ffff

2

exultan-

exultantibus sanctis tuis in caelestis regni cubilibus gaudia nostra cōiungas: Et quos virtutis imitatione nō possumus sequi, debita venerationis contingamus effectu. Per Christ.]

In Nat. IIII. Coronatorum.

G. AETERNE DEUS. Celebrantes sanctorum natalia Coronatorum, quia dum tui nominis per eos gloriam frequentamus, in nostrae fidei augmento successimus. Per Christ.

In Nat. S. Martini.

AETERNE DEUS. Cuius munere B. Martinus confessor pariter & sacerdos, & bonorum operum incrementis excreuit, & varijs virtutum donis exuberavit, & coruscavit miraculis. Qui quod verbis edocuit, operū exhibitione compleuit, & documēto, simul & exēplo subditis ad caelestia regna ducatum p̄buit. Vnde tuā clementiā petimus, vt eius qui tibi placuit, exēplis ad benēdendum informemur, meritis miramur, intercessionibus adiuuemur, qualiter ad caeleste regnum, illo interueniente, te opitulante, peruenire mereamur. Per Christ.

In Nat. S. Cæciliæ.

AETERNE DEUS. Qui in infirmitate virtutem perficis, & humani generis inimicum non solum per viros sed etiam per scēmas vincis. Cuius munere B. Cæcilia & in virginitatis proposito, & in confessione fidei roboratur, vt nec ætatis lubrico ab intentione mutetur, nec blandimentis carnalibus demulceatur, nec sexūs fragilitate deterreatur, nec tormentorum vincatur immanitate, sed seruando corporis ac mentis integritatē cum virginitatis & martyrij palma, æternam meruit adipisci beatitudinem. Per Christ.

In Nat. S. Clementis.

AETERNE DEUS. Et in hac gloriosius die quā B. Clemētis passio consecrauit, & nobis venerabilē exhibuit: Qui Apostolica prædicatione.

dicatione imbutus, doctrinis caelestibus educatus successionis dignitate conspicuus, & martyr insignis, & sacerdos refulsit egregius.

In Nat. S. Chrysoconi mart.

G. AETERNE DEUS. Qui nos assiduis martyrum passionibus consolaris, & eorum sanguinem triumphalem, quem pro confessione nominis tui infidelibus præbuere fundēdum, ad tuorum facis auxiliū transire fidelium.

In Nat. S. Catharinæ

Per Christ. Dom. nost. Per quem triumphatrix nobiliss. & egregia Martyr virgo Catharina Prophetarum & Apostolorum atque philosophorum doctrinis imbuta, omnibusque linguis charismate sancti spiritus erudita, imperatorem cum rhetoribus mundum cum vitijs omnibus mirabili sapientia superauit; imperatricem Augustā cū præfatis rhetoribus Porphyriū cū socijs omnibus, suis exēplis & doctrinis magnificis conuertit ad Christum, omnesque, accepta fide cum signo Christi martyrio coronatos præmisit ad regna polorum. Hæc fuit illa sapientia illustrata, quæ vicit malitiā: attingit à fine vsque ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter. Hæc est illa gloriosissima, quæ cū centenis fructibus seipsam libando, magnoque, purpurata martyrio representauit. Iesu Christo. Ideoque fomine Christi & angelorum visitatione confirmata, clauos, & rotas acutissimas, tyranni gladium, atque minas, mirabili constantia superauit. Hæc etiam decollata, pro Christi nomine, lac fudit pro sanguine, vt sua doctrina & passio nobis eam pura mēte venerantibus, esset potus spiritualis, ac cibus atque peccatorum remissio.

In Vigilia S. Andree.

AETERNE DEUS. Et maiestatem tuam suppliciter exorare, vt qui B. Andree Apostoli festum solennibus ieiunijs & deuotis præueni

mus officijs, illius apud maiestatem tuam & adiuuemur meritis; & instruamur exemplis. Per Christ.

In die eiusdem.

A. AETERNE Deus. Quoniam adest nobis dies magnifici votiva &c. Vt supra inter Ambr.;

In Nat. S. Luciae.

MS. AETERNE Deus. Per Christ. Dominum nostrum. Quem beata virgo pariterq; martyr Lucia, & diligendo timuit, & timendo dilexit: illiq; coniuncta est moriendo, cui se consecrauerat castè viuendo. Et pro eo temporalem studuit sustinere poenā vt ab eo perciperet gloriam sempiternā: quæ dum duplicem vult sumere palmam in sacri certaminis agone, & de corporis integritate, & de fidei puritate, gloriosius duxit, longa antiqui hostis sustinere tentamenta, quā vitam præsentem citò per tormenta amittere. Quoniam cum in martyrio ea proponantur quæ terreant, in carnis verò delectamentis, ea quæ mulceant. Molestius sustinetur hostis occultus, quā superatur infestus. Cùm ergò in vtroque tui sit muneris quòd vicit, quia nihil valet humana fragilitas, nisi tua hanc adiuuet pietas: pro nobis, quæsumus, tuam pietatem exoret, quæ à te accepit vt vinceret. Et quæ vnigeniti tui intrare meruit thalamum, intercessione sua inter mundi huius aduersa nobis præstet auxilium. Per quem.

In Nat. S. Thomæ Apostoli.

A. AETERNE Deus. Qui Ecclesiam tuam in Apostolicis tribuisti consistere fundamentis, de quorum collegio B. Thomæ solennia celebrantes, tua Domine præconia non tacemus. Et ideò.

PRAEFATIONES COMMVNES.

In

AETERNE Deus! Et gloriosi martyris N. pia certamina venerando præuenire. Cuius honorabilis annua recursione solennitas & perpetua semper est, & noua. Quia & in conspectu tuæ maiestatis permanet mors tuorum preciosa iustorū, & restaurantur incrementa lætitiæ, cùm felicitatis æternæ recoluntur exordia. Per Christ.

In Nat. vnus mart.

AETERNE Deus. Et in præsentis festiuitate sancti martyris tui N. tibi confitendo laudis hostias immolare, tuamque immensam pietatem implorare: vt sicut illi dedisti cœlestis palmam triumphi sic eo suffragante, nobis emundationem, & veniam concedas peccati, vt in te exultemus in misericordia, in quo ille lætatur in gloria. Per.

Alia ad idem.

A. AETERNE Deus. Et te in omnium martyrum tuorum triumphis laudare, quoniam tuis donis atq; muneribus B. martyris tui. N. passionem hodierna solennitate veneramur, qui pro confessione Iesu Christi filij tui Domini nostri diuersa supplicia sustinuit, & ea deuincens coronam perpetuitatis promeruit. Per quem.

In Nat. plurimorum martyrum.

AETERNE Deus. Qui sanctorum martyrum tuorum pia certamina ad copiosam perducis victoriam, atque perpetuum eis largiris triumphum, vt Ecclesie tuæ semper sint in exemplum: Præsta nobis, quæsumus, vt per eorum intercessionem quorum festa celebramus, pietatis tuæ munera capiamus. Per Christ.

In Vigilia vnus confessoris.

fff 4

AETER-

PRAEFATIONES ANTIQVAE PER

AETERNE DEUS. Et maiestatem tuam suppliciter exorare, vt qui B.N. Confessoris tui atque pontificis Natalitia festa deuotis praeuenimus officijs, illius & apud maiestatem tuam & adiuuemur meritis, & instruamur exemplis.

In Nat. Vnius confessoris.

AETERNE DEUS. Et in hac praecipue die, quam transitu sacro B.N. confessoris tui atque Pontificis consecrasti. Quaesumus ergo clementiam tuam, vt des nobis illam sequi doctrinam, quam ille & verbo docuit, & opere compleuit. quatenus nos adiuuari apud misericordiam tuam & exemplis eius sentiamus & meritis. Per Christum.

Alia.

AETERNE DEUS. Et te sanctorum tuorum virtute laudare, quibus pro meritis suis beatitudinis praemia contulisti: quoniam semper in manu tua sunt, & non tanget illos tormentum mortis, quos te custodiente, beatitudinis sinus intercludit: vbi perpetua semper exultatione laetantur: vbi etiam beatus summus confessor tuus N. sociatus exultat. Petimus ergo vt memor sit miseriarum nostrarum, & de tua misericordia nobis impetret beatitudinis suae confortium. Per Christum.

In Nat. plurimorum Confessorum.

G. AETERNE DEUS. Et maiestatem tuam supplici deuotione exorare, vt beatorum confessorum tuorum N. quorum hodie festa celebramus, obtentu, mereamur tuum obtinere auxilium. Per Christum.

In Nat. Vnius Virg. mart.

AETERNE DEUS. Per Christum. Dom. nost. Quem beata virgo pa-
riter

riter & martyr N. & diligendo timuit, & timedo dilexit: illique coniuncta est moriendo, cui se consecrauerat castè viuendo: & pro eo studuit temporalem sustinere poenam, vt ab eo perciperet gloria sempiternam. Per quem.

Alia.

AETERNE DEUS. Et te beatæ N. natalitia recensendo laudare, praedicare, & benedicere: quã tanto munere sublimasti, vt ei conferres & virginitatis coronã & palmã martyrij, sicque virtute fidei & decore pudicitiae polleret, vt caelestia regna virgo pariter & martyr intraret. Per Christum.

In Nat. vnius Virg. non mart.

G. AETERNE DEUS. Per Christum. Dominum nostrum: Pro cuius charitatis ardore ista virgo & omnes sanctae virgines à beata Maria exemplum virginitatis accipientes praesentis seculi voluptates ac diuitias contempserunt. Quoniam tuo dono actum est, vt postquam virgo de virgine prodijt, sexus fragilis esset fortis. Et quo fuit peccandi facultas, esset vincendi felicitas. Antiquisque hostis qui per antiquam virginem genus humanum se vicisse gloriabatur per sanctas nunc virgines sequaces potius Mariae, quam Euae, vincatur. Et in eo maior ei confusio crescat, quam de eo etiam sexus fragilitiam triumphat: quapropter immensam pietatem tuam humiliter exposcimus, vt per eius intercessionem, cuius festa colimus; (quae & sexum vicit, & seculum, tibi que placuit et virginitatis decore, & vigore passionis) nos mereamur & inuisibilem hostem superare, & vnigenito tuo Domino Iesu Christo adherere. Per quem.

In Nat. vnius Virg. non mart.

G. AETERNE DEUS. Et in hac solennitate tibi laudis hostias immolare, qua beatæ virginis N. festa venerando colimus, & tui nominis gloriam debitis praconijs magnificamus. Per Christum.

[In Nat. plurimorum mart.

AETERNE DEUS. Et venientem natalem beatorum martyrum tuorum N. debita seruitute praenire, suppliciter obsecrantes, vt ipsos nos apud tuam clementiam sentiamus habere patronos, quos,
gggg tua

tua gloria largiente, meruimus aeternae salutis suscipere ministros.
Per Christ.] In dedicatione Ecclesiae.

AETERNUS Deus. Et pro annua dedicatione tabernaculi huius honorem tibi gratiasque referre, cuius virtus magna, pietas copiosa. Respice, quae sumus, de caelo, & vide. & visita domum istam, ut si quis in ea nomini tuo supplicauerit, libenter exaudias, & satisfaci-entibus clementer ignoscas. Per Christum Dñm nostrum. Hic tibi sacerdotes tui sacrificiū laudis offerant: hic fidelis populus vota persoluant: hic peccatorum onera deponantur: hic fides sancta stabilietur: hic ipse inter bonum malumque discernas, cum causam interpellator indicauerit, quam non ignoras: hic pietas absoluta redeat: hinc iniquitas emendata discedat. Iuueniat apud te Domine locum veniae, quicumque hunc satisfaciens cōfugerit, & conscio dolore victus, altaria tua riuus suarum lauerit lachrymarum. Hic si quando populus tuus tristis mœstusque conuenerit, adquiesce rogari, & rogatus indulge. Per quem.

In consecratione altaris.

AETERNUS Deus. Per Christ. Dominum nostrum. Per quem te suppliciter deprecamur, ut altare hoc sanctis vsibus prae paratum, caelesti sanctificatione sanctifices: ut sicut Melchisedech sacerdotis praecipui oblationem dignatione mirabili suscepisti, ita imposta nouo huic altari munera semper accepta ferre digneris: ut populus qui in hanc Ecclesiae domum sanctam conuenit, per haec libamina caelesti sanctificatione saluatus animarum quoque suarū salutem perpetuam consequatur. Cum angelis & archang.

PRAEFATIONES VARIAE.

[In ueneratione S. Trinitatis atque inuiduae unitatis.

AETERNUS Deus. Cuius est vna diuinitas, aeterna potestas, natura inseparabilis, maiestas indiuidua. Quem vnum substantialiter confitemur, trinum personaliter nuncupamus, patrem & filium & spiritum sanctum. Qui in vno trinus appares, & in tribus vnus agnosceris. Vnde pro tantae reuelationis mysterio in praeconium nominis tui tibi cum sanctis angelis pia deuotione cōcinimus, supplici confessione dicentes: Sanctus, &c.]

[De S. Sapientia.

AETER-

AETERNUS Deus. Qui tui nominis agnitionem, & tuae potentiae gloriam nobis in coaeterna tibi sapientia reuelare voluisti: ut tuam confitentes maiestatem, & tuis inhærentes mandatis, te cum vitā habeamus aeternam. Per Christ.]

[Ad postulandam spiritus sancti gratiam.

AETERNUS Deus. Qui inspicis cogitationum secreta, & omnis nostrae mentis intentio, prouidentiae tuae patefcit intuitu, Respice propicius arcana cordis nostri cubilia, & sancti spiritus rore nostras purifica cogitationes, ut tuae maiestati digna cogitemus & agamus. Per Christ.] De S. Cruce.

AETERNUS Deus. Qui salutem humani generis in ligno crucis constituisti, ut vnde mors oriebatur, inde vita resurgeret. Et qui in ligno vincebat, in ligno quoque vinceretur. Per Christ.

In ueneratione S. Mariae.

AETERNUS Deus. Et te in ueneratione sanctarum virginum exultantibus animis laudare, benedicere & praedicare. Inter quas intemerata Dei genitrix virgo Maria, cuius deuotè commemorationem agimus, gloriosa effulfit. Quae & vnigenitum Sancti spiritus obubratione concepit, & virginitatis gloria permanente, huic mundo lumen aeternum effudit, Iesum Christ. Dom. nost.

[Ad postulanda angelica suffragia.

AETERNUS Deus. Sancti Michaelis archangeli merita praedicantes. Quamuis enim illius sublimis angelicae substantiae sit habitatio semper in caelis, tuorum tamen fidelium praesumit affectus, per tuae reuerentia potestatis, per haec pia deuotionis officia, quod dā retinere pignus in terris, adstantium in conspectu tuo iugiter ministrorum. Per Christ.] [In ueneratione S. Petri.

AETERNUS Deus. Maiestatem tuam suppliciter exorantes, ut sancti Petri Apostoli tui nobis intercessione donare digneris, ut te toto corde diligamus, & caelestis beatitudinis participes cum sanctis tuis esse mereamur. Per Christ.

[In Nat. S. Stephani protomart.

Aeternus Deus. Qui beato Stephano in passione constantiam dedisti, & ante oēs post passionem filij tui triumphum gratiam contulisti, Concede,

gggg 2

nos

nos eiusdē protomartyris tui quotidiana intercessiōe à peccatorū nostrorū nexibus absolui, & aeternae beatitudinis gloriā consequi. Per Christ. Dom.] [In commemoratione S. Nicolai.

AEQVVM & salutare. Nos te laudare mirabilē Deū in sanctis tuis in quibus glorificatus es vehementer. Inter quos praeclarae attestatiōis Nicolaum, & virtutū praeconijs celebrandum, Ecclesiae tuae confesionis merito voluisti praesse pastorem. Quam & praeteritis virtutum eius exemplis imbuere, & praesentibus non desinis miraculis erudire. Et ideo.]

In veneratione omnium sanctorum.

AETERNE Deus. Et gloriam tuam profusis precibus suppliciter obsecrare, vt cum exultantibus sanctis tuis in caelestis regni cubilibus gaudia nostra coniungas, & quos virtutis imitatione nō possumus sequi, debite venerationis cōtingamus effectu. Per Chr.

In ordinatione Presbyterorum.

AEQVVM & salutare. Qui dissimulatis peccatis humanae fragilitatis nobis indignis sacerdotale confers dignitatē, Da nobis, quāsumus vt ad sacrosancta mysteria immolanda cum beneplacitis mētibus facias introire: quia tu solus sine operibus. aptis iustificas peccatores: tu gratiam praestas benignus ingratis. Tu, ea quae retrō sunt, obliuisci concedis, & ad priora promissa mysteria clementissima gubernatione perducis. Et ideo.

Infra actionem.

Hanc igitur oblationem spei nostrae, quam tibi offerimus in die hodiernae solennitatis, quo nobis indignis sacerdotalem infulam tribuisti: quāsumus Domine, vt placatus accipias, & in tua pietate conserua, quod es operatus in nobis.

In Missa sacerdotis propria.

AETERNE Deus. Qui dissimulatis humanae fragilitatis peccatis sacerdotij dignitatē concedis indignis: & non solū peccata dimittis, verum etiam ipsos peccatores iustificare dignaris. Cuius est muneris, vt non existentia sumant exordia, exorta nutrimentū, nutrita fructū, fructuosa perseuerandi auxiliū. Qui me non existentem creasti, creatū fidei firmitate ditasti, fidelē, quāuis peccatis squalen-

tem,

tem, sacerdotij dignitate donasti. Tuam igitur omnipotētiam simplex exposco, vt me à praeteritis peccatis emacules, in mundi huius cursu in operibus corrobore, & in perseuerantiae soliditate cōfirmes. Sicq; me tuis altaribus facias deservire, vt ad eorum qui tibi placuerunt, sacerdotum confortium valeam peruenire. Et per eum tibi sit acceptabile votum meum, qui se tibi obtulit in sacrificium, qui est omnium opifex, & solus sine macula pontifex, Iesus Christ. Dom. nost. Per quem.

Alia.

AETERNE Deus. Per Christum Dom. nost. Qui pro amore hominum factus in similitudinem carnis peccati, formam serui Dominus assumpsit, & in specie vulnerati medicus ambulauit. Hic nobis Dominus. & magister salutis, aduocatus & iudex, sacrificium & sacerdos. Per hunc te Domine sancte, pater omnipotens, suppliciter exoro, vt dum reatū conscientiae meae recognosco, quo in praecipis tuis prauaricator extiti, & per delictorum facinus corruui in ruinam. Tu Domine erige, quem lapsus peccati prostrauit: illustra cor, quod tetrē peccatorum caligines obscurauerunt: solue compeditum, quem vincula peccatorum constringunt; praesta per eundem sanctum & gloriosum & adorandum Dominum nostrū Iesum Christum filium tuum. Quem laudant angeli, throni & dominationes. Cum quibus, &c.

Infra actionem.

Hanc igitur oblationem, quam tibi Domine offero, pro peccatis meis nimis atq; offensionibus, maiestatem tuā totis viribus Deus pijsime humili prece deposco dignanter suscipias, exorans, vt remittas crimina quae carnis fragilitate atque tentatione iniquorū spiritū nequiter admisi etiam vltra ad eas non sinas reuerti, sed confirma me in iustificationibus tuis, & perseuerantiam mihi tribue in illis, & fac me dignum ante conspectum tuum adstare, sacrificiumque tibi Domino casto corpore & mundo corde dignè offerre. Per Christ.

[Pro congregatione religiosorum monachorum.

AETERNE Deus. Quoniam clementiam tuā precari sine cessatione debemus: vt gregem tuum pastor bone non deserat, sed per B.

§ § § § 3

confesso-

confessoris tui Benedicti preces continua protectione custodias, ut viam tibi placitam obedientia, qua idem pater illæsus antecesserat, nos præclaris eius meritis adiuti, sine errore subsequamur. Per Christum.] In missa pro amico.

AETERNE Deus. Implorâtes tuæ maiestatis misericordiam, ut famulo tuo N. veniâ suorum largiri digneris peccatorû: ut ab omnibus inimici vinculis liberatus, tuis toto corde mādatis inhæreat: ut te solum semper tota virtute diligat, & ad tuâ quandoque beatitudinis visionem peruenire mereatur. Per Christum.

Infra actionem.

HANc igitur oblationem, quam tibi offerimus pro famulo tuo N. ut omnem peccatorum suorum veniam consequi mereatur, quæsumus Domine placatus accipias, & miseratione tuæ largitatis concedas, ut fiat ei ad veniam delictorum, & actuum emendationem: ut & hîc valeat benè viuere, & ad æternam beatitudinem feliciter peruenire.

Pro familiaribus.

AETERNE Deus. Clementiam tuam pronis mentibus obsecrantes, ut famulos tuos & famulas, quos sanctæ dilectionis familiaritate nobis cōiunxisti, tibi facias toto corde subiectos: ut tuæ charitatis spiritu repleti, à terrenis mundentur cupiditatibus, & cœlesti beatitudine, te donante, digni efficiantur. Per Christum.

Infra actionem.

HANc igitur oblationem famulorum famularumque tuarum, quam tibi offerimus, ob deuotionem mentis eorum, pius ac propitius clementi vultu accipias: Tibi supplicantes, libens protege, dignanter exaudi, & æterna eos protectione conserua, ut semper in tua religione lætantes, instanter in sanctæ Trinitatis confessione & fide catholica perseuerent.

Alia.

AETERNE De^o. Cuius omnipotentia deprecāda est, misericordia exorāda, pietas amplectanda. Cuius maiestatem humili prece deprecamur, ut famulis & familibus remissionem peccatorum tribuas, eorumque vias in tua voluntate dirigas, eosque à cunctis malis

malis eripias, quatenus ab omnibus aduersitatibus eruti, tuis donis confortati, & ad bonorum desideriorum vota perueniant, & quæ iustè postulant, te largiente percipiant. Per Christum.

Pro quacunq; tribulatione.

AETERNE Deus. Qui fragilitatem nostram non solum misericorditer donis temporalibus consolaris, ut nos ad æterna prouehas: sed etiam ipsis aduersitatibus seculi benignus erudis, ut ad cœlestia regna perducas. Per Christum.

Pro amico tribulato.

AETERNE Deus. Qui es iustorum gloria & misericordia peccatorum: pietatem tuam humili prece deprecamur, ut intercedente beata Dei genitrice Maria, omnibusque sanctis tuis famulū tuū benignus respicias, & pietatis tuæ custodiam ei impendas, atq; ab omni tribulatione & angustia eripias, quatenus ex toto corde & ex tota mente tibi deseruiat, & sub tua semper protectione consistat, ut quandò ei extrema dies venerit, societatem sanctorum percipiat, & possideat cum eis sine fine inenarrabilem gloriam. Per Christum.

Infra actionem.

HANc igitur oblationem quam tibi offerimus Domine pro liberatione & cōsolatione famuli tui N. sereno vultu accepta, ut nō eum fraus humana deiciat: nō tua diuinitas ex iudicio puniat: nō castigatum iustitia vsque quaque demergat: non iniquitas propria, non aduersitas aggrauet aliena. Si quid tibi deliquit, ignosce: Si quid offendit hominibus, tu dimitte: submoue ab eo cruciatus mentis simul & corporis, ut te compunctus requirat, à te tactus, non doleat, per te sustentatus, aduersa despiciat; & à te correctus, diligenter exquirat.

Pro infirmis.

AETERNE Deus. Qui famulos tuos idè corporaliter verberas ut mente proficiant: Et pacièter ostendis, quòd sit pietatis tuæ præ clara saluatio, dū præstas ut operetur nobis etiā ipsa infirmitas medicinam. Clementiam igitur tuam pronis mentibus obsecramus,

§§§§ 4 ut fa-

vt famulo tuo N. salutem mentis & corporis & continuæ prosperitatis augmenta largiri digneris. Per Christ.

Pro defuncto.

A. **ÆTERNE** Deus. Per Christ. Dominum nostrum. Per quem salus mundi, per quem vita omnium, per quem resurr. &c. vt inter Ambr.

Infra actionem.

HANC igitur oblationem, Domine, quam tibi offerim^o pro anima famuli tui N. cuius depositionis diem celebramus, quo deposito corpore animam tibi creatori reddidit, quam dedisti, quaesumus, vt placatus intendas, pro quo petimus diuinam clementiam tuam, vt mortis vinculis absolutus, transitum mereatur ad vitam. Per Christ.

[Pro Abbate defuncto.

ÆTERNE Deus. Quoniã quamuis humano generi mortis illata conditio, pectora nostra contristet, tamen clemẽtiæ tuæ dono, spe futurę immortalitatis erigimur, ac memores salutis æternę, nõ timemus lucis huius sustinere iacturam. Quoniam beneficio gratiæ tuæ fidelibus vita non tollitur, sed mutatur: atque animæ corporeo ergastulo liberatę horrent mortalia, dum immortalia consequuntur. Vndẽ quaesumus, vt famulis tuis. N. in tabernaculis beatorum constitutus, euasisse carnales se gloriatur angustias, diemque iudicij cum fiducia voto glorificationis expectet. Per Christ.

Infra actionem.

HANC igitur oblationem Domine, quam tibi pro depositione famuli & sacerdotis tui N. deferimus, quaesumus, placatus intende: pro quo maiestati tuæ supplices fundimus preces, vt eum in numero tibi placentum censeris facias sacerdotum.

In vnus Episcopi transitu.

ÆTERNE Deus. Deuotam clementiam tuã obsecrantes, vt animam famuli tui et Episcopi tui N. in electorum tibi met potificum numero iubeas consistere gaudenter: vt qui hęc tuo pro eis suppliciter deseruiebat altari, gloriosa illic cum eis tua mereatur laude communicari. Per Christ.

Infra

Infra actionem.

HANC igitur oblationem, quam tibi offerimus pro commemoratione depositionis animæ famuli & Episcopi tui N. quaesumus Domine, vt placatus accipias, & quem in corpore constitutum, sedis apostolicæ gubernaculo præesse voluisti, in electorum tuorum numero constitue.

In transitu vnus monachi.

ÆTERNE Deus. Qui nobis in Christo filio tuo vnigenito Domino nostro, spem beatę resurrectionis concessisti: præsta, quaesumus, vt anima famuli tui N. pro qua hoc sacrificium redemptionis nostrę, tuę offerimus maiestati, ab omni munda sordide peccati, ad beatę resurrectionis requiem, te miserante, cum seruis tuis peruenire mereatur. Per eund.

Infra actionem.

HANC igitur oblationem, quam tibi pro anima famuli tui N. monachi offerimus, quem de carnali corruptione liberasti, quaesumus Domine, vt placatus accipias: & quicquid humanę conditionis obreptione cõtraxit vitij, deleas: vt tuis purificata remedijs, ad gaudium perueniat sempiternum.

Pro pluribus defunctis.

ÆTERNE Deus. Qui nobis in Christo vnigenito filio tuo Domino nostro spem beatę resurrectionis concepisti, præsta, quaesumus, vt animæ, pro quibus hoc sacrificium redemptionis nostrę, tuę offerimus maiestati, ad B. resurrect. requiem te miserante, cum sanctis tuis peruenire mereantur. Per Christ.

Infra actionem.

h h h h **HANC**

HANC igitur oblationem Domine, quæsumus, placatus inter de, quâ pro animabus omniû fidelium defunctorum, tuæ supplices exhibemus pietati, vt per hæc sancta myſteria ab omnibus abſolutæ peccatis æternæ beatitudinis participes efficiantur.

Pro pluribus.

AETERNEDeus. Per Chriſt. Dom. noſt. Qui ſeipſum pro nobis obtulit immolandum: cuius morte vita nobis collata eſt ſempiterna: qui ſanctarum fidelium ſpes eſt animarum, meritorumq; bonorum idem remunerator, qui & dominator. Vndè quæſumus, animæ famulorum famularumq; tuarum, omnium fidelium defunctorum, remunerari gloria mercâtur æterna, cùm ipſe Dominus noſter Ieſus Chriſtus in gloria ſua venerit cum angelis ſuis. Per quem.

Infra actionem.

A. HANC igitur oblationem, quam tibi pro commemoratione animarum in pace dormientium ſuppliciter immolamus, quæſumus Domine, benignus accipias, & tua pietate concedas: vt & nobis proficiat huius pietatis affectus, & illis impetret beatitudinem ſempiternam.

TROPE

TROPISIVE TRO PARIA VTI GRAECI NVN CVPANT IN PRAECIPVIS ANNI SOLENNITATIBVS.

HORVM iuſtitutionem D. Gregorio Papæ adſcribit Guilielmus Durantus in Rationali diuinorum, quos reperi in MS. Anglico, codice vetuſtiſſimo Bibliothecæ. S. Banonis Gandenſis.

DE NATIVITATE DOMINI.

Hic enim eſt, de quo Prophetæ cecinerunt, dicentes: Puer natus eſt. Quem virgo Maria genuit. Et filius datus eſt. Nomen eius Emmamuel vocabitur. Cuius imperium. Ipſe eſt enim ſaluator mundi. Et vocabitur.

GLORIA in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Laudamus te. Laus tua, Deus, reſonet coram te rex. Benedicimus te. Qui veniſti propter nos Rex angelorum Deus. Adoramus te. Glorioſum regem Iſrael in throno patris tui. Glorificamus te, veneranda Trinitas. Gratias agimus tibi propter magnam gloriam tuam. Domine Deus rex cœleſtis, Deus pater omnipotens. Domine fili vnigenite, Ieſu Chriſte, Domine Deus, agnus Dei, filius patris, qui tollis peccata mundi, ſuſcipe deprecationem noſtram. Qui ſedes ad dexteram patris miſerere nobis. In ſede maiestatis tuæ. Quoniam tu ſolus ſanctus. Deus fortis & immortalis. Tu ſolus Dominus, Cœleſtium, terreſtrium, & infernorum Rex. Tu ſolus altiffimus, Rex regum regnû tuum ſolidum permanebit in æternum, Ieſu Chriſte. Cum ſancto ſpiritu in gloria Dei patris. Amen.

h h h h 2

SANCTVS

SANCTVS. Deus pater ingenus. Sanctus filius eius vnigenitus. Sanctus Dominus, Spiritus paracletus, ex vtroq; procedens, Deus Sabaoth.

AGNVS Dei. Cui Abel iustus & sanctus agnum agno obtulit im maculatum. Miserere nobis. Quem Ioannes in Iordane baptizauit, ouans & dicens: Ecce Agnus Dei, qui tollis peccati mundi misere nobis.

DE EADEM.

QUEM patriarcharum voces prophetiae, atque praecinunt coetus:
 nostri reparatio casus. Puer.
 In genitore manens natus sine tempore Christus, En homo procef
 sit factus de virginis aluo. Cuius.
 AETerno regi laus & iubilatio semper, En modo vaticicis mo-
 dulemur in ardua dictis. Et.
 Diuini fuerat quoniam feruoris amator S.
 Et pactum in te firmum stabiliuit in aeuum t.
 Inter primates regni caelestis herilem v.
 Incensumque sua condignum deferat ara. I.
 Hinc memorans Psalmista Dei magnalia dicit M.
 Pangite nunc focij laudes summæ deitatis
 Quæ tanto supra astra suos sublimat honore. G.

IN NATALI S. STEPHANI.

ETENIM federunt principes & aduersum me. Nulli vnquam no-
 cui, nec legum iura, resolui, & iniqui. Christe tuus fueram tantum
 quia ritè minister. Adiuua. Nè tuus in dubio frangar certamine mi-
 les. Quia seruus tuus.

IN NAT. INNOCENTVM.

EX ore infantium Deus. Hodie te, Domine sugentes vbera
 sanguine clamant, nosque laudidus eia Domine Dominus. Hodie
 gaudent in caelis lactentes martyres, dicite filij, eia.

In

ETA Sion gaude & lætare adspectu Dei tui. Ecce aduenit. Cui
 materies caeli & terræ famulantur. Et regnum. Ipsi manet Deus
 gloria atque iubilatio. Et potestas.

IN PURIFICATIONE S. MARIAE

ETA focij psallamus voce sonora. Suscepimus. Corde senex Si-
 meon proprijs quem sustulit vlnis In medio. Maxima lætitiae con-
 currunt gaudia sanctæ. Secundum.

IN DIE PALMARVM.

ISRAEL egregius psalter clarusque Propheta. Sic quondam
 Christo David cantauerat almo. Domine nè longè. Sed celerem
 mihi confer opem Rex in clyte caeli. Ad defensionem. Qui cupit in
 fontem morfu lacerare ferino. Et à cornibus.

IN DIE S. PASCHAE.

VIRGINE progenitus creui, tentamina vici, Affixusque cruci
 mortem moriendo subegi. Resurrexi. Quem non deserui, carnis
 dum tegmina sumpsi. Posuisti super me. Vt per me tua sic virtus cla-
 resceret alma.

AB increpatione & ira furoris Domine. Terra tremuit, Monu-
 menta aperta sunt, & multa corpora sanctorum resurrexerunt
 dum resurregeret. Christus, qui iudicaturus est viuos & mortuos,
 quādo venerit In iudicio Deus. Surrexit Christus ex mortuis veni-
 te adoremus eū omnes vna voce proclamantes.

IN PENTECOSTE.

HODIE spiritus sancti gratia repleatur corda nostra dicite eia.
 Spiritus Domini, Missus à sede patris, Repleuit orbem terrarum
 Alleluia igneis linguis. Et hoc quod continet, penetrabilia intuendo.
 Omnia. Omnipotentia patri atque filio æqualis. Scientiam. Quod
 dies testatur praesens & fidelibus & incredulis. alleluia. alleluia.

IN NAT. S. PETRI.

h h h h 3

HODIE

HODIE principis Apostolorum Christi solennitatem celebra-
mus fratres deuoti omnes vna voce dicentes: Nunc scio verè custo-
dem ac defenforem vitæ meæ. Et eripuit me. Et eripuit me con-
stantissimum nominis sui confessorem. De manu. Sãcti collegij no-
stri maligni peruaforis. Et de omni. Cũctosq; cœtu maligno plebis
Agnus Dei. Qui sedes ad dexteram patris vnigenite Iesu Chri-
ste. Misere Rex regum, gaudium angelorum Deus. Misere.

IN DEDICATIONE BASILICÆ.

REX quia magnificus templum sibi dedicat istud. Terribilis
est. Annua nempe dies sacratæ iam redit aule. Hic domus. Quam
manus omnipotens petra fundauit in alta. Et porta. Ante Dei vul-
tum penetrant qua vota piorum. Et vocabitur.

Gloria in excelsis Deo. Quem ciues cœlestes sanctum clamant.
tes laude frequentant. Et in terra pax hominibus. Quem ministri
Domini verbo incarnatum terrenis promiserant. Laudam. Laudi-
bus cuius astra matutina insistent. Benedicimus te. Per quem om-
ne sacrum & benedictio conceditur atque augetur. Adoramus
te. Omnipotens, adorande, colende, tremende, venerande. Glori-
fic. Vt creatura creantem, plasma plasmantem, figulus figmentum.
Gratias agimus tibi propter gloriam tuam magnam. Hymnum ma-
iestati, gratias autem pietati ferentes. Domine Deus rex cœlestis.
Vsq; deprecatur. Quem quisquis adorat in spiritu & veritate oportet
adorare. Qui sedes. Vsq; Iesu Christe vnigenite qui es vna. Cũ
sancto spiritu in gloria Dei patris, Amen.

IN EADEM.

EST quia terribilis domus ista dicata tonanti. Terribilis est lo-
cus iste. Quam Deus inuisit chorus angelicusque frequentant. Hic
domus Dei est & porta cœli. Per quam iustorum transcendunt si-
dera voces. Et vocabitur aula Dei.

IN VARIIS SOLLENNITATIBVS.

TE Christe supplices adoramus cunctipotens, vt nostri digneris elec-

eleefon, Te decet laus cum tripudio iugiter, qua tibi petimus canē
tes eleefon. O bone rex qui super astra sedes, Domine qui cuncta
gubernas eleefon.

O theos agie salua viuifice redemptor noster eleefon, qui canūt
ante te precibus annue & tu nobis semper eleefon, tua deuota
plebs implorat iugiter vt illi digneris eleefon. clamat incessanter
nunc quoque concio & dicit eleefon. Misere nostri fili Da-
uid, tu nobis eleefon Gloria in excelsis Deo magna fit æterno patri
qui nos redemit proprio filio, vt viuificaret de morte, dicamus in-
definenter vna voce, eleefon.

AD RECENS BAPTIZATOS.
IN PASCHA VEL PEN-
TECOSTE.

AVDITE vocem hymni qui estis verè digni in hac beata nocte
conscendite ad fontem.

BEATI mundo corde qui Christum induistis peccata vestra fas-
si, ad Dominum conuersi.

CVRRITE sicut cerui ad fontem. viui verbi, bibentes aquam vi-
uam mereamini vitam sanctam.

DONATVM vobis signum, à saluatore dignum, qui pependit in
signo, & tradidit baptismum.

IMPRESVM signum crucis euangelicæ vocis, per ipsos sacer-
dotes, quos nunc habetis duces.

FACTVM in fronte signum à saluatore dignum, qui passus est
pro mundo, regnat in sempiterno.

GAUDETE baptizati, à Domino renati, intrantes in ouile pasto-
rem suum vnum habere digni.

HIC est fons beatus, qui protegit albatos, dignos, immaculatos,
& balsamo. chrismatos.

FINIS.

